SELECTARUM ROTÆ FLORENTINÆ DECISIONUM THESAURUS EX BIBLIOTHECA...

SELECTARUM

ROTÆ FLORENTINÆ
DECISIONUM
THESAURUS

EX BIBLIOTHECA

IOHANNIS PAULI OMBROSI

IURISCONSULTI ET IN FLORENTINA CURIA

ADVOCATI

Tom. XII. & ultimus

CUM INDICE MATERIARUM

LOCUPLETISSIMO.

FLORENTIÆ MDCCLXXXV.

EX TYPOGRAPHIA BONDUCCIANA

Sub Platea Sancti Apollinaris.

CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

NOBILISSIMO ATQUE AMPLISSIMO VIRO

ALDEBRANDO ALTOVITÆ

PATRITIO FLORENTINO
EQUITI DIVI STEPHANI &c.

JOHANNES FRANCISCUS BARTOLINI TYPOGRAPHUS
DEVOTUS NOMINI, VIRTUTIQUE EIUS.

HOC unum restabat, EQUES AMPLISSIME, ad meam Selectarum Decisionum syllogem veluti coronandam, ut Volumen hoc postremum Tuo Nomine decorarem. Quidni facerem? Profecto comitas, & urbanitas Tua, & quod amplius est, doctrinæ atque eruditionis omnigenæ amor quem profiteris umanioribus disciplinis ultroneum offerunt patrocinium. Absit meis dictis assentationis & blandimenti futilitas: Maiorum Tuorum decora ideo tua sunt, quod eorum virtutes imitaris, exempla renovas, eamdem gloriam anhelas Proinde fit, ut Te Patria Civem strenuum, Familia optimum Patrem, Coniux (cuius

fato heu nimis acerbo incessanter illacrymaris) dulcissimum comitem expertæ sint, & experiantur. Sed non ea sunt quæ me movent ad tuam erga hunc meum laborem, qualiscumque sit, aucupandam benevolentiam: literarum quippe amœniora studia, quibus assidue detineris & justi injustique scientia quam enixe veneraris & colis, ut tuum tuearis patrimonium & regas, me maxime solicitarunt ad has Tibi Thesauri iuridicialis extremas opes offerendas. Quoties enim ad universam mei operis continuitatem respicio, iam mihi videor conspicuum Themidi ædificasse templum, in quo quisque ei Numini devotus Prudentum responsa, quasi divina oracula, perlegere possit ac perlustrare. Heic Philosophiam pertractantem, Iurisprudentiam decidentem auscultaberis; heic nostræ Curiæ repetita iura; heic Iureconsultorum insigniorum celebrata nomina; heic denique ad calcem Operis constitutum, ILLUSTRISSIME DOMINE, tuis meritis monumentum, quod utinam tua qua polles benignitate acceptum habeas. Vale.

Dabam Florentiæ ex mea Typographia VII. kalend. Septembris MDCCLXXXV.

INDEX

INDEX ARGUMENTORUM
SINGULARUM DECISIONUM
QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

DECISIO I.

FLORENTINA Intraturæ die 14. *Martii* 1573. *cor. Quinque Rotæ Flor. Aud. ex lib. mot.* 36. *a* 426. *pag.* 1.

ARGUMENTUM.

INtraturæ ius, an alienari possit irrequisito directo Domino. Caducitas an remittatur per diuturnum silentium Domini directi & per canonum receptionem, an prosit protestatio, & quomodo, & an consuetudo attendenda.

DECISIO II.

FLORENTINA Prætensæ Hypothecæ diei 30. *Martii* 1581. *cor. Tribus Rotæ Flor. Audit. ex lib. mot.* 51. *a* 151. *pag.* 6.

ARGUMENTUM.

STatutum Florentinum sub *rub.* 10. *lib.* 3. *de credit. cessant & fugit* mandans omnes creditores etiam hypothecarios ad æqualitatem reduci procedit nedum quoad bona, quæ penes debitorem tempore eius decoctionis reperiuntur, verum etiam respectu bonorum per ipsum antea alienatorum, itaut hypothecaria actio per unum ex creditoribus cessantis contra tertium possessorem intentata effectum habere non possit.

DECISIO III.

EADEM Diei 8. *Iunii* 1582. *coram Quatuor Rot. Aud. ex lib. mot.* 53. *a* 133. *pag.* 16.

ARGUMENTUM.

PAtet ex præcedenti.

DECISIO IV.

FLORENTINA Venditionis diei 6 *Iulii* 1605. *cor. Tribus Rot. Flor. Audit. ex libr. motiv.* 87. *a* 596. *pag.* 23.

ARGUMENTUM.

CUrator bonis datus quid observare debeat in alienatio-

Matthæo Tiranno ex lib. mot. 116. p. 724. pag. 67.

ARGUMENTUM.

COnductor qui sua culpa perseverare nequit in conductione, tenetur Locatori ad integram pensionem, quamvis illi impedimentum notificaverit.

DECISIO X.

LIBURNEN. Cambii Maritimi die . . . Iulii 1666 cor. Aud. Bartholommeo Cordella ex lib. mot. 126. a 270. pag. 71.

ARGUMENTUM.

COntractus Cambii Maritimi redditur invalidus si deficiat risicum super quo Cambium consistat, ideoque recipiens ad cambium tenetur Domino pecuniæ sortem restituere, addito interesse lucri cessantis, quod interesse quomodo probetur, & qua ratione taxetur ex hac Decisione patet.

DECISIO XI.

ARETINA Reintegrationis die 8. Febr 1667. cor. Aud Petro Matthæo Maggio ex lib. mot. 126. p. 538. pag. 83.

ARGUMENTUM.

IN Iudicio possessorio non conceditur retentio pro creditis turbidis, involutis, & altiorem indaginem requirentibus, prout ea sunt, quæ in hac Decisione examinantur.

DECISIO XII.

LIBURNEN. Serici die 8. Iun. 1667. cor. Tribus Rotæ Audit. ex lib. mot. 126. p. 528 p. 89.

ARGUMENTUM.

MAndatarius qui mandati fines excessit, & formam etiam in modico non servavit nullam contra mandantem acquirit actionem, nec sub prætextu ratificationis excessus mandati deductæ ex receptione, & retentione Epistolæ per quam de excessu Mandans docebatur, quia simplex Epistolæ huiusmodi receptio aliis destituta circumstantiis, nihil ad dictum effectum concludit.

DECISIO XIII.

FLORENTINA Pecuniaria die 23. Aprilis 1668. cor. Audit. Petro Matthæo Maggio, ex lib. mot. 127. pag. 1. p. 97.

ARGUMENTUM.

MAritus tenetur in suum creditum imputare fructus bonorum extradotalium Uxoris, quidquid vero ex eis superest ipsius lucro cedit iuxta Stat. Florentini sanctionem,

rito non suffragatur pro retardandis alimentis uxori debitis, si dotem retineat, & mulier nil aliud habeat, unde se alere possit.

DECISIO XVIII.

LIBURNEN. Sindacatus die 12. *Aprilis* 1669. *cor. Aud. Flaminio Burghesio ex lib. mot.* 127. *pag.* 189. *p.* 120.

ARGUMENTUM.

MAndatum generale extenditur ad ea pro quibus speciale desideratur mandatum, si post expressionem aliqnorum explicitam requirentium mentionem addita fuerit clausula generalis. Indubitantius vero si post negotium gestum ratificatio mandantis accesserit, quæ impediri nequit si Procurator admissus est cum cauthela *de rato* absque ulla protestatione in contrarium. Aliqua adducuntur super fideiussione per Forensem præstanda in Iudicio Sindacatus iuxta Stat. Florent. Quando agitur de debitó executivo, & ex Partis confessione certo potest variari Iudex, nec per hanc variationem liberatur fideiussor, si in fideiussione nomen Iudicis non fuit expressum, nec causa alicui Iudici particulari delegata.

DECISIO XIX.

FLORENTINA Rescissionis Donationis die 10. *Maii* 1669. *cor. Audit. Flaminio Burghesio ex lib. mot.* 127. *pag.* 221. *p.* 130.

ARGUMENTUM.

DOnatio pura a minore viginti duo annorum facta etiam cum iuramento, & Iudicis Decreto non substinetur, obstante reformatione anni 1565. legitimam ætatem circa stabilium alienationem extendente ad annum vigesimum secundum; si vero concurrat enormis, vel enormissima læsio, eodem nullitatis vitio laborat, quamvis sit correspectiva, quamvis læsio Donanti innotuerit, & quamvis donatio iuramenti religione fuerit vallata; Atque potest donans absque petita absolutione a iuramento illam impugnare, vel si absolutionem petat, sufficit quod absolutio Partis citationem præcedat.

DECISIO XX.

LIBURNEN. Conservationis Indemnitatis die 27. *Mart.* 1670. *cor. Aud. Francisco Venturinio. p.* 146.

ARGUMENTUM.

FIdeiussor indemnitatis, qui intercessit favore unius ex hæredibus fideiussoris pro rata hæreditatis ad ipsum delatæ, tenetur quoque ad illum indemnem conservandum

ARGUMENTUM.

DOminus navis, qui officialem elegit notæ probitatis, atque integritatis non tenetur de delicto ab eodem postea commisso; Indubitantius vero si navis alteri locata fuerit, & in Domino exercitoris qualitas deficiat.

DECISIO XXV.

FLORENTINA Participationis die 28. Novembris 1676. cor. Tribus Rotæ Audit. ex libr. mot. 129. pag. 228 p. 193.

ARGUMENTUM.

PArs utilium relicta a Sociis indivisa, assignanda est illi, qui fideliter, atque diligenter societatis negocia administravit, si appareat hac mente non fuisse ab initio distributam. Quidquid vero superaccedit per mortem, vel recessum unius ex Sociis inter omnes lucri participes proportionabiliter est dividendum. Quando inter accomandantem, & accomandatarium dicatur contracta societas.

DECISIO XXVI.

FLORENTINA Prætensæ Evictionis die 30. Aprilis 1688. cor. Aud. Ascanio Venturini ex lib. 2. mot. 132. a 412 p. 207.

ARGUMENTUM.

SI bona fideicommissaria uni ex dividentibus eo sciente, & acceptante assignata, alius postmodum evincat ex causa fideicommissi. Condividens non tenetur ei de evictione, neque ad pretii restitutionem, etsi data fuerint tanquam libera. In nihilo favente, quod in contractu divisionis fuerit illius favore expresse promissa evictio etiam ex auctorum præordinatione, sed ex facto promittentis tantum proveniens, quia ista promissio ultra suos limites non protrahitur, nec comprehendit evictionem, cui promittens nullam facto suo dedit causam. Expenditur an, & quando censeatur dividentes renunciasse fideicommisso in vim clausularum ad alienandum, ad habendum, & similium. Explicatur in quibus casibus locum sibi vindicet *Lex final. §. emptor Cod. commun. de legat.* concedens ementi scienter res oneri obnoxias pretii repetitionem evictione secuta.

DECISIO XXVII.

FLORENTINA Fructuum die 21 Augusti 1693. cor. Aud. Petro Paciono p. 233.

ARGUMENTUM.

SOlutio, vel debitoris liberatio deducitur ex compensatione

tione a creditore petita, & ex aliis coniecturis, quæ hic enumerantur.

DECISIO XXVIII.

FLORENTINA Interesse Vener. die 16. Septembris 1693. cor. Aud. Cammillo Finetti p. 238.

ARGUMENTUM.

MUtui causa nulli debentur fructus nisi quando mutuatarius interpellatus non solvit, maxime quando agitur de mutuante Mercatore, & fortius Mercatore Florentino. Fructus post interpellationem extraiudicialem debentur mutuanti ex officio Iudicis. Mora semel incursa semper durat, & nocet tantum ei cui facta fuit interpellatio.

DECISIO XXIX.

FLORENTINA Nullitatis Obligationis Filiifamilias die 27. Maii 1712. cor. Aud. Ottavio Vasoli Piccinini pag. 244.

ARGUMENTUM.

AD substinendum contractum a Filiofamilias gestum concludenter doceri debet, quod is seorsum a patre habitaret, & publice pro patre familias haberetur. Primum requisitum vero deficit, si domicilii separatio, contingat exercendæ negotiationis causa, & sibi victum quærendi, & secundum probatur ex eo solum quod filius fuerit uxoratus, ætate maior, & aliquam artem exercuerit.

DECISIO XXX.

PRATEN. Transactionis Martis die 26. Ianuarii 1716. cor. Aud. Hieronymo Vieri p. 250.

ARGUMENTUM.

TRansactio per Laudum emologata annullari nequit nisi concurrat concludentissima probatio falsæ causæ. Et fortius quando Laudum est = per via di stralcio = Et quando Laudum, & Transactio cum solemnitatibus observata diu fuit a Transigentibus.

DECISIO XXXI.

FLORENTINA Melioramentorum die 28. Septembris 1728. cor. Advoc. Iacobo Agnini p. 259.

ARGUMENTUM.

PActum amissionis melioramentorum locationi ad breve tempus adiectum, ubi conductor per biennium deficiat in solutione pensionis, est prorsus invalidum, non attento quod agatur de melioramentis modicis, cum in materia locationis præsertim ad breve tempus locum non habeat distinctio inter modica, & ma-

magna, & non attentis aliis levioris ponderis exceptionibus, quæ in hac Decisione referuntur, atque refelluntur, sed etiam seclusa dicti pacti invaliditate, locus non est devolutionis melioramentorum, vel ubi non sit plene probata caducitas, vel quatenus probata, saltem remissa presumatur ex recepta solutione pensionis absque iurium reservatione post denunciatam caducitatem, & ex longa Locatoris acquiescientia. In omnem tamen casum non est deneganda conductori moræ purgatio, quæ indistincte competit tam si dictum pactum consideretur de per se, & a contractu locationis seiunctum, quam si sumatur tanquam pars, & sequela locationis ipsius.

DECISIO XXXII.

FLORENTINA Domus die 30. *Iun.* 1733. *cor. Advoc. Petro Antonio Marchi pag.* 275.

ARGUMENTUM.

RElatio Periti super antiquo statu rei in nihilo attenditur, præcipue si rem neq; viderit de tempore iuxta quod facienda est æstimatio, & si relatio iniusta ac erronea detegatur. Antiquus rei valor probatur ex instrumento emptionis, ex subsecutis locationibus, atque ex æstimatione alias eidem data in contractu divisionis.

DECISIO XXXIII.

FLORENTINA Pecuniaria Lunæ 12. *Maii* 1727. *cor. Audit. Iacobo De Comitibus pag.* 286.

ARGUMENTUM.

GRatia dandi bona in solutum loco pecuniæ an, & quando cesset per evictionem, adeout debitor non possit nova bona subrogare. Creditor quando dicatur bona recepisse solius pignoris causa. Pactum regressus ad priora iura operatur etiam quoad ius fructuum, & interesse conventionale quod debetur non obstante iusta causa litigandi, an debeatur si debitum per longum tempus permansit in statu extinctionis. Debitor habens pignus iudiciale quando non dicatur eius distractionem neglexisse ad effectum non amittendi usuras.

DECISIO XXXIV.

FESULANA Prætensæ Extinctionis sive Reductionis Pensionis Ecclesiasticæ die 7. *Septembr.* 1736. *cor. Audit. Ioanne Philippo Paperinio pag.* 299.

ARGUMENTUM.

PEnsio Ecclesiastica in alium onc-

quam vitentur pericula, finis ad quem opus dirigitur pinguius assequatur, & bona alterius territorii non occupentur.

Reipublicæ interest molendinum construi, vel conservari, quando ex hac constructione maximum incolis resultat commodum, stante deficientia alterius consimilis ædificii, ideoque ob concursum publicæ utilitatis tenetur Dominus suum fundum concedere ædificare volenti.

DECISIO XXXVIII.

FESULANA Cappellæ die 18. *Maii* 1737. *cor. Vic. Iulio Del Riccio pag.* 385.

ARGUMENTUM.

UBi a Testatore legata fuit annua quantitas in genere, & inde per separatam orationem demandata bonorum assignatio ex quibus annui fructus sint retrahendi, assignatio censetur facta non taxative, sed demonstrative, ideoque deficientibus, vel diminutis bonis assignatis, tenetur hæres supplere usque ad integram quantitatem legatam; Fortius vero hoc locum sibi vindicat, ubi in id collimat primi hæredis observantia, & coniecturata mens Testatoris idipsum suadet.

DECISIO XXXIX.

FLORENTINA Legati die 11. *Septembris* 1739. *cor. Audit. Hieronymo Finetti pag.* 404.

ARGUMENTUM.

HEres liberatur a prestatione legati, ubi probetur totam hæreditatem ab ære alieno absorberi. Idem quoque iuris est si contra legatarium urgeat suspicio, quod ad eius manus pervenerit pars pecuniarum in hæreditate defuncti existentium; Vel si erga Testatorem se exhibuerit ingratum.

DECISIO XL.

FLORENTINA Finium Regundorum sive Identitatis Bonorum die 16. *Septembr.* 1741. *cor. Audit. Assunto Franceschini pag.* 415.

ARGUMENTUM.

IN Iudicio finium regundorum, constito de possessione unius ex partibus, quæ resultat ex seminatione, libris decimarum, testium depositionibus &c. ac probata fundi identitate, quam evincit verificatio duarum demonstrationum, vel loci cum unico confinio, quamvis cœtera non conveniant, favore possessoris iudicandum esse firmat præsens Decisio, ubi plura etiam

etiam super identitate expenduntur.

DECISIO XLI.

FLORENTINA Gratiæ Derogatoriæ die 19. *Iulii* 1743. *cor. Aud. Ioanne Meoli pag.* 428.

ARGUMENTUM.

QUoties in Gratia Derogatoria Fideicommissi fuit apposita conditio per viam modi, si hæc non adimpleatur. Successores tenentur agere ad implementum, non ad rescissionem, quamvis modus causam finalem respiciat, & quamvis adiecta fuerit certi temporis præfinitio. Quod indubitantius procedit, ubi res non sit integra, ubi hoc suadet Principis concedentis voluntas, ubi implementum in parte pendet ex facto tertii, & tandem ubi actio ad rescissionem damnum afferret, actio vero ad implementum utilitatem.

Legatum liberationis, non comprehendit debita ad diversa Patrimonia, & diversas Personas spectantia.

DECISIO XLII.

FLORENTINA Trebellianicæ die 13. *Augusti* 1743. *cor. Aud. Ioanne Meoli pag.* 456.

ARGUMENTUM.

IN hac Decisione effuso, doctoque calamo firmatur, luculentisque probatur argumentis nepotem, vel quemcumque alium in fideicommisso successorem, ex persona filii primi gradus contendentem detrahere Trebellianicam, non teneri in eam fructus imputare, contraria sententia reiecta, ac penitus profligata.

DECISIO XLIII.

SENEN. Libertatis Bonorum die 29 *Martii* 1751. *cor. Canc. Antonio M. Montordi p.* 457.

ARGUMENTUM.

APpellatione Descendentium quando, & ex quibus de solis masculis ex masculis Testatorem sensisse dicatur. Appellatione Cippi non veniunt masculi ex fœminis etiamsi non constet de contemplatione agnationis. Appellatione Descendentium per Lineam masculinam veniunt soli masculi ex masculis. Argumentum ab usu loquendi Testatoris desumptum ad terminos *Text. in Leg. qui filiab. ff. de legat.* I. procedit non obstante diversitate personarum, & orationis. Appellatione Lineæ Filiorum, & descendentium masculorum, quando veniat sola Linea masculina Testatoris.

DECISIO XLIV.

MASSEN. Fideicommissorum, & *Ma-*

Manutentionis die 20. *Iun.* 1760. *cor. Aud. Ioanne Meoli pag.* 474.

ARGUMENTUM.

VOcatio filiarum, quamvis collata in tempus remotissimum, non extenditur ad neptes, multoque minus ad illarum descendentes, quoties Testator filiabus non existentibus alios dedit substitutos, & earum vocationi dictiones taxativas, ac restrictivas apposuit.

Hæredum mentio, & clausulæ perpetuitatem denotantes in parte prohibitiva appositæ non extendunt fideicommissum præter partem dispositivam, in qua filii fuerunt tantum in conditione positi, & sic non vocati. Ubi fideicommissum non est clarum fideicommissario denegatur manutentio.

DECISIO XLV.

FLORENTINA Intraturæ die 31. *Martii* 1772 *cor. Aud. Francisco Rossi pag.* 488.

ARGUMENTUM.

ENunciatis requisitis ad acquirendam intraturam necessariis, demonstratur intraturam, quam vocant magnam, fuisse Romanis Legibus penitus incognitam, & solummodo a Statutis Artium Florentiæ vigentium ortum suum duxisse.

Ius intraturæ pro avviamento sumptæ stare potest penes aliquem absque locatione, atque est cessibile in quemcumque, secus vero si accipiatur pro iure stantiandi. Statutum Artis de Linaioli, non concedit expresse intraturam, quæ tantum fuit inducta ex consuetudine interpretativa.

DECISIO XLVI.

PONTREMULEN. Annuæ Præstationis die 2. *Octobris* 1770. *cor. Illustriss. D. Aud. Cosmo Ulivelli pag.* 503.

ARGUMENTUM.

FAcultas disponendi extenditur tam ad actus ultimæ voluntatis, quam ad actus inter vivos, præcipue si verisimilis Concedentis voluntas in id collimet. Statutum mandans, ne uxor aliquid petere possit ex bonis mariti, non prohibet viro liberalitatis exercitium erga uxorem. Statuti dispositio locum non habet, ubi deficit personarum non solum, sed & bonorum subiectio. Renunciatio ad unam rem restricta, ad aliam non protenditur.

DECISIO XLVII.

COLLEN. seu Senen. Educationis Pupilli die 7. *Augusti* 1773. *cor.*

nullitatis vitio laboret; nisi tamen factum fuerit pro summa excedente creditum in concordia constitutum, quo in casu substinetur pro quantitate vere debita, sed Creditor erga Debitorem obstringitur ad plenam damnorum refectionem, & uterque in litis expensis ad ratam Victoriæ condemnandus est.

DECISIO LII.

FILACTERIEN. Pratensæ Libertatis Bonorum die pr. Septembris 1780. *cor. Illustriss. D. Aud. Iosepho Vernaccini p.* 587.

ARGUMEMTUM.

BOna Fideicommissi conditi post Legem anni 1747. obligata sunt ad favorem Creditorum ob non factam intra statutum tempus publicationem ab ipsa Lege præscriptam; Secus quoad bona Fideicommissi ante Legem instituti, in quo publicationis omissio eius vinculum non resolvit, sed bona fideicommissaria ad proximiores vocatos desolvuntur, nulla relicta exceptione Creditoribus propter omissam, vel non rite factam descriptionem, cum huiusmodi exceptiones cœteris vocatis reserventur, vel eorum creditoribus, in casu, quo ne illi quidem descriptionem confecerint.

DECISIO LIII.

FLORENTINA Trebellianicæ die pr. Iunii 1781. *cor. Illustriss. D. Audit. Iosepho Vernaccini pag.* 593.

ARGUMENTUM.

INter stabilium, & pecuniarum, aliarumve eiusdem rerum alienationem ea intercedit differentia, ut stabilium distractio ab hærede gravato facta statim imputetur in suas detractiones; pecuniæ vero, aliæve eiusmodi res in detractiones imputentur, vel de tempore mortis hæredis gravati, vel de tempore, quo easdem res in suas detractiones elegisse constat. Vinculum etenim Fideicommissi non cadit super *specie* pecuniarum, aliarumve rerum, quæ servando servari non possunt, sed potius super earum *quantitate*, quæ per alienationem consumpta non remanet; Quod maxime obtinet si alienatio non voluntarie, sed ex aliqua necessitate facta fuerit. Fideicommittens prohibendo alienationem stabilium an censeatur super iisdem prohibuisse hæredi gravato detractionem? Cum distinctione resolvitur quæstio.

DECISIO LIV.

BLENTINEN. Melioramentorum die

pothecam ſuper bonis Mariti a die tantum factæ alienationis, & poſtponitur omnibus aliis Creditoribus Mariti intermediis a die alienationis, qui prius cum Marito contraxerant. Dotem, & Parapherna Mulieri reſtituere tenetur ipſius Mariti Pater, qui eius obligationi pro eorum reſtitutione fideiubendo acceſſit; licet non ipſi Patri, ſed filio ſolutio facta ſit: pro qua reſtitutione Mulieri non exequtio in perſonam, ſed tantum in bona Soceri, tum mortuo, tum vivente viro, conceditur

DECISIO LVIII.

FLORENTINA Diſdictæ die 25. *Aug.* 1784. *cor. Illuſtriſs. D. Aud. Ioſepho Vernaccini p.* 651

ARGUMENTUM.

PActum tacitæ relocationis ſtricte eſt intelligendum, adeoque refertur ad unicam, & immediatam relocationem, non vero ad ulteriorem, quæ ſi forte inceperit aud interrumpenda. Ea enim tandiu durat, quandiu regula generalis, vel conſuetudo loci permittit; licet e contra diſdictam agitet Succeſſor ſingularis, qui, quo tempore ſibi fundum comparavit locatum eſſe ignorare non potuit. Affertur ex abundanti Theorica *Text. in Leg. Emptorem* 9. *Cod. de locat. & conduct.* ubi firmatur cum ex receptiori opinione, tum ex auctoritate Formularii Florentini, quod ad impediendam diſdictam, quæ fieri poteſt a ſucceſſore ſingulari non ſufficit generalis hypotheca bonorum, & clauſula *da valere, e tenere &c.* contractui locationis appoſita; ſed requiritur pactum de non alienando fundum locatum, inſuperque ſpecialis hypotheca ipſius fundi, vel ſaltem dicta clauſula una cum eadem ſpeciali hypotheca.

INDEX

INDEX DECISIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

26.

SE-

SELECTARUM. ROTÆ FLORENTINÆ DECISIONUM THESAURUS

TOM. XII.

DECISIO I.

FLORENTINA INTRATURÆ.

Die 14. *Martii* 1573. *cor. Quinque Rotæ Flor. Aud. Ex lib. mot.* 36. *a* 426.

ARGUMENTUM.

INtraturæ ius, an alienari possit irrequisito directo Domino: Caducitas an remittatur per diuturnum silentium Domini directi & per canonum receptionem; an prosit protestatio, & quomodo, & an consuetudo attendenda.

SUMMARIUM.

1 *Res iudicata habetur pro veritate.*
2 *Intraturæ ius alienari potest, ac dari in dotem, Proprietario etiam irrequisito.*
3 *Observantia semper attendi debet.*
4 *Observantia declarat consuetudinem.*
5 *Amplia, quod in observantia hac interpetrativa non requiratur longi temporis spatium, sed sufficit, quod ita aliquando fuerit observatum.*
6 *Amplia, quando agitur de observantia illius Civitatis, seu Fo-*

ri, in quo quæstio est.

7 *Amplia, etsi communis Doctorum opinio esset contraria.*

8 *Diligens quisquis præsumitur in rebus sibi spectantibus, & quod faciat ea, quæ suo incumbunt officio.*

9 *Caducitas censetur remissa post diuturnam Proprietarii taciturnitatem.*

10 *Clericus tolleratus per decennium in Beneficio ab Episcopo, removeri an possit, remissive.*

11 *Caducitas censetur remissa ex receptione pensionum.*

12 *Amplia etiam in caducitate futura, etiamsi adesset protestatio quæ non attenditur, ut contraria facto.*

13 *Limita, quoad protestationem de caducitate præterita.*

14 *Et quando nullus protestatus fuerit, receptio canonum a principio præiudicat Proprietario.*

15 *Sententia lata pro Actore prodest singulari Successori, causam ab eo habenti, sive post, sive ante sententiam.*

16 *Intraturæ ius alienari indubio potest, irrequisito directo Domino, quando urget æs alienum, seu necessaria causa.*

17 *Intraturæ alienatio censetur ratificata a Domino directo post receptas ab Alienante pensiones.*

18 *Amplia, quando adfuit necessaria causa.*

19 *Consuetudo etsi mala, & illicita excusat a pœna.*

20 *Amplia etsi consuetudo non sit plene probata*

21 *Consuetudo a pluribus adfirmata Doctoribus reiici nequit.*

22 *Et transfert in Adversarium onus probandi contrarium.*

23 *Bona fides oritur etiam causis iniuxtis.*

24 *Consuetudo Laicorum non habet locum in Personis, & rebus Ecclesiasticis.*

25 *Contra vero, quod hæc consuetudo sit universalis est receptior opinio.*

26 *Emphyteuticum dominium utile adiudicari nequit ex secundo Decreto.*

27 *Limita, quando adest consuetudo in contrarium.*

28 *Contra vero, quod possit adiiudicari absque consuetudine.*

IN Causa mota per Fratres S. M. Novellæ contra D. Ioannam De Albizis nobis per Clarissimos Dominos L. T. & Consiliarios suæ Celsitudinis ad referendum commissa, retulimus de Iure dictam Ream a petitis absolvendam, ut fusius in nostra relatione.

Moti quia non dubitavimus quin illi de Galilæis haberent in Apotheca, seu fundaco de quo in actis ius intraturæ, cum super hoc extet Sententia, & res iudicata per Magnificos tunc Dominos Tres Iudices secundarum Appellationum

sub

ſub *die* 18. *Ianuarii anni* 1539. *lata* quæ pro veritate habetur 1
L. res iudicatà ff. de regul. iur. cum ſimil. & de qua re iudicata, & iure intraturæ etiam per inſtrumentum publicum Tranſactionis inter Partes de anno 1540. die 23. Novembris initæ 2
conſtat, & fit mentio, & quæ celebrata fuit inter dictas Partes, pro exequtione, & obſervantia dictæ rei iudicatæ.

Et quod ius intraturæ nobis viſum eſt alienari, & dari in dotem potuiſſe irrequiſito proprietario abſque periculo caducitatis prout atteſtatur *Prat. ſuper ſtatu de præſcript.* dicens huiuſmodi ius intraturæ acquiri poſſe per uſum & ſpatium temporis de quo ibi, & vendi, negociari, & alienari poſſe per & cum videatur atteſtare de obſervantia ab illa non eſt recedendum *L. ſi de interpetratione L. minime ff. de leg. Alex. conſ.* 135. *in fin. in p. vol. & dicit Bald. in L. illud per dict.* 3
text. ff. de excuſat. tutor. quod ab antiqua Pratica non eſt recedendum *Alciat. in tract. præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 30. & obſervantia declarat conſuetudines *Aymon. conſ.* 118. *ſub n.* . , & in tali obſervantia interpretativa non requiritur curſus longi temporis ſed ſufficit, quod aliquando ita fuerit obſervatum, ut per *Caſtr. Corn. Aret. Socc. & Dec. in loc. cit. per Aym d. conſ.* 118. *n.* 2. 4

5
Maxime cum iſte Practicus atteſtari videatur de obſervantia huius Civitatis, & Fori illius, per ea quæ inquit *Alciat. dict. præſumpt.* ubi citans *Math. in tract. de iur. elect. opinion.* dicit ab aliqua opinione approbata in aliquo foro non eſſe 6
recedendum, etiam ſi comunis eſſet in contrarium, ſuadetur ex adiudicatione ſeu datione in ſolutum facta Dominæ Paperæ, & ex datione in dotem poſtea per Dominam Paperam 7
pro dimidia pro Domina Maria eius filia, & in Franciſcum De Rondinellis, & numquam fuit ad caducitatem actum niſi ultimo loco contra Dominam Ioannam. Non enim eſt veriſimile, quod ſi conſenſus Fratrum requireret, quod ipſi cum ſint ſolertes, & diligentes in rebus Conventus expectaſſent uſque ad hanc tertiam alienationem, maxime cum ignorantiam non poſſent prætendere, cum ſemper penſiones, ſeu affictus per- 8
cepiſſe præſupponatur; Immo ſtatim ſequta prima alienatione veriſimiliter inſurrexiſſent, & declaraſſent, ſe velle propter alienationem rem in commiſſum cecidiſſe, & litem inſtituiſſent: quilibet enim præſumitur diligens, & quod faciat ea, quæ ſuo officio incumbunt *L. ſi defunctus C. arbitr. tutel. L.* 1. *C. de ſuſcept. lib.* 10. *Alciat. in tract. præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 13. maxime cum ſit elapſum longum tempus, non enim eſt 9
veriſimile, quod tanto temporis poſſeſſorem tolleraſſent, prout dicunt *Innoc. & Hoſtienſ. in cap. illud de præſumpt. in cap. li-*

cet Felis. de Simon. de ordinario tollerante Clericum per de-
10 cennium in beneficio, late Felyn. in d. cap. illud & in cap. si-
cut de re indic. Lap. alleg. 89. Anchar. cons. 116. quos & alios
refert, & sequitur Cossad. super regul. Cancell. dec. 8. latissime
Ludov. com. super reg. de trien. poss. non molest. quæst. 26. &
Cassor. dec. 4. n. 4. de caus. poss. & propriet. Maxime cum, ut
dictum est, pensiones recepissent nulla præcedente aut apparen-
te protestatione, verisimile enim est quod si consensus eorum
11 fuisset necessarius, quod post alienationem pensiones sine pro-
testatione non recepissent in futurum, quia alias præiudicassent
sibi in iure expellendi secund. Bart. in L. 2. C. de iure emphit.

Immo in futuris præiudicassent sibi non obstante protesta-
12 tione tanquam incompatibili & contraria facto contra Bartol.
ut per Cyn. Salycet. Butr. Card. & Imol. quos & sequitur Ias.
in dict. L. 2. sub num. 124. in vers. item in quantum Bart. in
13 3. memb. principali, licet præteritis prosit protestatio ut per
Bart. & DD. ibi sine vero protestatione, & sibi Dominus re
14 a principio eas præiudicat secundum communem opinionem,
de qua attestatur Pigas. quæst. 73. in suo tract. de pension.

Secundo quia an potuerit res alienari sine consensu dicto-
rum Fratrum videtur esse declaratum per supradictam Senten-
tiam anni 1539. & per eius motiva. Declarat enim Sententia
proprietatem ad Ecclesiam spectasse, & spectare, Ius vero in-
traturæ pro pensione florenorum decem, & octo ad authores
D. Ioannæ, & secundum qualitatem, & conditionem aliarum
intraturarum esse, ut alienari possint irrequisito proprietario.
Obstat igitur dictis Fratribus exceptio rei iudicatæ, quia Sen-
15 tentia lata pro authore prodest singulari successori causam ha-
benti sive ante, sive post Sententiam L. si a te §. Iulianus
& ibi DD. maxime Castrens. & L. si mater §. fin. ff. de except.
rei iudic. Gloss. & DD. in L. ante ead. ff. eod. tit.

Tertio quia d. Ius intraturæ alias ex causa necessaria, &
ut consequeretur dotes suas fuit adiudicatum Dominæ Paperæ,
unde dato, & non concesso quod alienari non possit alias
16 Ecclesia, seu Capitaneis irrequisitis, tum ob æs alienum, & ex
causa necessaria alienari potuisset, quia idem disponitur in iu-
re emphyteutico, ut per Federic. Bald. & alios, quos citat Ias.
in d. L. 2. sub n. 113. & esto quod istud esset dubium per ea,
17 quæ infra dicentur tamen stante recognitione pensionum post
dictam dationem in solutum alienatio censetur ratificata, ut
in punto per Castrens. cons. 243. Specul. Alex. Bald. Anchar.
& Salyc. in locis citat. per Dec. cons. 330. qui eos sequitur, &
satis in terminis Aymon. cons. 55. n. 3.

Qua alienatione ex causa necessaria stante d. Ius intraturæ
fuit factum alienabile prout alienatum fuit postea in D. Mariam
filiam

filiam dictæ Paperæ & ultimo loco in D. Ioannam per *text. vulgar. in L. 1. §. quindecim ubi scrib. ff. de legat. 3. Leg. ait ff. quod met. caus. & not. per Dec. in L. 1. C. qui pro sui iurisd. in punto Castrens. d. cons.* 243. 18

Postremo in omnem casum iste Franciscus De Rondinellis excusaretur a pœna caducitatis ob d. alienationem; Tum quia consuetudo mala, & illicita excusat a pœna *Bart. in. L. quis sit fugitivus §. apud labeonem per illum text. & ibi Alex. & moderni in Apostill. ff. de edil. edict. Dec. cons.* 170. *col. pen. vers. & dato & cons.* 175. *Alex. Creman. Roman. & alii quos refert, & sequit. Plat. cons.* 108. *int. consil. criminal. Zilet. n.* 122. *in* 1. *vol.* etiam si consuetudo non est plene probata, ut per *Curt. iun. cons.* 34. *col. fin. num.* 9. *sequit. Plot. ibi supra*. 19

Esto igitur sine veri præiudicio, quod consuetudo non esset plene probata, prout credidimus probata, cum ista sit communis opinio quod pluribus doctoribus de consuetudine attestantibus sit standum, ut per *Bart. in L. de quibus ff. de leg* & alios, quos citat & sequitur *Roland. a Vall. cons.* 87. *sub n.* 12. *in pr. vol.* & illi esset standum per suprascripta, saltem ut per illam probationem præsumptivam sit translatum onus probandi contrarium in dd. Fratres, ut declarat *Roland. d. cons.* 87. *sub n.* 72. 20 21 22

Tum quia ex quo Domina Papera p. & Domina Maria eius Filia, ac Franciscus de Rondinellis fuerunt tollerati per dictos Fratres possidere dictum Ius Intraturæ, & non egerunt ad caducitatem nisi ultimo loco dictus Franciscus dicitur constitutus in bona Fide, quæ etiam ex iniustis caussis caussatur *Bald. post Gloss. in Leg.* 1. *ubi caus. Stat. Alex. & alii quos refert & sequitur Plot in d. cons.* 108. qui satis in terminis loquitur, & alii possent allegari qui gratia brevitatis omittuntur. 23

Nec putavimus obstare, quod pro parte dictorum Fratrum dicebatur, quod scilicet d. consuetudo Laicorum non habet locum in rebus, & Personis Ecclesiasticis ad *DD. in cap. Ecclesiæ S. Mariæ de constit.* Tum quia ista consuetudo videtur universalis, & tam in Intraturis Apothecarum Ecclesiarum, quam privatorum, cum *Prat. ubi supra*, & Domini Fratres in eorum Motivis attestantur de consuetutine universali. Tum quia istud Ius Intraturæ per consuetudinem alienabile fuit acquisitum antequam dicta Societas S. Mariæ Novellæ, immo videtur quod etiam antequam relinqueretur per Testamentum Bartoli, ut colligitur ex traditis per Dominos Tres in eorum Motivis ad quæ sufficiat remissio; Et ad instrumenta, iura & allegationes ipsorum, sive igitur dicamus istam esse naturam Iuris Intraturæ, ut alienari possit irrequisito Domino, & consuetudinem esse universalem, & procedere etiam in rebus Ecclesiæ, sive dicamus non 24 25

extendi ad bona Ecclesiastica; Tamen alienari istud Ius Intraturæ potuit, sive dicamus acquisitum antequam proprietas, seu Apotheca relinqueretur dictæ Societati, ut dicunt Domini Tres, sive post. Tum etiam quia ista Societas dicitur Collegium prophanum, & non ecclesiasticum, ut optime probant Domini Tres in eorum Motivis.

Et quia extat res iudicata ut diximus in secundo fundamento; Et quia cum fuerit primo loco alienata in casum permissum, & sic dictum Ius sit effectum alienabile semper alienabile erit per deducta in tertio fundamento; Tum etiam quia dictus Franciscus esset excusatus a caducitatis pœna, tum ex consuetudine, tum ex tollerantia, ut in ultimo fundamento diximus &c.

Et ex præmissis pariter tollitur quod pro parte dictorum Fratrum dicebatur quod Ius utile emphiteuticum etiam in casu 26 non potest adiudicari, ex secundo decreto *ad tradita per Alex. in Leg. si fin.* §. Si de *vectigalibus ff. de damno infecto*; sed tantum comoditas ut ibi, & quod ita intelligendus est *Ias. & Doctores ab eo citati in d. Leg. secunda* nam stante consuetudine 27 potest alienari, tum per supradicta, tum quia *Alex. in puncto* 28 *tenet post Salicet. allegat. Text. in cap. 1. de feud. non habent. prop. nat. Feud. in §. de vectigalibus sub n.* 14. Tum quia dubium tollitur ex deductis in secundo & ultimo fundamento, ex quibus etiam tollitur consilium *Soccin.* 387. *lib.* 2. quia consuetudo est in contrarium. Item & secundo, & ultimo fundamento.

Cammillus Lepidus Prætor.
Stephanus Ursus. Gabriel Barbisonus.
Iulius Iustinianus. Carolus Antonius Puteus.

DECISIO II

FLORENTINA PRÆTENSÆ HYPOTHECÆ.

30. *Martii* 1581. *coram Tribus Rot. Flor. Aud.*
Ex lib. mot. 51. *a* 151.

ARGUMENTUM.

STatutum Florentinum sub *Rubr.* 10. *lib.* 3. *de credit. cessant. & fugit.* mandans omnes Creditores etiam hypothecarios ad æqualitatem reduci, procedit nedum quoad bona, quæ penes debitorem tempore eius decoctionis reperiuntur, verum etiam respectu bonorum per ipsum antea alienatorum, itaut hypothecaria actio per unum ex Creditoribus cessantis contra tertium possessorem intentata effectum habere non possit.

SUMMARIUM.

1 *Stat. Florent. Rubr.* 10. *lib.* 3. *de credit. cessant. mandat quoscumque Creditores tam Hypothecarios, quam non, satisfieri de bonis cessantium per æs, & libram.*

2 *Ver-*

2 *Verba* unicuique Creditori, *& similia, omnes Creditores includunt.*
3 *Verba* omnes sint æquales *sunt generalia, & neminem excludunt.*
4 *Verba Statuti generalia simpliciter prolata casus privilegiatos non comprehendunt.*
5 *Secus vero ubi de illis facta fuerit expressa mentio.*
6 *Oratio negativa trahitur in infinitum, potentiusque negat, ac prævalet orationi affirmativæ.*
7 *Geminatio verborum tam in rubro, quam in nigro Statuti, enixam Statuentium voluntatem præsefert.*
8 *Verba* satisfiat per solidum, & libram *actualem solutionem, & extinctionem crediti denotant.*
9 *Exceptio alicuius casus firmat regulam in contrarium.*
10 *Verba dispositionis ubi conveniunt, convenire etiam debet dispositio.*
11 *Qualitas adiecta verbo verificari debet secundum tempus verbi.*
12 *Generalitas dispositionis restringitur ex subsequenti limitatione.*
13 *Expressio eius, quod tacite inest, parum, aut nihil operatur.*
14 *Et addita censetur ad omnem dubitationem tollendam.*
15 *Natura hypothecæ est, ut sequatur rem in quemcumque transeat.*
16 *Statutum Florentinum de Cessantibus, utpote rigorosum, non est extendendum.*
17 *Ubi agitur de inclusione facta a Statuto per verba universalia, & prægnantia, non est opus aliqua extensione.*
18 *Fideiussor principaliter obligatus, & uti correus potest apposita exceptione cedendarum obtinere cessionem iurium a Creditore.*
19 *Quod permissum est etiam tertio possessori, & n 27*
20 *Facilior, & magis conveniens est satisfactio in bonis liberis Debitoris, quam in iis, quæ a tertiis possessoribus detinentur.*
21 *Ubi eadem, aut maior dispositionis ratio corruit, ibi quoque habere locum debet dispositio.*
22 *Causa finalis Statuti colligitur ex verbis in rubrica contentis præcipue si hæc constet oratione perfecta.*
23 *Dictio* ut *stat causative, & consecutive.*
24 *Ex causa finali, & expressa potest argui ad casus similes, aut maiores, in quibus eadem, aut maior ratio viget.*
25 *Quod procedit etiam in materia correctoria, & odiosa.*
26 *Quia tunc non dicitur tractari de extensione, sed de comprehensione.*
28 *Interpretatio illa est reiicienda per quam Statutum redderetur elusorium.*
29 *Si quid uno modo est probibitum, habet locum probibitio etiamsi*

alio

alio modo agatur ubi consequitur idem finis.

30 *Cessionarius utitur iure cedentis.*

31 *Exceptiones maxime reales, quæ competunt contra cedentem, competunt etiam contra cessionarium.*

32 *Cessionarius non potest esse melioris conditionis cedentis.*

33 *Exceptis iuribus personalibus, immutatio personæ successoris singularis, non immutat iura quæ Cessionarius obtinuit a Cedente.*

34 *Exemplis non est iudicandum, ubi præsertim adsunt in contrarium fundamenta veriora, & tutiora.*

35 *An Creditor agens contra tertios Possessores bonorum hypothecatorum, teneatur iura valida, & efficacia cedere remissive.*

36 *Succumbens in iudicio, qui precedentem sententiam ad sui favorem reportavit ab expensis est absolvendus.*

Decisio Causæ vertentis inter q. Franciscum Ravagni parte ex una, & Alexandrum de Fioravantibus, ac Petrum de Davanzatis parte ex altera.

Cum movisset iudicium hypothecarium aut Salviani interdicti dictus q. Franciscus adversus dictos Alexandrum, & Petrum, ut tertios Possessores bonorum Ioannis de Albericis, D. Primus Iudex absolutorie declaravit ad favorem Reor. conventorum sed contrariæ opinionis fuit D. Secundus Iudex. Nos autem causa cognita determinationem primi Iudicis confirmavimus, ut in nostra sententia.

Nam, & si creditum ipsius Ravagni appareret verum, & liquidum vigore publici Instrumenti in actis producti, tamen ultra defectum probationis, quem adducebant dicti Rei respectu incumbentiæ, quam Actor in talibus remediis substinet, tam de iure communi, quam ex dispositione ordinum ex alio etiam satis inevitabili fundamento asserebatur succumbentiam eiusdem Agentis esse evidentem, supposito pro constanti, quod D. Ioannes de Albericis principalis debitor satis longe ante dictum motum iudicium esset verus, & notorius cessans, & de qua cessatione non dubitatur.

Inferebatur enim ex prædictis in casu nostro succedere determinationem cap. in materia cessantium positi sub *rubr. de credit. cessant. & fugit.* quod mandat quibuscumque creditoribus talis cessantis, tam hypothecariis, & privilegiatis, quam non, ad solidum, & libram satisfieri *per verba universalia inducendo inter eos æqualitatem* ut in eo ponderare licet illa verba *unicuique creditori cuicumque privilegio*, & similia, quæ omnes cre-

creditores includunt per *Text. in auth. quibuscumque Cod. de Sacrosf. Eccles. & Leg. ex quacumque, & ibi late DD. Cod. de serv. fugit. Roman. cons.* 31. *visis bis, quæ narrantur n.* 2. *Dec. cons.* 113. *n.* 4. *& cons.* 599. *n.* 2. accedentibus aliis verbis pari modo generalibus, *sed omnes sint æquales Leg. a Procuratore* 3 *Cod. mandat. & ibi Gloss. & DD. & in cap. solutæ maior. obedien.* & per *Paris. cons.* 22. *n.* 79 *vol.* 2. & quamvis in tali generali sermone potuisset alias dubitari, an venirent creditores hypothecarii, & privilegiati, si verba Statuti fuissent simplicia, ut advertit *Dec. cons.* 300. *per tot. maxime n.* 10. & latius 4 *Tiraquell. de retract. lignager.* §. 1. *gloss.* 14. *n.* 96. huic tamen dubitationi nullus fuit relictus locus, attenta speciali provisione, ut in aliis verbis, *nec alter alteri præferatur ratione* 5 *alicuius hypothecæ tacitæ, vel expressæ*, per ea, quæ adducit *Ruin. cons.* 194. *n.* 3. *cum seqq. vol.* 1. *& in cons.* 226. *n.* 8. eodem volumine, habita etiam consideratione ad talem orationem negative conceptam, quæ trahitur in infinitum, potentiusque negat, atque prævalet orationi affirmativæ, *Alex cons.* 6 100. *col. fin. lib.* 3. *Dec. cons.* 3. *n.* 4. *& cons.* 490. *num.* 6 ac etiam ad geminationem talium verborum de quibus tam in rubro, quam in nigro, quæ enixam voluntatem Statuentium præ- 7 sæferunt *Dec. cons.* 184. *n.* 13. & latius habetur *in dec. Pedemont.* 38. *n.* 16. accedentibus etiam aliis verbis *satisfiat per solidum, & libram*, quæ actualem solutionem, & extinctionem crediti denotare dicuntur *Leg. solutionis verbo, & Leg. seqq. ff. de* 8 *solut. & Leg. solutionis ff. de verb. & rer. signific.*

In idem pari modo consonant reservationes, quas fecerunt Statuentes, qui exceperunt debita ex causa dotium, tutelarum, & curarum, ac etiam iura, quis haberet adversus fideiussores, quarum ea solet esse natura, ut in casibus non exceptis dica- 9 tur firmata regula *Leg. quæsitum* §. *idem respondit ff. de fund. instruct. Dec. cons.* 44. *n.* 1. *& Ram. cons.* 22. *n.* 3. *vol.* 1. cum aliis, qui ut vulgaria, industria omittuntur.

Data igitur verificatione duarum qualitatum, quæ a dicto Statuto requiruntur, nempe quod quis sit creditor tempore cessationis, & quod successive cessationi sit locus, ut in hac facti specie, statim subintrat dispositio eiusdem Statuti, quod propter æquiparationem factam omnium creditorum reducit omnia credita ad eandem paritatem, adeout præter casus exceptos non possit creditor etiam hypothecarius uti tali suo credito ut privilegiato, quia fuit facta diminutio, & mutatio qualitatum, imo, & ipsius privilegii anterioritatis, quod ex hypotheca resultabat, ut supra demonstravimus, & a qua determinatione

dicti

dicti Statuti non poterat dictus Ravagnus prætendere se exclu-
10 sum dicta generalitate attenta, & quia in illo verificantur verba, & qualitates statutariæ per *Text.* ad quem communiter recurritur, *in L.* 4. §. *toties argum. a contrario sensu ff. de damn. infer. Alex. cons.* 54. *n.* 3. *vol.* 4. *& Cravett. cons.* 149. *n.* 5.

Nec prædictis in contrarium facere putavimus refugium, quo dictus q. Franciscus uti attentabat ad evadendam comprehensionem dicti casus factam a dicto Statuto, dum asserebat, generalitatem illius quoad paritatem, & concursum creditorum reduci ad bona, & facultates decocti tempore cessationis, ut in illis verbis *de bonis cessantium, & pretio ex venditione bo-*
11 *norum*, ex vi qualitatis adiectæ verbo, quæ secundum tempus illius verificari debet, vulgata *Leg. in delictis* §. *si extra-*
12 *neus ff. de nox. Ruin. cons.* 89. *n.* 2. *vol.* 2. atque limitationis factæ ad eadem bona, per ea quæ adducit *Oldrad. in cons.* 8. *per tot. & Dec. cons.* 92. *cum simil.* non autem ad bona, quæ per plures annos exierant e dominio, & bonis dicti Ioannis debitoris ante talem decoctionem; Quia tale obiectum dilui posse pro certo habuimus per ea, de quibus infra.

In primis enim fuit consideratum, quod in ea parte, in qua dictum Statutum mandat omnibus creditoribus decocti per solidum, & libram æqualiter satisfieri, etiam quod nihil aliud fuisset superadditum, talia verba illam intelligentiam admittebant, ut de bonis debitoris fieri deberet satisfactio, & non de
13 alienis, quo casu illa superaddita expressio non removet dictam generalem dispositionem, & parum, aut nihil operatur, *Leg. cum quid, & ibi per DD. ff. si cert. pet. Bartol. in Leg.* 31. *ff. de legat.* 1. & quia id censetur dictum gratia tollendæ dubi-
14 tationis, *Leg quæ dubitationis ff. de regul. iur. Soccin. cons.* 102. *visis, &c. column. penult. vers. sed quando exprimitur vol.* 3. *Dec. cons.* 546. *n.* 3. 4. *cum simil.*

Secundo loco etiam dicebatur, quod ex quo natura obligationis hypothecariæ, illa erat, ut sequeretur rem ad quemcumque transiret, & competeret contra tertium possessorem, ad avocandam rem, & eius possessionem tanquam de bonis de-
15 bitoris ad hoc, ut creditor dicta bona teneat donec &c. per *Text. in Leg. si fundus* §. *in venditione ff. de pignor. Leg. creditoris ff. de distr. pignor. Corn. cons.* 237. *per tot. vol.* 3. *Negus. de pignor. & hypoth. in* 1. *membr.* 8. *par. princ. num.* 48. *cum seqq. & in* 3. *membr. per tot.* ubi datur forma libelli in tali actione, in qua supponitur bona, ad quæ agitur, & eorum dominium fuisse debitoris, cui exinde accedit hypotheca, & hoc est principale fundamentum intentantis talem actionem,

ideo

ideo non videbatur absonum, si in terminis nostris respectu creditoris agentis, & ita profitentis, considerari possent, ut talia, quæ dicerentur inclusa in prædicta generali dispositione dicti Statuti, maxime in illa parte, in qua fuit facta specialis mentio creditorum, qui sunt privilegiati, atque nituntur hipothecis, ut supra edocuimus.

Quidquid sit, quod alias dici soleat tale Statutum de cessantibus, ut rigorosum non extendi debere, sed contineri intra suos limites, *Soccin. cons.* 37. *per tot. vol.* 3. *Decius cons* 39. *in fin. & alii alibi*, quia cum tractetur de inclusione facta a dicto Statuto per talia verba universalia, prægnantia, & reiterata, non fuit, nec est opus aliquali extensione tam ex prædictis, quam ex aliis mox allegandis. 16 17

Tertia erat consideratio, quæ ex eodem Statuto elicitur in ea parte, in qua fit mentio de fideiussore, cum enim Statuentes prædivissent verba, & dispositionem dicti Statuti esse adeo generalem, ut probabiliter dubitari posset, quod etiam fideiussoris respectu, & illius bonorum censeretur facta dicta paritas, & innovatio talis crediti hypothecarii, quamvis fideiussor, maxime quando est reiecta excussio, ut cavetur ex ordinibus fere in toto dominio Florentino, censeatur tanquam alter debitor, & Correus principalis, eo propter de illo specificam mentionem fecerunt concedentes, ut creditori sit ius salvum, nec in aliqua parte diminutum quoad talem fideiussorem, & illius bona, sed quia exinde talis fideiussor potuisset opposita exceptione cedendarum obtinere cessionem iurium a creditore per 18 *Text. in Leg. ii, & ibi per omnes Cod. de fideiuss.* quibus mediantibus de facili potuissent subvertere, & inanem reddere intentionem eorumdem Statuentium, quoad dictam paritatem, ideo per verba expressa mandaverunt, ut ipse fideiussor exinde concurrat cum prædictis aliis creditoribus, quo casu cum possit considerari aliqualis similitudo inter talem fideiussorem respectu exceptionis cædendarum, & tertium possessorem, qui 19 etiam habet facultatem illam opponendi ad *Leg. mulier ff. qui pot. in pignor. hab.* & latius etiam inferius dicitur, convenit, talis casus in specie provisus, atque exceptuatio in ea facta multo magis habet vim constitutionis regulæ in contrarium, ut in prima parte abunde tractavimus.

Propterea dato sine veri præiudicio, quod dictus casus quoad tertium possessorem non remaneret sub dispositione expressa dicti Statuti inclusus, attenta saltem mente, & ratione, qua moti fuerunt statuentes, non vidimus, quod posset reddi probabilis ratio diversitatis, quare voluerint potius diminuere privilegium hypo-

hypothecæ, & illius potioritatis quoad bona libera cessantis, quam respectu aliorum bonorum possessorum per tertias personas, siquidem dato etiam, quod excussionis beneficium diceretur reiectum, nemo tamen negabit, quod si adsint bona debi-
20 toris magis conveniens, & facilior sit satisfactio in bonis vacuis ipsius debitoris, quam aliis, si a tertiis possidentur ad *Text in Auth. hoc si debitor Cod. de pignor. & notatur* late per *Cravett. cons.* 77. *n.* 6. 17. & quia adversus tertium est agendum hypo-
21 thecaria, ut prædiximus, & ideo arguendo ab identitate, aut maioritate rationis dici potest eidem dispositioni locum esse debere, habita etiam consideratione ad bona ab ipsis tertiis possessoribus possessa, ad notata per *Castrens. in Leg. illud Cod. de Sacr. Sanct. Eccles. num.* 4. *Bero. cons.* 150. *num.* 19. *vol.* 1. *Ruin. cons.* 74. *num.* 2. & 5. *vol.* 1. & habetur in *decis. Pedemont* 167. *n.* 9. & 81. *num.* 16. *cum similibus* in aliquo non refragante, quod dicatur dictum Statutum esse odiosum, & correctorium, quia ultra quod ex præmissis patet satis clara responsio, etiam in prædictis opportuno loco vis talis argumenti de facili diluitur.

Fuit etiam quinto loco consideratum, quod causa, & ratio finalis, quæ movit Statuentes ad inducendam dictam satisfactionem ad solidum, & libram illa fuit, ut paritas sequeretur inter omnes creditores iuxta continentiam verborum contento-
22 rum *in Rub. ut inter se sint pares*, ex quibus, cum præsertim constet ex oratione perfecta, demonstratur mens, & intentio Statuentium, atque causa finalis d dispositionis ex doctrina *Bartol. in Leg. fin. ff. de hæred instit. Alex. cons.* 7. *visis n.* 5. *lib* 2. *Roman. cons.* 16. *viso temate in pr. col. Dec. cons.* 333. *num.* 2. & *ibi Addit in lit. A & cons.* 386. *num.* 7. & late habetur in *dec. Pedemont.* 58. *num.* 5. quod exinde in nigro reiteratur „ ibi „ nec *alter alteri præferatur*, & alibi *sed omnes sint æquales*, quo casu ponderando præsertim dictam dictionem
23 ut quæ stat causative, & consecutive, ut alias dicitur in *Leg. Senatus ff. de donat. caus. mort. & in Leg.* 1. *ff. de cond. caus. dat.* & aliis similibus, certum est, per dictos Statuentes factam fuisse specificationem causæ, propter quam moti fuerunt ad ita statuendum, & consequenter ex illa ut finali, & expressa ar-
24 gui potest ad casus similes, aut maiores, in quibus viget eadem, aut maior ratio *Leg. regula §. & licet ff. de iur. & fact ignor. ubi Bart. Bald. & alii Dec. cons.* 350. *n.* 3. & 4. *cons.* 351. *n.* 5. & *Ruin. cons.* 3. *n.* 4. *vol.* 1. quod procedit etiam in mate-
25 ria correctoria, & odiosa per doctrinam *Bald. in auth. quas actiones in* 2. *col. vers. satis tacite cautum putamus Cod. de Sacr. San.*

Eccles.

Eccles. & ibi Iason. n. 22. Raph. Cuma & Alex. in Leg. cum mulierem notab. n. 3. ff. solut. matr. Castrens. in Leg. quamvis in fin. Cod. de fideicomm. & idem Iason. in Leg. si ita stipulatus §. Chrysogonus num 37. ubi de veriori, & communi opinione *ff. de verb. oblig. Alex. cons.* 34. *n.* 8. *vol.* 5. *Decius cons.* 379. *n.* 6. & 382. *num.* 4. *Ruin. cons.* 163. *n.* 2. *vol.* 2. ac latissime *Cravett. de antiq. temp. part.* 4. *n.* 86. *usque ad n.* 91. ubi concord. adducit, quod ea ratione procedit, quia tunc non dicitur tractari de extensione, sed de comprehensione, ut in dictis locis habetur. 26

Accedat etiam prædictis sexto loco, quia aut in casu nostro verba, & dispositio Statuti includunt casum nostrum per verba expressa, saltem sublata significatione verborum, quia creditor ratione hypothecæ agit ad avocationem bonorum, ut de bonis sui debitoris, ut in principio deduximus, aut tali inclusione est locus attenta expressione causæ, & rationis, ut proxime supra; & tunc prædicti tertii possessores dicebantur tuti a dicta molestia illata per dictum quondam Franciscum; Aut dicti tertii possessores, & eorum bona non remanent inclusa sub tali ordinatione, quod tamen non admittimus per supra late deducta, & tunc si licitum esset, prout, & revera licet, de tertiis obtinere cessionem iurium a creditore molestante per *Text. in d. Leg. mulier ff. qui pot. in pign. hab. Bart. in Leg. si stipulatus esset* §. 1. *num.* 3. *ff. de fideiuss. Bald. cons.* 109. *per tot* & 189. *num.* 4. *vol.* 3. *atque Negusant. de pignor. in* 5. *mem. num.* 33. *cum seqq.* sequitur, ut talis tertius cessionarius posset mediante cessione uti privilegio talis hypothecæ in eisdem bonis debitoris, in quibus dabatur concursus primo loco inter omnes creditores etiam in eorum præiudicium, contra verba, mentem, & dispositionem dicti Statuti, quod dicta de causa, & per indirectum redderetur elusorium, quod dicere non debemus. & minus convenit, ut talis interpretatio admittatur *Leg. stipulatio §. Divus ff. ut legat. nom. caus. Castrens. in Leg. ex imperfecto de testam. Abb. cons.* 73. *n.* 3. *lib.* 2. *Dec. cons.* 140. *n.* 6. *Ruin. cons.* 224. *n.* 6. *vol.* 1. & habetur *in dec. Pedemont.* 63 *n.* 3. 4. & quia si quid uno modo, aut via est prohibitum, pari modo, prohibitio suum vigorem obtinere solet, si alio modo, aut via agatur, quando eidem est finis per text. vulgatum *in Leg. Oratio cum ibi not. ff. de spons.* Ultra quod si aliter diceremus sequeretur inconveniens, de quo infra: certum est enim, quod cessionarius utitur iure cedentis *Roman. cons.* 142. *quod cessionarius* per tot. & *cons* 202. *non est dubium*, una cum not. late *in dec. Pedemont.* 61. *mulier primi viri per tot:* & hinc evenit, ut exceptiones maxime reales, quæ competunt adver- 27 28 29 30

sus cedentem etiam competere dicantur contra cessionarium ad 31 not. per *Gloss. Bart. & DD in Leg. apud Celsum §. si eum legitima ff. de dol. excep. in Leg. dol. mal. ff. de novat. Bald. Salyc. & alii in Leg. etiam Cod. de compens. Castrens. cons.* 132. in causa, quæ vertitur Lucæ, *in* 2 *col in vers. sed ad ista respondetur vol.* 1. *& cons.* 47. *viso puncto eodem vol. Aretin. cons.* 16. *in fin. Alex. cons.* 54. *circa id quod queritur vol.* 2. *in fin.* & latius per *Afflict. dec.* 74. & ibi per *Ursill. per tot.* & est articulus verus, & notus: Absurdum autem, seu inconveniens illud erat, ut dictus q. Franciscus creditor quoad concursum cum aliis creditoribus dicebatur habere sua iura immutata, & diminuta etiam quoad suam hypothecam, sed si teneremus opinionem illam quod potuisset agere contra tertios, & cedere iura ipsis tertiis potuissent tanquam non comprehensi uti eisdem iuribus cessis, & avocare bona cessantis in vim dictarum actionum cessarum absque diminutione, quod ut absurdum concedi non potest, quia non dicitur esse melioris conditionis Cessionarius Authore suo cedente per *Text. in Leg. traditio & quod* 32 *ibi notatur ff. de acquir. rer. dom. Leg. in omnibus §. non debeo ff. de reg. iur.* ac, prout in terminis cessionarii ita infert *Nat. cons.* 398. *n* 3. quia exceptis iuribus tantum personalibus immutatio personæ successoris particularis non immutat iura, quæ 33 obtinuit ab Authore *Leg. si maritus ff. solut. matr. & Leg.* 11 *§ ex his cum vulgar. ff. de verb. oblig.*

Non obstat igitur dictum *cons. Dec. Soccin.* & aliorum, qui affirmant dictum Statutum esse iuris correctorium, & odiosum, ac non extendendum, quia bona tertii possessoris esse sub dicta dispositione inclusa, tum ex verbis dicti Statuti, tum etiam ex mente, & ratione expressa Statuentium abunde supra explicavimus.

Non etiam relevant *not. per Iason.* & alios *in Leg. rescriptum ff. de pac.* quia ingenue fatemur, regulariter creditores hypotecarios, & privilegiatos nullatenus contineri sub sermone simpliciter denotante ius crediti, quando id tendit ad derogationem iuris hypothecarii, sed in hac facti serie apparet, per dictum Statutum fuisse factam specificam mentionem dictæ hypothecæ, & illius diminutionis, ut in eo &c. igitur &c.

Et quia iste articulus fuit nobis oblatus, & novus, & noviter decidendus, ex eo etiam talis novitas evidentius apparuit, quia iuxta relationem factam a Partibus non destitit quælibet earum uti etiam exquisita diligentia in rimari faciendo sententias, & motiva ab hinc retro ædita, non levi enim desiderio tenebamur dignoscendi, quænam fuisset retroactis temporibus in illa

illa parte intelligentia, & observantia dicti Statuti ad hoc, ut ad illius decisionem possemus cum omni matura consideratione devenire, & tamen nihil in hoc Foro Prætorio discussum, & minus decisum apparuit, atque per eundem q. Franciscum tantummodo adducta fuit quædam sententia lata a DD. Officialibus Curiæ Mercantiæ, & recursus, ut asseritur Iudicibus appellationum sententiarum, quæ feruntur a Sindacis, & deputatis pro creditoribus adversus cessantes, super qua non vidimus, quod posset fieri tuta insistentia, tum ex causis suprascriptis enarratis quemadmodum urgere adversus Ravagnum visa sunt, tum quia tales Curiæ non iudicant nec iudicare solent de iure, & secundum decisiones iuris, ac etiam, quia nobis non consitit de qualitatibus, quæ respicerent casus identitatem, ultra quod non convenit ut exemplis iudicia proferantur, cum præsertim possunt adduci rationes, & fundamenta pro alia parte de iure veriora, & tutiora, prout nobis visa fuerunt illa quæ faciunt pro dictis tertiis possessoribus, de quibus proxime supra. 34

Accedente etiam, quia cum in tali frequentia cessationum in tot annis præteritis non evenerit casus introductionis dicti articuli prædictum Forum Prætorium non levis ansa dabatur inclinandi in dictam sententiam, quam ut iustiorem amplexi sumus.

Non omittitur etiam ultimo loco, quod ultra supra deducta ipsi Alexander, & Petrus innitebantur alio modo subvertere intentionem dicti q. Francisci, nempe ex vi exceptionis cædendarum, alio exinde superaddito, quod dictus Ravagnus tenebatur cedere iura valida, & efficacia non autem inutilia, quæ sola suberant adversus cessantem de cuius articuli veritate ultra superius adducta nonnulla videri possunt in *Leg. Sticum §. si creditor il 2. ff. de solut. Leg. si pupillus alterum ff. de adm. tut. Federic. de sen. cons.* 241. *per tot.* late *Soccin. cons.* 200. *vol.* 2. *per tot. Corn. cons.* 51. *vol.* 3. *& Afflict. dec.* 343. & a cuius articuli discussione, & decisione ex eo abstinendum esse censuimus, quia stante veritate, & realitate primi, hic secundus non fuit visus necessarius, & ideo in aliud opportunius tempus merito reiciendum curavimus. 35

Respectu autem expensarum, ex quo dictus Ravagnus alteram præcedentem sententiam a D. Iudice, a quo, ad sui favorem reportaverat, ea propter illum absolutum voluimus ab expensis, vulgatis iuribus &c. 36

Io. Baptista Bordigonus.
Hilarius Ventura.
Malatesta de Malatestis.

DECISIO III.

EADEM.

Die 8. Iulii 1582. coram quatuor Rot. Audit.
Ex lib. motiv. 53. a 133.

ARGUMENTUM.

PAtet ex præcedenti.

SUMMARIUM.

1 *Qualitas adiuncta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi & num.* 21
2 *Verba* de bonis dictorum cessantium, *intelligenda sunt tantum de bonis, quæ erant decocti tempore decoctionis & n.* 22
3 *Prior in tempore potior in iure.*
4 *Statutum debet interpretari, ut minus lædat ius comune, quam fieri possit.*
5 *Statutum simpliciter, & absolute loquens, debet generaliter intelligi & n.* 24
6 *Verba universalia omnes casus comprehendunt preter exceptos.*
7 *Geminatio verborum universalium ostendit nullum casum fuisse exclusum.*
8 *A forma Statuti non est recedendum.*
9 *Quando Statutum derogat Iuri Comuni non interpetratur secundum Ius Comune, sed intelligitur generaliter, prout verba sonant & n.* 26
10 *Præcipue stante clausula* non obstantibus *& n.* 27
11 *Quæ ad unum finem gesta sunt, non debent contrarium operari effectum.*
12 *Ius excipiendi in singularem successorem transfertur.*
13 *Ac in eum transit etiam ius retinendi.*
14 *Tertius possessor bonorum decocti, nequit a Creditoribus molestari, nisi prius facta declaratione per Sindicos, quod bona fuerint decocti.*
15 *Exceptio alicuius casus, ostendit aliud esse in aliis casibus.*
16 *Argumentum a cessante ratione Statuti, est in iure validum.*
17 *Probibitum ex tempore, dicitur ante tempus concessum.*
18 *Statutum Florentinum sub rub.* 11. *lib.* 3. *permittitur per Credito-*

ditores revocari alienationes factas a debitore infra tres menses præcedentes decoctionum, ob præsumptam fraudem ex temporis propinquitate resultantem.

19 *Concessionis causa cessante, cessat & ipsa concessio.*

20 *Inclusio unius est exclusio alterius.*

23 *Quando initium Statuti est generale, & per modum regulæ, ab illa regula generali non receditur, quamvis aliqua adsint verba, quæ videantur restringere.*

25 *Repetitio, & relatio cessant, ubi ratio recti sermonis id non patitur.*

28 *Statutum est interpretandum secundum Ius Commune, quando sumus in dubio, secus vero ubi dispositio est clara.*

29 *Exemplis non est iudicandum.*

IN Causa Revisionis vertente inter q. Franciscum de Ravagnis & Ioannem de Albericis ex una, & Alexandrum de Fioravantibus, & Petrum de Davanzatis ex altera per S. C. S. nobis delegata.

Tota difficultas præsentis Causæ consistit, numquid Statutum cessantium sub Rubr. 10. in ea parte, in qua omnes creditores etiam hypothecarii ad æqualitatem reducuntur, procedat nedum quoad bona, quæ pœnes debitorem tempore eius cessationis reperiuntur, verum etiam respectu bonorum antea per tres, vel quatuor annos per ipsum alienatos, ita ut hypothecaria actio per unum ex creditoribus cessantis contra tertium possessorem intentata effectum habere non possit.

Et pro parte d. Ravagni agentis videbatur dicendum, dictum Statutum non impedire actionem hypothecariam contra tertium possessorem intentatam, quoniam tale Statutum debet intelligi respectu bonorum, quæ erant in bonis, & dominio decocti tempore quo declaratus fuit cessans, & fugitivus, ut patet ibi, dum loquitur de creditoribus talium cessantium, quibus debet satisfieri per solidum, & libram *de bonis cessantium*. Nam 1 qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi *Leg. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. Leg. si Titius ubi Bart. ff. de Testam. milit.* & sic qualitas illa bonis dictorum cessantium apposita, super quibus creditores decocti ad solidum, & libram concurrere debent, est intelligenda de bonis, quæ erant decocti tempore cessationis, prout etiam demonstrat genitivus ille *dictorum cessantium* ad tradita per *Bart. & scribent. in rubr. ff.* 2 *de nov. oper. nunc.* non autem de bonis alienatis per plures an-

nos ante cessationem, in quibus dicti cessantes nullum ius habent, nec dominium, & ita intelligendo minus corrigitur dispositio iuris communis, quæ habet, quod prior in tempore potior sit in iure per *Text. in cap. qui prior de reg. iur. in 6. &* 3 *in Leg. privilegia ff. de privil. cred.* & tanto magis cum iure cautum sit, quod Statutum debet interpetrari, ut minus lædat ius commune, quam fieri possit *cap. cum dilect. de consuet. Leg.* 4 11. *Cod de noxa & per Alex. cons.* 19. *n.* 4. *& cons.* 20 *sub num.* 3. *vol.* 2. & ita alias dictum Statutum videtur fuisse interpetratum in hac alma Rota in causa illorum de Pinadoris, & Gabrielis de Leonibus, ut *ex lib. motiv.* 38. apparet sub die 22. Februarii 1573.

His tamen non obstantibus inherendo opinioni DD. Trium qui alias in hac eadem Causa iudicaverunt, ut ex actis liquido constat, pronunciavimus petita per dictum Ser Franciscum de Ravagnis, & Ioannem de Albericis in dicta eorum petitione & libello fieri non debere, nec posse de iure, & a petitis prædictis dictos Alexandrum de Fioravantibus, & Petrum de Davanzatis absolvimus, ut in sententia, ad quam &c.

Moti primo per rationes, & iura, quæ in Motivis dictorum DD. Trium alias in hac Causa sub die 30. Martii 1581. non minus docte quam eleganter, ac satis diffuse deducta, fuere ad quæ brevitatis causa sufficiat remissio quoniam hic omnia referre laboriosum, & prolixum esset potius, quam subtile, vel utile, ut verbis utamur *Paul. Castrens. cons.* 117. *in novis. circ. fin. lib.* 1. *& Bart. in Leg. Mela in fin. princ. ff. de alim. & cibar. legat.*

Secundo, quia Statutum simpliciter, & absolute loquens non debet limitari, sed generaliter intelligi, prout verba sonant *L.* 5 *prima* §. *generaliter ff. de legat. præst. & in Leg.* 3. *de offic. præsid.* unde cum Statutum prædictum mandet *unicuiq. creditori satisfieri per solidum & libram de bonis cessantium, nec alter alteri præferatur ratione alicuius hypothecæ tacitæ vel expressæ nec ratione pignoris, aut privilegii cuiuscumque personalis, seu realis actionis vel mixtæ sed omnes sint æquales, quibuscumque privilegiis, vel prærogativis temporis, vel actionis non obstantibus &c.*

Non est dubitandum, dictum q. Franciscum, uti creditorem dicti Ioannis cessantis compræhendi sub illa generali, & etiam speciali provisione, tum quia verba universalia omnes casus compræhendunt, exceptis tamen casibus de quibus in Sta- 6 tuto prædicto, ad ea quæ late cumulantur per *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 21. *& in addit. ad Rom. in consil.* 31. *in vers. quacumque causa in litt. A.* tum etiam quia stante gemi-

minatione eorumdem absolute inferri potest, nullum casum exclusum videri *Marsil. cum concord. in Leg.* 1. §. *Quæstiones col.* 2. *&* 3. *ff. de quæst.* & per consequens cum aliis creditoribus concurrere debere iuxta formam dicti Statuti, a qua non est recedendum, ut per *Dec. consil.* 10. *sub n.* 2. 7 8

Tertio quia quando Statutum deviat a Iure Communi, ut in casu prædicto, non intelligitur secundum ius commune, sed generaliter ut verba sonant, derogando iuri communi, ut per *Dec. in Leg.* 1. *n.* 14. *Cod. qui admitti & per Bart. in Leg. maximum vitium col. penult. Cod. de liber. præter.* & hoc tanto magis stante dicta clausula *non obstantibus &c.* ut per *Anchar. in consil.* 335. *n.* 2. 9 10

Quarto si bona hypothecata penes debitorem permansissent usque ad eius cessationem, utique creditor non potuisset ex sua hypotheca se iuvare, quia Statutum ipsam reiicit, non debet ergo alienatio per debitorem facta, quæ non ad meliorandam creditoris conditionem, sed eam potius deteriorandam tendere videtur, eam meliorem reddere *Leg. legata inutiliter ff. de adimend. legat. Leg. non omnis ff. si cert. pet.* imo quemadmodum eo casu sibi hypotheca agenti opponi potuisset exceptio Statuti hypothecam auferentis, pari modo opponi posse videtur eidem agenti contra tertium possessorem, quia ius excipiendi in singularem successorem transfertur, ut per *Bart. in Leg. si tertius* §. *si quis prius n.* 6. *ff. de acq. pluv. arcen.* & pulchre per *Angel. cons.* 259. *Paul. cons.* 270. *col.* 4. *circa med. lib.* 2. *Aimon. cons.* 148. *n.* 2. quod præcipue verum est in proposito, in quo exceptio opponitur ad effectum retentionis bonorum, quod ius retinendi in singularem successorem transfertur, ut tradit *Soccin. cons.* 158. *col.* 10. *in fin. vers. ex quibus omnibus lib.* 2. *Aimon. cons.* 148. *n.* 2. & per *Bald. in Leg. si vi, vel metu num.* 6. *C. quod met. caus.* quem sequitur *Alex. in addit. ad Bartol. in dict. Leg. si tertius* §. *si quis prius n.* 2. 11 12 13

Quinto facit Statutum sub Rubr. 6. in materia cessantium in quo disponitur, quod Sindici possint declarare, quæ sint bona, & iura debitoris, & creditoris dicti cessantis, & nullus alius, qui sic non fuerit declaratus possit in iudicio, vel extra personaliter, vel in bonis aliquo modo conveniri, aut molestari, cum ergo dictus Alexander tertius possessor conveniatur tanquam possidens bona dicti cessantis, non potest in dictis bonis molestari non facta tali declaratione, quod fuerint bona cessantis, ut in Statuto expresse dicitur, de quo loquitur *Anchar. cons.* 270. *n.* 4.

Sexto quia cum Statutum specialiter expresserit unum casum

sum, in quo voluit creditores solitum exigere posse extra bona ipsius cessantis, nempe a fideiussoribus, manifeste constat, mentem Statuti fuisse generaliter concursum inducere etiam respectu exactionis aliunde faciendæ quam ex bonis cessantis, quia non fuisset opus hunc casum specialiter excipere, si extra bona cessantis concursus non foret inductus, sed in solidum agi posset,
15 exceptio igitur ista, aliud esse in aliis casibus, ostendit, ut optime probatur ex traditis per *Aimon. cons.* 214. *n.* 13. *& seqq* & præcipue aliud in tertio possessore, in quo cessat ratio dictæ specialis provisionis factæ contra fideiussorem. Statutum enim non alia ratione concessit creditori solidum a fideiussore exigere regressum ei concedendo contra debitorem solum ad libram, & solidum, quam quia fideiussor magis de persona, & bonis eius pro quo intercessit, videtur confidisse, quam creditor, qui de fideiussore sibi prospiciendum putavit.

Hæc autem ratio prorsus cessat in tertio possessore, quam minus confidisse constat de dicto cessante, cum iste sub hypotheca simplici bonorum pecuniam illi crediderit, ille non aliter precium solverit, quam venditionis titulo bonis in se tran-
16 slatis, & eorum dominio acquisito: arguendo igitur a cessante ratione Statuti, iuxta late tradita per *Tiraquell. de caus. cessant. num.* 125. *& seqq.* provisio facta circa fideiussorem in tertio possessore locum non habet, unde molestari per creditorem cessantis non potest.

Septimo, quia Statutum sub rubr. 11. solum permittat creditoribus revocationem alienationis factæ per debitorem infra tres menses proxime præcedentes cessationem, ipsius alienatio antea facta, prout ista fuit, irrevocabilis reddi per Sta-
17 tutum videtur, quia prohibitum ex tempore dicitur ante tempus concessum, ut tradit late *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1 *gloss.* 2. *n.* 46. 47. 48.

Quinimo cum tales alienationes revocari concedat propter
18 præsumptam fraudem ex temporis propinquitate resultantem ad tradita per *Bart. in Leg. post contract. ff. de donat.* revocatio aliarum, quæ in fraudem factæ non præsumuntur ob longum temporis lapsum inter alienationem, & cessationem non vide-
19 tur concessa, quia concessionis, & permissionis causa cessante, cessat, & ipsa concessio, & permissio, *cap. reliqui, ubi Abb. intertio notab. de custod. Euchar. Ancaran. Affl. in cap.* 1. §. *moribus col.* 1. *n.* 3. *si de feud. fuer. contr. inter dom. & agnat.* cum aliis, de quibus per *Tiraquell. de caus. cessante n.* 197. & melius 229. ubi pro revocatis causa cessante cessat revocatio.

Octavo, quia cum Statutum sub rubr. 9. specialiter dispo-
nat,

nat, quod si creditores forenses nollent stare concordes, vel recusarent concurrere cum aliis creditoribus, quod eo casu Dominus talibus forensibus possit, & debeat reddere ius, & iustitiam secundum iura communia, & Leges Imperiales, sequitur dicendum, mentem Statuentium fuisse, quod in aliis creditoribus Florentinis non servetur ius commune, sed ius municipale, alias non fuisset opus id in forensibus exprimere, & sic inclusio unius est exclusio alterius, *Leg. cum Prætor ff. de iudic. L. maritus C. de prob. cap. nonne extra de præs. Alex. cons. 75. n. 1. lib. 5. Dec. cons. 574. n. 7.* & propterea dictus q. Franciscus Ravagnus *uti creditor dicti Ioannis cessantis* dicitur exclusus quod non possit procedere per viam iuris communis, & per consequens non possit obtinere contra dictum Alexandrum de Fioravantibus, sed teneatur concurrere cum aliis creditoribus iuxta formam Statuti prædicti sub rubr. 10. *de creditoribus cessantium*. 20

Nec prædictis obstare putamus ea, quæ in contrarium adducta fuere per illa verba Statuti *de bonis dictorum cessantium* iuncta regula de qua in *Leg. in delictis §. si extraneus ff. de nox.* quæ habet quod qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, ut arguit, & concludit *Dec. in cons. 5. n. 3. & 4* & sic videtur loqui de bonis tempore cessationis in dominio debitoris existentibus, prout etiam demonstrat genitivus ille *dictorum cessantium* ad tradita per *Bartol. & Scribentes in rubr. ff. de oper. nov. nunt.* 21 22

Quoniam respondetur, quod quando initium Legis, vel Statuti est generale, & per modum regulæ, ab illa regula generali non receditur licet postea aliqua verba ponantur, quæ videantur restringere, ut ex *Text. notab. in Leg. regula §. & licet. ff de iur. & facti ignor.* quæ pro notab. allegatur, *Imol. in Leg. si ita quis § quæ ex Leg. col. penult. in vers. non obstat si dicatur ff. de verb. oblig.* & inducitur per *Dec. in Leg. qui se patris, n. 20. vers. non obstat quod Text. Cod. unde liber in cap. 1. num. 9. de constit. in pr. lect.* & pulchre *in consil. 502. n. 4. & 5.* & alibi passim Scribentes. 23

At in proposito Statutum prædictum nedum ponit regulam generalem in rubr. quod creditores omnes sint inter se pares, sed eam multoties repetit etiam in nigro, unde restringi non debet ad bona cessantis per verba prædicta, sed initium, quod generale est, attendi debet, per ea, quæ dicta sunt.

Respondetur secundo, quod illa verba, *de bonis dictorum cessantium*, respiciunt solum satisfactionem, & concursum creditorum, ut supra in bonis cessantis ad libram, & solidum creditoribus satisfiat. At ex hoc non potest inferri, quod extra

bona

bona cessantis creditores integraliter suum creditum consequi possent per hypothecariam, quia Statutum statim generaliter, & indistincte illam creditoribus aufert, & circa talem ablationem hypothecæ non loquitur restricte respectu bonorum cessantis, ut fecerat respectu concursus, sed generaliter, & indistincte ipsam aufert, ut patet, dum subdit „ nec alter alteri præferatur ra- = tione alicuius hypothecæ tacitæ, vel expressæ „ item dum inquit „ sed omnes sint æquales quibuscumque privilegiis, vel = prærogativis temporis, vel actionis non obstantibus „ Unde generaliter intelligi debet respectu quorumlibet bonorum in quibus hypotheca competeret, *Leg.* 1. §. *et generaliter ff. de legat. præst. cum similibus.*

24

Nec dicatur quod illa verba *dictorum cessantium*, respicientia concursum referantur, vel intelligantur etiam in sequenti parte Statuti auferentis hypothecam.

Quia respondetur, id non esse verum, quia ratio recti sermonis huiusmodi relationem, seu repetitionem non patitur, non enim congruit, quod dicatur „ nec alter alteri præferatur de = bonis dictorum cessantium „ unde repetitio & relatio prorsus cessant, ut notatur in *Leg. lautius ff. de aur. & arg. legat. Dec. cons.* 92. *n.* 1. *in vers.* 6. *ista conclus. & in fin. Mazzo. cons.* 1. *n.* 19. *&* 39. cessante ergo dicta repetitione superest dicta generalitas ablationis hypothecæ, quæ generaliter operari debet per prædicta.

25

Non obstat etiam, quod interpetrando dictum Statutum, quod solum in bonis cessantis auferat hypothecam, minus recedatur a iure communi.

Quoniam respondetur, quod quando Statutum deviat a iure communi, ut in casu prædicto non intelligitur secundum ius commune, ut minus iuri communi deroget, sed intelligitur generaliter, ut verba sonant derogando iuri communi, ut supra dictum est in tertio principali fundamento, ad tradita per *Dec. in Leg.* 1. *n.* 14. *Cod qui admitt. & per Bartol. in L. maximum vitium col. penult. Cod. de liber. præter.* & præsertim stante dicta clausula non ostantibus, ut per *Anchar. cons.* 335. *n.* 2. Allegata in contrarium procedunt in dubio, quod Statutum sit interpretandum, ut minus lædat ius commune, quam fieri possit sed quando clarum est, quod generaliter loquitur, tunc generaliter est intelligendum, quatenus verba patiantur, ut tradit *Aretin. in Leg. cum Leg. ff. de test. Calderin. cons.* 1. *in princ. de consang. & affin. & Dec. cons.* 5. *in fin.*

26

27

28

Minus obstare putamus Motiva, quæ in contrarium allegantur alias facta in causa de Pinadoris, & Gabrielis.

Quo-

Quoniam respondetur, quod loquuntur in diversis terminis, & in omnem casum respondetur, quod exemplis non est iudicandum *Leg. nemo, C. de sent. & interl. omn. Iud.* & not.[29] per *Gloss. in cap. fin. in fin. in vers. legitime extra de consuetud.* & quod pro hac Parte etiam iudicatum fuit, ut ex Motivis dd. DD. Trium sub die 30. Martii 1581. satis diffuse descriptum apparet.

Ex quibus omnibus pronunciavimus, ut supradiximus, & Partes ab expensis ob probabilia iuris dubia absolvimus ad iura vulgaria &c.

Alexander Zilocbius Prætor.
Augustinus Barbisonus.
Iacobus Medices.
Hyeronimus Magonius.

DECISIO IV.

FLORENTINA VENDITIONIS.

Die 6. Iulii 1605. cor. Tribus Rot. Flor. Audit.
Ex lib. mot. 87. a 596.

ARGUMENTUM.

Curator Bonis datus quid observare debeat in alienatione bonorum hæreditatis; an interpellare debeat Hæredem ab hæreditate abstinentem; an alienatio facta a Curatore ex falsa caussa sit nulla, & quomodo res a Curatore alienata reivinvindicari ab hærede possit.

SUMMARIUM.

1 *Curator bonorum, Tutor, Administrator multa observare debent in alienandis bonis eorum, qui tutelæ, seu curæ subiacent, ut remissive.*

2 *Alienatio bonorum huiusmodi, ut recte fiat, inquirere oportet an inserviat ad extinguendum debitum urgens, vel pænale, sive Usurarium, & quod debitum nequeat alio solvi modo, nisi ex rei venditæ pretio.*

3 *Confessio Contrahentium non probat necessitatem alienandi, nisi de hac constet aliunde.*

4 *Curator bonis datus æquiparatur Tutoribus, seu Curatoribus minorum,*

norum, quoad alienationem bonorum.

5 *Ratio eadem ubi viget, idem debet esse iudicium.*

6 *Inventarium plene probat contra Curatorem inventariantem.*

7 *Amplia contra singularem Successorem, qui habet causam ab Inventariante.*

8 *Actus validitatem ad substinendam, plures requiruntur qualitates, quarum si desideratur aliqua, actus ipse corruit.*

9 *Curator hæreditatis iacentis ex urbanitate tenetur admonere de alienatione hæredem legitimum pro interim ab hæreditate abstinentem.*

10 *Debitor, qui prius interpellatus urbaniter non fuerit a Creditore, non tenetur ad litis expensas, si statim confitetur debitum.*

11 *Exequutor Testamentarius in alienatione bonorum hæreditatis tenetur requirere hæredem.*

12 *Et quod hæc sit opinio receptior, reiectis in contrarium auctoritatibus.*

13 *Fraudis, & doli præsumptio oritur ex omissione eius, quod fieri debet, & solet.*

14 *Contractus est illico nullus quando adest dolus, qui dedit causam contractui.*

15 *Amplia quod neque possit ratificari.*

16 *Alienatio facta a Curatore ex falsa causa, est ipso iure nulla.*

17 *Amplia etiamsi interpositum foret Decretum Iudicis.*

18 *Amplia, etiamsi causa esset partim vera, ac partim falsa.*

19 *Hæres, minor, pupillus, res alienatas a Curatore, Tutore, & Administratore, reivindicare nequit, nisi prius offerat pretium rei venditæ, una cum usuris.*

20 *Limita, quando Pars cuius interest, nihil opponit.*

21 *Expensas litis, victus victori reficere debet.*

CUrator hæreditatis iacentis q. Vincentii de Lippis delatæ iure Testamenti Francisco Patri dicti Vincentii defuncti a Patre emancipati, & de hoc non dubitabatur, vendidit certum Prædium dictæ hæreditatis D. Mattheo de Zessis pro certo prætio prout late patet ex Instrumento super inde confecto, sed cum parvos post dies dictus Franciscus prædictam filii adivisset hæreditatem, petiit in iudicio, citato dict. de Zessis, dictam alienationem, ac Instrumentum nullum, & nullum declarari, prædiumque prædictum sibi relaxari, & in prima instantia dict. Actor succubuit, in secunda instantia obtinuit, unde cum eam

ad

ad nos in secunda appellatione fuisset devoluta, fuit solum cognoscendum de validitate, vel invaliditate prædictæ alienationis, in quo Articulo censuimus pro Actore contra Reum, & pronunciavimus pro „ invaliditate, & nullitate dictæ „ alienationis, & condemnavimus, d. de Zessis ad relaxandum „ prædium „ moti, quia licet multa fuerint hinc inde deducta, quæ neutra subsistebant, animadvertimus, nihilominus, quod est verissima conclusio, quod in alienatione bonorum eorum, qui sub tutela, vel cura sunt multa requiruntur, quæ cumulate adducit *Roland. cons.* 33. *n.* 1. *& seqq. vol.* 1. & repetit *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 15. *n.* 146. *& seqq* Sed ea, quæ potissime faciunt ad propositum nostrum, scilicet, ut venditio ipsorum bonorum fiat ad solvendum debitum urgens, vel pœnale, & usurarium, itaut expediat potius vendere, quam pœnam usurarum pati, & quod aliter debitum solvi non possit, nisi ex prætio rei venditæ, ut est *Text. in Leg. magis puto §. si pupillus vers. non passim ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. Dec. cons.* 403. *sub n.* 11. *& seqq vol.* 2. plene *Roland. & Menoch. in præcitat. loc. subdit*, & ibi *Roland. n.* 3. *post Dec. & Paris. per eum alleg.* quod non sufficit, si Curator, vel etiam Notarius asserat in Instrumento debitum urgere, nec aliter solvi posse, quam ex distinctione immobilium, & eorum prætio, sed oportet „ quod aliter plene demonstretur nam illa qualitas, quæ facit valere actum alias invalidum, non probatur per confessionem Partium, sed debet aliter apparere, *Angel cons.* 103. *n.* 1. *Cravett. cons.* 75. *n.* 2. *&* 4. *vol.* 1. plene *Marsil. in L.* 1. *§. si quis dicat n.* 6. *& seqq. ff. de quæst.* Et licet prædicta iura, & auctoritates loquantur in prædiis minorum, & in eorum Tutoribus, & Curatoribus, tamen idem esse dicendum censuimus in Curatore bonis dato, prout eum æquiparat expresse, *Text. in L.* 1. *Cod. de curat. bon. dand.* & quia militat eadem ratio, ideo idem ius est statuendum, *Leg. illud ff. ad Leg. aquil. Surd. dec.* 276. *n.* 8. in proposito enim casu, alterum ex prædictis requisitis, cessabat, quoniam licet adesset esse alienum pœnale, crescens ob cursum temporis per interesse cambiorum, quibus subiacebat, tamen aderant etiam aliæ pecuniæ, vel res mobiles in ipsa hæreditate, ex quarum prætio solvi poterat, aderant enim multa nomina Debitorum, de quibus loquitur *Text in dict. §. non passim*, aliæque res venales, ut patet in inventario, quod sicut plene probat contra ipsum Curatorem inventariantem, iuxta *Text.* & quæ ibi notant *DD. in Leg. fin. C. arbitr. tutel. & in Leg. tutor, qui repertorium in princ. ff. de admin. tutor.* Ita etiam probat contra ipsum de Zessis, uti singularem succes-

1 2 3 4 5 5 7

forem habentem caussam ab eo, ut per *Bald. cons.* 198. *num* 4. *vol* 1. *Aretin. cons.* 36. *sub n.* 3 *Menoch. cons.* 409. *n.* 2. *vol.* 5. *Peregr. de fideic. art.* 44. *sub n.* 6. Ideo nulla inveniebat necessitas alienandi dictum prædium, & per consequens alienatio vitio nullitatis laborabat, nam quantum ad validitatem actus plures qualitates requiruntur, & altera deficiente, actus corruit,
8 & redditur nullus, *L. fin. ff. de divort. & repud. Repol. cons. crim.* 11. *n.* 3. *Surd. dec.* 56. *n.* 2. *dec.* 131. *n.* 13. In hanc sententiam, eo facilius inclinavimus, quia licet dictus Curator sciret dict. Franciscum esse hæredem dict. hæreditatis, a qua hoc inte-
6 rim se abstinebat, nullo cum eo facto verbo ipsoque non prius admonito, ut ex urbanitate facere tenebatur iuxta *Text. in L. quidam Hiberus ff. de servit. urb prædior.* devenit ad alienationem dict. prædii, & nihilominus vidimus, quod ommissio istius urbanæ interpellationis est considerabilis, itaut Debitor con-
10 ventus a suo Creditore non prius urbaniter interpellatus, si statim confitetur debitum, non tenetur ad expensas in lite factas *Roman. singul.* 401. & sequitur *Cagnol. in Leg. virum num.* 22. *ff. si cert. petat.* quinimo quod dictus Curator non solum de urbanitate, sed etiam de necessitate teneretur dict Franciscum hæredem interpellare, & citare in alienatione dictorum bonorum nobis suadet, quod in fortioribus terminis Execu-
11 tor Testamentarius, qui omnia facit ex iudicio Testatoris, in alienationo bonorum hæreditatis tenetur requirere Hæredem, *Michalor. De Crass. de success. in* 2. *par. art. executores ult. vol.*
12 *qu.* 11. *n.* 3. ubi dicit etiam omnium calculo receptam sententiam, nec dissentit, *Gabr. in comm. opin. tit. de cit. concl.* 1 *n.* 207 *& seqq.* licet quoad nullitatem actus facti, non vocato hærede allegat *Alex. cons.* 215. *n.* 12. *vol.* 6. tenentem actum non esse nullum sed *Alexan.* non bene figit pedes ut ibi videre est, nec nos in hoc insistimus, sufficit enim ostendere, quod fuerint ommissa ea, quæ fieri solent, & debent, & ex hoc oritur præsumptio
13 fraudis, & doli ut plene demonstrat *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 102. *& seqq. & num.* 132. *& seqq.* & quando in Contractu intervenerit dolus, qui dedit causam contractui, est ipso iure nullus contractus, ut est in *Text. in*
14 *verb.* eleganter *in princ.* & in *Bart. ad DD. ff. de dol. in puncto Turret. cons.* 28. *n.* 7. *& seqq. vol.* 2. ubi alios adducit, & subdit quod non potest etiam ratificari, auget etiam illa suspicio fraudis ad reddendam nullam hanc obligationem, quia in ipso Instrumento per dictum Curatorem inito, cum dicto de Zeffis plura erant narrata ad colorandam necessitatem d. alienationis, ut puta, quod Creditor urgebat contra hæreditatem, ut sibi

de

de suo credito satisfieret, & quod nulla alia erat commoditas satisfaciendi, quam per hanc prædii alienationem, ad quam deventum erat, etiam ad evitandum lites, parcendumque expensis eorum, aliaque plura asserebantur, prout in ipso Instrumento, quæ nequaquam reperta vera fuerunt, & hæc omnia tendunt ad nullitatem dictæ alienationis, uti factæ ex falsa causa iuxta *Text. in dict. Leg. magis puto §. Si pupillus vers. si æs alienum ff. de reb. eor. qui sub cura &c.* Unde si esset interpositum Decretum Iudicis in tali alienatione ex falsa causa, redderetur nullum, secundum *Roland. cons.* 7. *n.* 85. *vol.* 3. ubi dicit communem opinionem, & ampliat, hoc etiam procedere, licet causa esset pro parte vera, & pro parte falsa, plene *Beninc. dec.* 2. *num.* 2. *& plenius Simoncell. tract. de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 21. *fol.* 28. Cæterum stante dicta nullitate alienationis, videbatur nihilominus posse dubitari, quod d. Actor non esset audiendus, quia ante omnia non obtulit prætium rei alienatæ una cum usuris, iuxta *Text. in Leg. utere & in Leg. si prædium ubi DD. Cod. de præd. minor. Odd. cons.* 41. *n.* 98. *vol.* 1. sed huic obiecto duplici medio occurrebatur, primo quia in processu non apparuit, quod aliquod prætium fuerit solutum, sed solvi fuit promissum, & sic non intrant iura & auctoritates prædictæ, quæ loquuntur in prætio soluto, & in utilitatem minoris verso; secundo quia de hac oblatione prætii cum usuris, non fuit per d. de Zessis oppositum, & quando Pars, cui interest non opponit quilibet veniens ad revisionem Contractus nulliter celebrati, & quod non offerat præcium cum usuris, auditur, nec a iudicio repellitur ita post multa dicit *Osasch. dec.* 160. *n.* 17. ubi dicit communem opinionem quod prædicta iura intelligantur procedere Parte opponente, & quod ita fuit iudicatum, nihilominus ex abundanti condemnavimus d. de Lippis ad solvendum d. de Zessis totum illud, quod in executione nostræ sententiæ probaverit dictum de Zessis solvisse occasione huiusmodi contractus in utilitatem d. Lippi, condemnavimus etiam victum in expensis, iuxta *Text. in Leg. properandum §. Sin autem alterutra* ubi *Alexan. & alii DD. Cod. de Iudic. & in cap.* finem litibus extra de *dol. & contum. & per Statut. lib.* 2. *Rubr.* 1.

15 16 17 18 19 20 21

M. Antonius de Amatis Prætor.
Alexander Ziloccbius.
Carolus Lunardus.

DECISIO V.

FLORENTINA COLLATIONIS COMMENDÆ.

Die 15. Octobris 1604. coram Audit. ANTONIO CURINO.
Ex filt. 5. Caus. Civil. ab anno 1595. ad annum 1610. u. 34.

ARGUMENTUM.

PRior Pisarum Sacri Militaris Ordinis D. Stephani iurisdictionem habet in Territorio Liburni ad exclusionem Prioris Florentiæ. An, & quando Princeps censeatur concessisse iurisdictionem privative potius, quam cumulative. Princeps recedere potest Contractu ex causa, & intuitu publicæ utilitatis.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium a Principe alicui concessum, plenam facit probationem.*
2 *Territorium Liburni est portio Dominii Florentini.*
3 *Liburnum fuit emptum per Florentinam Rempublicam a Ianuensibus anno* 1421. *pro pretio scutorum* 100000.
4 *Pars in toto continetur.*
5 *Pars est eiusdem qualitatis, & naturæ, cuius est totum.*
6 *Concessa alicui iurisdictione super aliquo loco, intelligitur etiam concessa super omnibus, quæ sunt intra fines illius loci.*
7 *Actus iurisdictionales formaliter, & active coherant personæ Domini, materialiter vero, & passive Territorio.*
8 *Idem Iuris est de parte, quoad partem ac de toto, quoad totum, ubi militat eadem ratio.*
9 *Princeps est fons æquitatis, & bonæ fidei.*
10 *Nec præsumitur velle aliorum iura imminuere, & tertiis præiudicare.*
11 *Iurisdictio intelligitur potius cumulative concessa, quam privative.*
12 *Territorium Liburni in spiritualibus subest Archiepiscopo Pisano.*
13 *Omni probabili difficultate carere dicuntur, quæ decisa remanent ex simplici lectura Instrumenti.*
14 *Diæcesis nil aliud est, quam Parochia Episcopi.*
15 *Seu Territorium eiusdem.*
16 *Diæcesani appellatio ad solum Episcopum refertur.*
17 *Civitas, & Diæcesis in quo differant, remissive.*

18 *Sa-*

18 *Satis dicitur expressum, quod sub generalitate verborum comprehenditur.*
19 *Tantum operatur generali dispositio, quantum singularum specierum enumeratio.*
20 *Verba Scripturæ, eorumque vim præcipue spectare debemus quotiescumque est quæstio de voluntate scribentis.*
21 *Iurisdictio non cumulative, sed privative concessa intelligitur quoties nova Iurisdictionis concessio fit in gratiam, & privilegium illius, cui conceditur & de ratione.*
22 *Item quando alicui conceditur particularis iurisdictio super aliquo loco antea subiecto Civitati Dominanti.*
23 *Princeps ad libitum moderatur, removet, ac transfert iurisdictiones, ac dignitates.*
24 *Iurisdictiones, ac dignitates detinentur, veluti precario a Principe concessæ.*
25 *Princeps concedendo dignitatem, censetur concessisse omnia dignitatis privilegia, etsi non expresserit.*
26 *Princeps concedens privilegium, vel dignitatem; censetur derogasse omni dispositione contrariæ.*
27 *Etsi redundaret in alterius præiudicium.*
28 *Princeps censetur voluisse tertio præiudicare, quoties, id secumfert natura, & qualitas negotii.*
29 *Princeps ex contractu obbligatur ad instar privatorum.*
30 *Nemo præsumitur velle facere id quod non potest.*
31 *Princeps potest contravenire contractui, quando id facit intuitu publicæ utilitatis.*
32 *Princeps præsumitur agere ex causa publicæ utilitatis, absque eo quod necesse sit, id exprimere.*
33 *Præsertim quando facile excogitari potest.*
34 *Qualibet probabilis causa sufficit, ad hoc ut Princeps possit recedere a Contractu inito cum subdito.*
35 *Princeps amplissimam habet potestatem recedendi a Contractu, etiam sine causa, quoties agitur de parvo contrahentis præiudicio.*

CUm per obitum Domini Equitis Nicolai Bonavitæ, & lineæ ipsius extinctionem Commenda alias per eum erecta super nonnullis bonis positis in Territorio Liburni foret ex pacto ad Illustrissimam, & Sacram Religionem devoluta, ita tamen, ut collatio administrationis eiusdem pro hac prima vice, ad Priorem illum pertineret, intra cuius Prioratus fines ea reposita

esset; Dubitari contigit, inter perillustres Viros Dominos Priorem, & Baiulivum Florentiæ ex una, & Dominum Priorem Pisarum ex alia, ad quem ipsorum collationis illius facultas devoluta esset.

Existimabant enim primi, eam omnino Iuris eorum esse, quia cum Prior, & Baiulivus Florentiæ sint constituti tales non solum respectu Civitatis, verum etiam universi Dominii Florentini, ut in privilegio erectionis earum dignitatum explicite 1 legitur, quod plenam probationem facit *Gloss. ordinaria in Cod. si Papa* & ibi scribentes *de privileg. in 6. & trudunt Doctores in Leg. cum aliquis Cod. de iur. delib.* & nemo sit qui dubitet 2 quin Territorium Liburni sit portio prædicti dominii, uti olim per Rempublicam Florentinam, & usque de anno millesimo quadrigentesimo vigesimo primo emptionis titulo, & pro pretio 3 scutorum centum millium a Dominis Ianuensibus acquisiti, ut habetur in historia moderna Florentina Libro XVIII. folio 678. sequi necessario videtur, quod actus omnes Iurisdictionales, qui ex gratia Serenissimi Magni Ducis, & Magni Magistri, & secundum Sacri Ordinis constitutiones possunt per Dominos Priores, & Baiulivos exerceri intra fines Provinciarum suarum, æquo modo exerceri debeant in singulis Partibus earum; cum Pars in 4 toto contineatur *Leg. si quis cum totum ff. de except. res iud. & Leg. in toto ff. de reg. iur.* & eiusdem naturæ, & qualitatis 5 sit, cuius est totum *Leg. Lucius & ibi Gloss. ff. de fund. instruct.* & tradit in puncto *Decian. cons. 22. n. 6. vol. 1.* dum probat, quod concessa alicui iurisdictione super aliquo loco, intelligitur etiam concessa super omnibus, quæ intra fines illius loci sunt, 6 & allegat. *Isern. & Alvar. in cap. 1. de contr. inter Masc. & Femin. Bald. in cap. 1. col. 2. de capit. qui cur. vend. & Paris cons. 27. n. 14. vol. 1.* quare cum inter actus Iurisdictionales, formaliter, & active cohærentes personis Dominorum Priorum, materialiter autem, & passive Territorio secundum communes 7 Doctorum traditiones in *Leg.* Iusdicentes, & in *Leg. Imperium ff. de iurisd. omn. Iud.* ille postremus non sit, quod liceat eis unius Commendæ administrationem, ut supra, conferre sequitur quod id facere possint in qualibet parte dicti Territorii, cum idem Iuris sit de parte quoad partem quæ est de toto quoad 8 totum quando militat eadem ratio *Gloss. & alii in Leg. qua de tota ff. de rei vind. & Bald. in Leg. maximum vitium Cod. de Leg. præter.*

Et licet post supradictas dignitates ita constitutas, fuerit erectus Prioratus Civitatis Pisarum, & suæ Diæcesis, non per hoc tamen dicendum est, quod quicquam fuerit detractum Iuri alio-

aliorum non solum, quia Princeps, qui est fons æquitatis, & [9] bonæ fidei est caput *Bald. consf.* 395. *n.* 3. *vol.* 2. non præsumatur velle iura aliorum imminuere, & tertiis præiudicare *Leg.* 2. [10] §. *Merito & Leg. si quis a Principe ff. ne quid. in loc. Publ. Alciat. de præsumpt. reg.* 3.11. *n.* 1. *& Surd. consf.* 42. *n.* 20. *vol.* 1. verum etiam quia regulare est in materia ista iurisdictionali, ut Iurisdictio potius cumulative, quam privative concessa intelligatur, ita ut per iurisdictionem specialem alicui datam non censeatur derogatum generali alteri iam concessæ ut videre est ex [11] his quæ tradunt *Angel. in Leg.* 1. *Cod. ubi & apud quem, & in Leg. testamenta omnia Cod. de testam.* qui melius materiam istam satis involutam pertractavit, quam quilibet alius teste *Aret. consf.* 102. *n.* 1. *& in Leg. quod in rerum § Si quis post n.* 2. *ff. de Leg.* 2. *Rom. consf.* 393. *per totum Iasf. in d. §. Si quis post num.* 5. *Dec. consf.* 3. *& ex novissimis Surd consf.* 56 *per totum.*

Ego vero, cui ab Illustrissimis Dominis Consiliariis dicti Sacri Militaris Ordinis, ad quos præsentis quæstionis determinatio spectat, fuit demandatum, ut tamquam eorum consultor, respondentem, quid in hoc articulo statuendum per eos, & iudicandum foret, dixi, facultatem illam ad solum Dominum Priorem Pisarum pertinere, eumque in collatione illa omnibus aliis anteferendum esse.

Motus quia cum certum sit in facto, quod unusquisque qui Prioratus dignitate in ordine prædicto insignitus est, eo gaudet privilegio, ut valeat ad libitum voluntatis suæ, & pro una vice conferre administrationem unius Commendæ, ex illis, quæ intra fines iurisdictionis suæ positæ sunt, & ob defectum lineæ vocatorum ad eas redeunt sub vinculo antianitatis ad liberam Ordinis dispositionem, ut expressum est in libro constitutionum *tit.* 11. *cap.* 2. *circa medium*, & etiam certum sit, quod bona Commendæ, de qua agitur, sita sunt in Territorio Liburni, qui locus citra omnem dubitationem [12] subiacet in spiritualibus Illustrissimo, & Reverendissimo Archiepiscopo Pisano; Et denique certum etiam sit, quod Prioratui Pisarum fuit ex gratia Serenissimi Magni Magistri, subiecta non solum Civitas, verum etiam, universa Pisana Diæcesis; Sequitur quod ipse solus, & non alius ad huiusmodi collationem admittendus sit, & quod casus iste, re vera remaneat expresse decisus ex simplici lectura instrumenti, seu privilegii [13] erectionis, ideoque extra omnem probabilem difficultatem positus iuxta dictum satis notum, *Bald. consf.* 215. *n.* 3. *in fin. lib.* 2. *Cravett. consf.* 31. *in fin.* & ut cœteros omittam, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 2 *gloss.* 1. *num.* 21. *cum pluribus seq.* quia

cum

cum Diœcesis nihil aliud sit, quam Parrocchia Episcopi *cap.*
14 *bona* 12. *quæst.* 2. *& cap. significavit de offic. ordinar. Bald. in in L. si quis ad declinandam §. omnibus col.* 3. *Cod. de episc & cler. & Abb. in cap. Rodulfus n.* 3. *de rescript.* seu Territorium eiusdem, *Bald. in cap.* 1. *sub num.* 15. *de offic. ind. ord. & Fel.*
15 *in dicto cap. Rodulfus sub num.* 8. Unde etiam Diœcesani appellatio, ad solum Episcopum refertur, *Gloss. in clement. prima in verbo Diœcesanis, de iur. patron. & ibi Imol. & Card. qui gloss.*
16 illam singularem appellat; Utique dum dictum fuit, Priorem Pisarum habere iurisdictionem in Civitate, & Diœcesi Pisarum (quæ verba non sine magno consilio iuncta fuere, ut tolleretur de medio omnis scrupulus, qui oriri potuisset ex differentia, quæ est inter Civitatem, & Diœcesim, de qua per Ca-
17 nonistas in dicto *cap. Rodulfus de rescript.*) Perinde, est ac si expresse, & individualiter mentio de Terra Liburni facta fuisset, cum & ipsa sit portio prædictæ Diœcesis, & satis illud dicatur expressum, quod sub generalitate verborum compre-
18 henditur *L. fin. C. quod cum eo, & L. prætor ait,* & ibi *Bart. & aliis ff. de nov. oper. nunc.* tantumque operetur generalis dispositio, quantum singularum specierum, & individuorum enu-
19 meratio, *L. si duo ff. de administr. tutor. Alex. in L. balista in principio ff. ad Trebell. Rip.* qui propositionem istam late prosequitur, *in L.* 1. *n.* 50. *ff. de vulg. & pupill. & Cravett.* qui loquitur in terminis nostris *cons.* 411. *n.* 27. *vol.* 3. quare cum pro regula traditum sit, ut in omni quæstione, quæ ex tenore alicuius scripturæ ortum ducit, verba illius præcipue, & vim eorum spectare debeamus, ut in terminis privilegii,
20 rescripti, contractus, Sententiæ, & ultimæ voluntatis probat eleganter *Brun. cons. feudal.* 41. *n.* 6. *& seq.* & verba erectionis Prioratus Pisarum sint adeo clara, ut nullam admittant dubitationem, non fuit etiam de bono iure illius ulterius hæsitandum.

Verum circumscripta etiam vi, & significatione verborum, hoc idem affirmari posse credidimus inspecta verosimili mente Serenissimi Magni Magistri, qui cum omnia iura habeat in scrinio pectoris sui, utique non ignoravit, quod licet forte sit regulariter verum, quod concessio specialis iurisdictionis censetur potius cumulative facta, quam privative respectu illius, qui iurisdictionem habet universalem, & antiquiorem secundum ea, quæ supra dicta sunt; Attamen istud locum sibi non vendicat, quando nova, & specialis concessio facta est potius
21 in gratiam, & privilegium personæ, cui concessa est, quam eorum super quibus concessa fuit, quia tunc non cumulative,

ve, sed privative concessa intelligitur, & ratio est, quia sicut in secundo casu interest eorum habere plures, ad quos recurrere possint, sic etiam primo casu interest illius, neminem habere iurisdictionis suæ participem, & ita in puncto respondit *Angel. conf.* 375. *num.* 3 *Cravett. dicto conf* 411. *num.* 31. *&* 33. *Felin. in cap. inseparabili col.* 1. *vers. declara prædicta de offic. ord. Gramat. dec.* 30. *n.* 12. *Iacob. de Aren. omnino videndus in L. quod in rerum* §. *si quis post*, *ff. de legat.* 1. *Aret. conf.* 102. *col.* 2. *vers. item confirmatur*, *&* *Menoch. de præsump. lib.* 2. *præsumpt.* 18. *num.* 23. Nec etiam quando constituta iam iurisdictione universali super Civitate, & locis Civitati subiectis, ex post facto conceditur alicui iurisdictio particularis super aliqua ex civitatibus, vel locis subiectis civitati dominanti, quia tunc novo huic Magistratui censetur collata iurisdictio privative non cumulative; Et ita respondit *Ruin conf.* 393. *n.* 10. *sensit Angel. dicto conf.* 375. *in fin Cravett. dicto conf.* 411. *num.* 28. *vers. tertio cessat & firmat expresse Menoch. ubi supra num.* 11. Neque mirum cum iurisdictiones, & dignitates sint apud Principem, ut scabellum sub pedibus, easque infringat, removeat, & iure suo transferat, sicut in Terris Deus, *auth. de consulib. in fin.* omnesque ab eo, veluti precario detineantur, ut inquit *Bal. conf.* 388. *in princip. lib.* 4. *&* *Abb. conf.* 82. *lib.* 1. Quare cum Prioratus Pisarum nova erectio facta fuerit in gratiam ipsius Fundatoris, & ad preces illius, & in loco particulari subiecto civitati dominanti, concludendum est, mentem Serenissimi Principis fuisse, locum illum eximere ab universali iurisdictione Prioratus, & Baiulatus Florentiæ, cum Princeps concedendo dignitatem, non solum censeatur concessisse omnia privilegia dignitatis, licet id non expresserit, *Gloss.* 1. *Abb. & alii in cap. quia in tantum extra de preben. & notant Doctores in L.* 2. *ff. de iurisd. omn. iud.* verum etiam derogasse omni dispositioni facienti in contrarium *Part. in L. si socer* §. *idem querit*, *ff. de dot. preleg.* Quem cœteri omnes sequuntur, teste *Afflict. in tit. quæ sint regalia in verbo vectigali*, *num.* 149. & probat optime *text. in L. quidam consulebat in fin. ff. de re iudic.* & late prosequitur *Ias. in L. Barbarius n* 10. *ff. de offic. pret.* etiam si id redundaret in præiudicium alterius, cum regula satis sit, quod quotiescumque natura, & qualitas negocii gesti cum Principe affert præiudicium tertio, tunc non est dubitandum, quin Princeps voluerit tertio præiudicare *Dec. conf.* 113. *col.* 2. *in fin. vers. non obstat*, *&* *conf.* 1871. *col.* 3. *circa finem*, *&* *Abb. conf.* 555. *num.* 9. prout evenit in casu nostro, cum non possit verificari in persona D. Prioris Pisarum

22 23 24 25 26 27 28

rum dignitas sibi concessa, nisi id fiat cum omnibus privilegiis, quæ huiusmodi dignitatem concomitantur, ut patet ad sensum, & supra fuit probatum.

Et si quis forte obiiceret non esse verosimile, quod Princeps id facere voluerit; quia cum res inter ipsum, & Dominos Priorem, & Baiulivum Florentiæ, fuerit per contractum expedita, non est apud Doctores omnino certum, quod ipse potuerit huiusmodi contractui in aliquo contravenire, cum Princeps ex contractu obligetur, non minus, ac quilibet alius privatus, 29 *Ias. cons.* 1. *num.* 2. *vol.* 1. *Rol. cons.* 13. *num.* 20. *& seq. vol.* 3. *Cesal. cons.* 302. *num.* 116. *& seq. & Vasq. controvers. illust. cap.* 3. *num.* 2. Et nemo præsumatur velle facere id, quod non potest facere *Bald. in cap.* 1. *de iuram. calumn. & Afflict.* 30 qui concordantes allegat *dec.* 361. *n.* 27.

Posset unico verbo responderi, ista non habere locum, 31 quando Princeps id facit intuitu publicæ utilitatis, ad late tradita per *Cyn. in L. rescripta in fin. C. de precibus Imperatori offerendis Brun. cons.* 12. *Socc. cons.* 164. *col. antepenultim. vol.* 2. *Paris. cons.* 87. *num.* 52. *vol.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *centur. p. quæst.* 48. *& Vasq.* alios referentem *controvers. illust. cap.* 15. *num.* 1. Quæ causa, licet ex magis communi sententia expri-32 mi non debeat, sed præsumenda sit, *Cyn. in dicto cap.* rescripta *in fin. & ibidem Bal. in vers. tertio quæ sunt Abb. in cap. cum inter num.* 8. *de iud. Alex. cons.* 163. *vol.* 1. *Afflict. dec.* 31. *in fin Cesal. cons.* 28. *num.* 73. *& seq. Bero cons.* 147. *num.* 5. *vol.* 3. *& Gabr.* qui de magis communi testatur in suis *commun. opin. lib.* 3. *tit. de iur. qua sit non toll. conclus.* 1. *num.* 4. præ-33 sertim quando de facili excogitari potest, *Soccin. sen. cons.* 120. *Curt. iun. cons.* 170. *num.* 22. *&* 23. *& Gabr. ubi supra num.* 6. In casu nostro eo magis admittenda est, quia patens est, & omnibus conspicua, cum nemo sit qui ignoret, quantum universo Ordini Stefanio utile sit, & honorificum hasce novas dignitates, ampla dote communitas erigere, id quod sane contingere non posset, si dignitati privilegia dignitatis quoquomodo desecarentur. Unde si verum est id quod docet. *Felin. in cap.* 1. *col.* 4. *in quinta declaratione, de probat. & in cap. novit, col.* 7. *n.* 8. *vers. quod intellige de iud.* quem sequutus est *Rubeus Alexand. cons.* 146. *num.* 8. quod quælibet, vel proba-34 bilis causa sufficit, ad hoc ut possit Princeps recedere a contractu inito cum subdito suo; certe multo magis licitum fuit in casu nostro, ubi adest causa non solum probabilis, sed vera, & magni ponderis; Et tandem est sine aliquo scrupulo admittendum, post quam agitur de tenui præiudicio Dominorum Prio-

Prioris, & Baiulivi Florentiæ, a quorum iurisdictione non magna pars Florentini Imperii eximitur, quo casu omnes admittunt latissimam esse Principis potestas etiamsi nulla causa sic[35] faciendi adesset, ad late tradita per *Felin. in cap. qua in Ecclesiarum n. 47. vers. 4. declaravit, de constit. & in cap. null. col. 19. vers. excipiuntur de rescript. & Abb. dicto cons. 555. n. 15.*

Omitto afferre particulares responsiones ad contraria superius excitata, quia ex supradictis responsio per se ipsa patens est.

Antonius Curinus Auditor.

DECISIO VI.

FLORENTINA EVICTIONIS DE TURIS.

Die ult. Februarii 1618. *cor. Tribus Rotæ Flor. Aud.*
Ex lib. mot. 99. a 68.

ARGUMENTUM.

PUpillus, an, & quando obligetur per contractum Tutoris; quas Tutor adhibere debeat solemnitates in alienationibus rerum minoris, & an lapsus triginta annorum faciat præsumere, quod solemnitates interfuerint in huiusmodi contractibus.

SUMMARIUM.

1 *Pupillus efficaciter obligatur ex contractu Tutoris.*
2 *Limita quando Tutor non fuit legitime constitutus.*
3 *Limita etiam, quando Tutor omisit solemnitates requisitas a iure.*
4 *Tutori licet testamentario, administratio decerni debet per Iudicem, eo ut valide possit contrahere, nisi administratio fuerit ei in Testamento a Testatore concessa.*
5 *Tutoris contractus absque solemnitatibus, seu legitima constitutione, non producit Pupilli obligationem civilem, nec naturalem.*
6 *Tutor quas adhibere debeat solemitates in alienatione rerum Pupilli, remissive.*
7 *Pupillus ratificare non tenetur alienationem a Tutore factam cum solo decreto Iudicis.*
8 *Enuntiationi simplici standum non est, quando dubitari potest de enuntiato.*
9 *Enuntiativa verba in antiquis non probant.*

10 *Am-*

10 *Amplia etiam in verbis narrativis.*
11 *Enuntiativa præsumitur iustificata ex superventu Decreto Iudicis.*
12 *Quod tamen verius procedit tantum in casu agnitæ bonorum possessionis.*
13 *Tutor probare tenetur solemnitates omnes observasse in alienatione bonorum Minoris, nec Decretum Iudicis prodest ad presumendum interventum earum.*
14 *Tutor omnes non observans solemnitates in alienatione bonorum Pupilli, valide contrahit, etsi uti suspectus removeri possit.*
15 *Contra vero, quod præiudicare Pupillo non valeat.*
16 *Et quod Tutor nisi prius adimpleat omnia solemnia nihil facere possit.*
17 *Quod alienatio facta per huiusmodi Tutorem, qui potestatem non habeat nihil valeat.*
18 *Et quod Tutoris factum, nisi susceperit tutelam legitime, non possit dici factum Pupilli.*
19 *Et quod alienatio sit nulla, & si omnia necessaria requisita, & Decretum Iudicis intervenerit.*
20 *Tutor, seu Protutor valide contrahit Prætoris Decreto.*
21 *Limita quando Prætor interponit simplex Decretum sub credulitate, quod Tutor sit vere Tutor.*
22 *Tutor non probatur legitime constitutus ex mentione solemnitatum a Iudice facta, nisi de solemnitatibus constet aliunde.*
23 *Tutor qui talis non est, vel solemnia non fecit, quod valide contrahat, nullus ex Doctoribus affirmat.*
24 *Tutor, qui publice, & palam administraverit, an valide contrahat, etsi solemnia non fecerit.*
25 *Tutelæ, similibusque privatis oneribus, nihil prodest communis reputatio, seu quasi possessio.*
26 *Tutor, seu Protutor nulliter contrahit, & si pro legitimo Tutore habitus fuerit, & adfuerint omnia solemnia, nisi sit vere Tutor.*
27 *Tutor non legitimus, alienans Pupilli rem, nullum transfert in Emptorem dominium in præiudicium Pupilli, licet quo ad alias alienatio valeat.*
28 *Inventarium solemnia requirit, & fieri debet per publicum Instrumentum, aliisque adhibitis solemnitatibus.*
29 *Actum non fieri, vel nulliter fieri paria censentur.*
30 *Solemnitates in alienandis Pupillorum rebus interfuisse, si quis asserat is probare debet.*
31 *Vide superius n. 8. & 9.*
32 *Alienatio rerum immobilium Pupilli prohibita est.*

33 *Li-*

33 *Limita, quando probetur solemnium interventus, ac legitima tutela.*

34 *Tutore alienante cum Decreto Iudicis, causa cognita, & recte interposito, omnia præsumuntur solemniter facta, nisi Pupillus probet Decretum Iudici obrectum.*

35 *Limita quando non constet, quod Tutores alienantes fuerint vere Tutores.*

36 *Alienatio rerum Minoris requirit, quod adsit Creditorum urgentia.*

37 *Lapsus temporis, nisi sit triginta annorum præsumere non facit solemnia in alienationibus minorum per Tutorem gestis, licet fuerint enunciatæ in ipso Instrumento.*

38 *Amplia quando agitur de re non modici præiudicii minorum, ut est alienatio immobilium.*

39 *Evictio includit pretii restitutionem, una cum damnis interesse, & expensis.*

40 *Tutoris contractum nullum, an ratificetur per lapsum quinquennii ex silentio Pupilli, facti maioris.*

41 *Limita quando Pupillus ignoravit huiusmodi contractum.*

Zenobius, & Fratres de Puccinis pro quorundam bonorum evictione per eos passa contra Virginiam, & Lucretiam de Turis egerunt; quæ quidem bona a prætensis ipsarum mulierum Tutoribus per illorum Patrem empta fuerunt: negarunt Mulieres, sed primus Iudex pro Actoribus sententiam tulit: appellarunt illæ, & D. Iudex primarum appellationum ab observatione dixit. Re tandem coram nobis introducta, & omnibus hinc inde deductis, accurate discussis male per D. primum Iudicem pronuntiatum, & bene pro parte Rearum appellatum fuisse iudicavimus. Ius tamen Puccinis illibatum reliquimus ab illis Mulieribus totum illud consequendi, quod ex deductis, & deducendis de prætio in illa emptione soluto in earum utilitatem versum fuisse probatum fuerit.

Ex eo precipue moti, quod illas ex processu non constat ad ullam teneri evictionem.

Etsi enim verum est ex contractu Tutorum Pupillos efficaciter obligari, non secus ac si ipsimet Pupilli contraxissent 1 *Leg. apud Iulianum §. penult. ff. quib. caus. in possess. eatur Paris. cons. 99. n. 38. lib. 1. Surd. dec. 297. n. 5. & Grat. discept. forens. lib. 2. cap. 360. n. 19.* Hoc autem verum est si modo Tutores veri Tutores sint, & legitime constituti, & obligatio

de re sit, cuius alienatio non sit interdicta.

Ita enim de primo Textus est in *Leg. si Tutor tuus C. in quib. casibus restit. non est necess.* quo cavetur gesta per Tutorem minus legitime constitutum, Pupillo non præiudicare, ut etiam 2 est in Curatore furiosi, *L. consilio §. pr. ff. de Curat. furios.* & dixit *Franch. dec. 206. n. 9.* qui subdit, quod licet ea iura loquantur, quando Tutor satisdationem non præstitit rem Pupilli salvam fore, idem tamen est, quando inventarium non confecit vel quid aliud de solemnitatibus a iure requisitis omissum sit 3 huiusmodi solemnitatum, & aliarum observatio, ad hoc ut Tutor administrare possit necessaria sit, & nihil antea exercere debeat, ut ait *Text. in Leg. Tutor qui repertorium in principio, & ibi gloss. ff. de administr. tutor.*

Quinimo, & administratio debet per Iudicem Tutori decerni antequam quicquam facere valide possit, licet Testamentarius sit, nisi a Testatore in testamento fuerit administratio 4 concessa *Capic. dec. 129. n. 1. Baron. cons. 146. n. 15. lib. 2. Bursatt. cons. 130. num. 9. & 13. vol. 2. & Honded. cons. 51. num. 35 & seqq. vol. 2.* qui cœtera ponit, quæ per Tutorem agenda sunt antequam valide tutelam exerceat.

Secundum autem, & his probatur, quod Tutoris contra- 5 ctus de re Pupilli, quæ sine Decreto alienari non potest ipsius Pupilli neque civilem, neque naturalem obligationem producit *Leg. si ad resolvendum Cod de præd. minor. Bart. in Leg. 1. n. 7. in fin. ff. de novat.* & post eum *Grat. d. cap. 360. n. 20.*

Sed in casu isto edoctum non fuit illos, qui tanquam Virginiæ, & Lucretiæ Tutores bona vendiderunt tales fuisse, quales sese enuntiarunt, ac solemnia fecisse, & venditio per eos 6 facta de rebus est, quæ alienari sine Decreto non poterant, nec adhibitis solemnitatibus, de quibus late per *Afflict. dec. 249. & dec. 87* & utrobique *Visill. & cœteri addent. Henix cons. 85. col. pr. Roland. cons. 33. per tot. lib. 1. Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1.* & alibi passim *DD.* Et venditio per ass. Tutores cum 7 solo Iudicis Decreto facta fuit, quod eam minime substinet, ut per *Henix. & Roland. in loc. prædic.* & voluit etiam *Honded. in cons. 23. n. 33. vol. 2.* Ergo dict. Mulieres pro dict. bonorum sic per ass. Tutores venditorum evictione obligari non potuerunt.

Nec referre duximus, quod in Instrumento venditionis enunciatum sit, Tutores illos, qui vendiderunt ab ipso Mulierum Patre in Testamento relictos fuisse; Si quidem Testamen- 8 tum producendum erat, quod in iudicio factum non fuit, & enuntiationi non statur, ubi principaliter postea de enuntiato

dubi-

dubitari contingit, *Gloss. in Leg. optimum Cod. de contrab. stipulat.* notantur Scribentes *in Cod. illud de præs.* & precipue *Felyn. n.* 3. *Dec. in authent. si quis in aliquo n.* 37. *C. de edend.* cum aliis per *Garb. cons.* 40. *n.* 20. *lib.* 1. *Decian. cons.* 21. *n* 36. *vol.* 2. *Sylvan. cons.* 62. *n.* 16. *&* 19. *cum seqq. & Bursatt. cons.* 106. *n.* 12. *lib.* 1. & regulare est, ut verba enunciativa in non antiquis non probent *C. Si Papa de privil. m.* 6. *Clem.* 1. *de probat. & Leg. ex his verbis Cod. de testam. milit. Gloss. & DD. in Leg.* 1. *C. de fals. caus. ad Leg. & ait Bartol. in Leg. ex hac scriptura ff. de donat.* quod pariter dicitur de verbis narrativis ut ex communi calculo de quo *Buratt. in cons.* 406., *n.* 4 9 10

Ulterius etiam Decretum Iudicis, Inventarium, & Scriptura aliarum per Tutores observatarum solemitatum ut valide amministrare possent, producenda erant; quarum solemnitatum aliorumque requisitorum, nil prorsus in d. Instrumento enunciatum fuit.

Nec obstat quod præsumatur pro Iudice, ubi in actu Decretum interposuit, quod minime interposuisset, nisi ita ut enuntiatur rem esse vidisset ut per *Menoch. præsumpt.* 104. *sub n.* 21. *lib.* 4. Siquidem hoc procedit in casu agnitæ bonorum possessionis, in quo si Iudex Decretum interposuit agnita, præsumitur intra debitum tempus ob iudicis auctoritatem per *Ias. in rubr. C. qui admitti n.* 7. & ibidem de communi testatur *Cagnolus n.* 64. quos refert, & sequitur *Menoch. in prec. loc.* 11 12

Qui casus a nostro distat, ut ipsemet *Menoch.* irruere videtur *d. præs.* 104. *n.* 15. dum ait, quod si agenti alicui tanquam Tutori inventarium non fuisse obiiciatur ipsimet onus incumbit in contrarium probandi, quia Iudex, quo ad inventarium, & solemnia cum actus sint ab ipsa tutelæ assumptione segregati, nullam habet pro se præsumptionem, & tunc Iudicis authoritas in actu nil facit, ad ea quæ *Gabr. in cons.* 36. *n.* 29. *vol.* 1. & infra dicemus. 13

Præterea de Iudicis Decreto minime constat cum imo nullum in actis per ass. Tutores factis Decretum interposuerit, & licet in Instrumento venditionis enunciata sit licentia ab ordinario Civitatis Iudice dict. Tutoribus concessa de vendendo illa bona, huiusmodi tamen enuntiatum per illa simplicia verba narrativa non probatur, & huiusmodi licentiam opus erat in scriptis producere.

Decretum autem Magistratus Pupillorum in illo contractu venditionis interpositum, nil facit, quia competens non erat in administratione Tutoribus Testamentariis decernenda, & ex eo successive præsumi non potest, prout nec solemnitas præsume-

meretur ex Decreto cuiusvis alterius extranei Iudicis.

Præterea si Instrumentum videatur in eo Pupillorum Magistratum intervenisse, respectu tantum Filiorum pupillorum Magnifici Iacobi de Marescottis ipsius Causæ suppositorum, aperte constabit, & quamvis pro D. Alessandra dict. Virginiæ, & Lucretiæ matris, Decretum suum interposuerit, id loco Mondualdi factum fuit, qui in Mulierum contractibus intervenire debet, non autem pro Virginia, & Lucretia minoribus, ut in ipso Instrumento legitur. Quare ad hoc ut ille Magistratus authoritatem suam loco Mondualdi Alexandræ contrahenti præstaret, non illi opus erat acta tutelæ, & solemnia per Tutores facta, ac alia videre in alienationibus minorum necessaria, nullaque successive ex illo Decreto validitatis tutelæ, & alienationis præsumptio desumi potest.

Nec referre potest, quod aliqui dixerint Tutorem, qui Inventarium non fecit, & alia solemnia, Tutorem tamen fuisse, 14 gestaque per eum tenere, licet uti suspectus removeri potuisset, ita *Grat cap.* 360. *n.* 33. *& seqq. post Bart. in Leg. Tutor, qui repertorium n.* 7. *vers. contrarium puto ff. de admin. & per tot. Salicet. in Leg. Tutores, & Curatores n.* 7. *qu.* 4. *Cod. de admin. tut. Dec. in cap. ex parte n.* 5 *de appellat. Put. dec.* 287. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 89. *n.* 6. *lib.* 5 & tenuit *Rot. in noviss. decis.* 89 *n.* 8 *&* 9. *lib.* 2. & rursus in nuper editis *dec.* 47. *num.* 2. *par.* 1. *tom.* 2.

Nam huic motivo sat concludenter respondit *Franch d. dec.* 206. *num.* 8 *& seqq.* ubi dicit Tutorem non legitime 15 constitutum, pupillo non præiudicare *L. si tutor tuus cap. in quibus causis restit. non est necess. & in L. consil.* §. 1. *ff. de curat fur.* & antequam tutor adimpleat solemnia (ut dictum 16 est) nihil facere potest *d. L. tutor qui repertorium in princip.*

Non ideo sat est quod si tutor relictus nisi solemnia fecisse doceat ad hoc, ut pupillum obligare possit, ut dixit *Franch. in præc. loc. & Honded. dicto cons.* 23. *num.* 35. *vol.* 2. non enim tutor quem non legitime tutelam suscepisse constat, ac solemnia fecisse tutelam administrare nullumque actum si in pupilli præiudicium gerere potest, ex congestis per *gloss. & Bartol. in fin. in d. L. Tutor, qui repertorium Roland. cons.* 76. *num* 4. *& seqq. lib.* 1. *& Cavalc. qui alios congerit in suo tract. de tutel. & curat. n.* 102. & per huiusmodi Tutorem 17 posteriorem non habentem alienationem non valere, late probat *Cravett. in cons.* 879. *num.* 3. factumque Tutoris nisi tutelam 18 legitime hisceperit factum Pupilli dici non posse notat *Honded. in præcit. loc.* cum quo concordat *Gabr. dict. cons.* 36. *num.* 28.

qui

qui hoc in casu alienationem illam nullam esse, & pupillo non præiudicare in tantum affirmat, ut verum id sit quamvis omnia necessaria requisita decretumque Iudicis in alienatione intervenerint ex notatis a *Bald. & Alberic. in L. qui neque ff. de reb. eor. & in L. 2. ff. de eo, qui pro tutore.* 19

Nam licet Prætoris tuitione gesta a protutore valeant, cum Iudex sciens se nominatim ab ea gesta ratihabiturum dicit *L. 1. §. id. Pomponius ff. quod fals. tut. auth.* Attamen cum Iudex decretum simpliciter interponit eum uti verum tutorem admittendo nihil decretum operatur *d. L. tutor Cod. in quibus causis restit. in integr. non est necess.* & ita declarant *Bald. Alber. & Cuman. in d. §. item Pomponius, & Gabr. post eos dict. cons. 36. num.* 30 qui fortius exornat, si Iudex contra tutorem Sententiam ferens Inventarii confecti, & solemnium mentionem faciat, non inde tamen legittimus tutor ille probari nisi de solemnitatibus aliunde constet ut ait *Speculat. in tit. de probat. §. videndum vers. sed pone Iudex num.* 23. *& Roman. in dict. L. sciendum n.* 76. 20 21 22

Patet itaque ex istis, id verum non esse quod ex aliis *dixit Grat.* & tenuit *Rot. in prec. loc.* omnes enim id aiunt *ex Bartol. in d. L. tutor qui repertorium n. 7. vers. contrarium puto*, qui tamen id minime dicit ut animadvertit *Franch. d. dec.* 206. *num.* 9. inquiens, quod licet ex mente Bartoli Tutor qui talis non est vel solemnia non fecit si se immiscuisset uti suspectus removeri posset, non ideo tamen per eum interim gesta valebunt, nec Bartolus, nec Doctores hoc aiunt, sed hoc in Iuris communis dispositione remanet, quo cavetur gesta per tutorem minus legitime constitutum pupillo non præiudicare *d. L. si tutor tuus & d. L. consilio §. 1.* 23

Et in omnem eventum, ubi opinio Rotæ Romanæ subsisteret in casu nostro negotium non faceret, quia venditio est nulla ex alio capite, quod probatum non est in ea solemnia, & requisita intervenisse, ut infra dicemus.

Alterum quoque non infingit, quod scilicet si tutor publice, & palam administrasset sequitur pro tutore gessisset valent, & gesta cum eo, licet solemnia non fecerit, ne contrahentes decipiantur *Socc. iun. cons.* 153. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 2. & ita concludit *Gratian. qui nonnullas Decisiones alleg. d. cap.* 360. *n.* 36. ac tenuit *Rot. d. dec.* 89. *& dec.* 47. 24

Nam imo si hoc etiam probatum est nempe prætensos Tutores se dici pro talibus gessisse, & communiter habitos fuisse (quod negatur) nil tamen obesset nam communis reputatio, & quasi possessio in privatis oneribus, & tutelis nihil 25

operatur *Bartol. in L. Barbatius n. 10. ubi etiam Iaf. ff. de offic. præsid. Bald. in L. non omnis §. 1. ff. si cert. petatur Corneus conf. 157. vol. 4. & ita respondet Gabr. d. conf. 36. n. 36.*

Et quod alienatio facta etiam cum decreto, & cœteris so-
26 lemnitatibus a Protutore quamvis pro legitimo tutore haberetur in præiudicium Pupilli sit prorsus nulla scribunt post cœteros *Bald. Alber. & Cuman. in d. L. qui neque, & in L. 2. de eo, qui pro tutore docentes d. L. Barbatius*, in his non procedere nullamque dari quasi possessionem, quia si quis cum solemnibus requisitis emat ab eo, quem verum tutorem putabat, ex quo alienatio saltem de facto processit, prodest quandoque ad
27 usucapionem emptori contra alios, non tamen contra ipsum pupillum *L. apud Celsum §. si quis non tutor ff. de except. dol. & declarant gloss. & Doct. in L. cum qui ff. de public. & in L. 2. §. si quis cum stichum, & §. si a furioso ff. pro empt. & concludit Bartol. omnino videndus d. conf. 36. n. 38.*

Non obstat quod fere in calculo ferendæ Sententiæ nobis in Archivio ostensum fuerit instrumentum acceptationis tutelæ per D. Alexandram factæ eidemque decretæ administrationis.

Nam cum in eo supponatur duos alios in testamento tutores fuisse relictos cum D. Alexandra, neque constet de tutelæ acceptatione, & obligatione solemnium ab illis duobus facta, nil prodest instrumentum cum mater sola, ex præscripto testatoris tutelam exercere non posset, sed cum uno ex duobus assicurator tutorum.

Sed quod maius est nullum illa mulier inventarium fecit, sine quo ut supra firmavimus administrare nequibat, nec obstat quod ipsa dicat se bona hæreditatis pupillarum penes se esse, quorum inventarium duorum privatorum hominum manufecisse dicit. Inventarium enim solemnia requirit debetque fieri per publicum instrumentum aliisque solemnitatibus adhibitis de
28 quibus per *Bart. in Leg. tutoris Cod. de administr. tutel. Plott. in L. si quando num. 237. vers. inventarium autem usque ad n. 343. Cavalc. de tutore num. 58. Tusc. conclus. 347. num. 1. litt. T. late Roland. de invent. part. 1. cap. postquam visum est n. 1. & Damonden in pupillorum patrocinio cap. 3. num. 6.* & ideo cum illud absque solemnibus, & private fecerit perinde est ac si nullum fecisset, cum paria sint actum non fieri vel nulli-
29 ter fieri *L. nulla ff. de auth. tut. L. quamvis §. si convenerit, & ibi Bart. ff de Senatusconf. Velleian. & late Iaf. in L. quoties ff qui satis dictum, & Surd. dec. 122. n. 6.*

Sed quando etiam tutores illi veri fuissent & omnia so-

lemnia

lemnia necessaria ad tutelæ administrationem habendam fecissent, adhuc dictæ mulieres ex his quæ actenus in processu deducta sunt pro dd. bonorum evictione obligatæ dici non possunt, siquidem de subastationibus non constat aliisque necessariis in minorum alienationibus, & qui ea adhibita fuisse dicit probare debet, ut voluit *Corneus conf.* 63. *in fin. vol.* 3. quoniam non præsumuntur etiam si de actu confectum sit instrumentum & adhiberi soleant ut notant communiter *DD. in d. L. secundum ff. de verb. obligat. ubi Ias. n.* 22. *& in cap. sicut ubi Felynus, qui alios citat. de re iudicata.* 30

Nec illa enuntiatio probat quæ in dicto instrumento facta fuit ad ea quæ supra diximus *& ex his quæ Gabr. dicto cons.* 36. *num.* 23. *in fin. & n seqq.* ubi cum alienatio rerum immobilium pupillorum prohibita sit *tot. tit. ff. & C. de reb. eorum & L. lex quæ tutores C. de administr. tut.* ei satis non est, qui ex contractu venditionis per tutores facto se vult tueri iuraque sua fundamentis convalidare alienationem pupillorum nomine fuisse factam edocere ne solemnitates, & decretum interfuisse probetur *L. quæcumque §. fin. ubi gloss. & Doct. ff. de public. notant omnes in L.* 2. *cap. si quis ignor. rem minor. & in d. L. sciendum ff. de verb. obligat.* 31 32 33

Et quamvis cum Tutor alienat cum Iudicis Decreto causa cognita, & recte interposito, omnia solemniter acta præsumantur nisi Pupillus probet obreptum Iudici *Leg.* 1. *in princ. ff. de reb. eorum & Leg. & si Præt. Cod. de præd. minor.* cum hæc præsumptio onus probandi in Pupillum transferat ut voluit *Corneus cons.* 209. *vol.* 3. in hac tamen factispecie, ubi probatum non fuit vendentes tamquam Tutores tales fuisse, & solemnia fecisse nulli dubium est ad Actores, qui vigore illius venditionis, & Instrumenti super ea confecti de evictione agunt onus probandi omnino spectat *d. Leg. quæcumque §. fin. Corn. d cons.* 109. *vol.* 3. *glo∫s. in Cod. lotharicus* 31. *quæst.* 2. *& ait Gabr. d. cons.* 36. *num.* 27. 34 35

Quæ multo magis procedunt, ubi de nullo Iudicis Decreto edocetur; Et licet in Istrumento narretur a Iudice Quarteriorum alienandi, licentiam obtentam fuisse, aliaque peragenda fuisse facta huiusmodi tamen enarratio nihil infringit, cum illud modo dictæ mulieres principaliter negent & de enarrato disputetur.

Non obstat premissis quod exadverso dictum fuit, quod scilicet *Gabr. in d. cons.* 36. in casu non loquitur alienationis a Iudice factæ ut est casus noster. Quoniam imo ass. Tutores alienaverunt, non Iudex. Nihil enim gessit Pupillorum Magistratus, nisi quod loco mondualdi dictæ Mulieri authoritatem præstitit:

lu-

Iudex vero Quarteriorum huiusmodi alienationi non interfuit, nec etiam constat, quod alienandi licentiam dederit, licet id in illo Instrumento enuntiatum sit, quod minime sufficit, ut supra firmavimus.

Nec pariter constat nisi per huiusmodi enuntiationem solemnitates in illa alienatione requisitas intervenisse.

Non obstat alterum nos scilicet esse in alienatione necessaria, quia imo voluntaria fuit ut apparet ex ipso Instrumenti primordio ibi *sponte &c.* Et licet urgentia Creditorum, quam hic interfuisse asseritur unum sit de requisitis ad rerum minorum alienationem, *ut probat Honded. qui late congerit d. cons.* 23. *n.* 28. *vol.* 2. ea tamen non facit, ut alienatio voluntaria non dicatur, saltem antequam Iudex executionem contra minores relaxaverit. 36

Non etiam refragatur lapsus temporis, quia cum triginta annorum non sit, solemnitates extrinsecæ in tutela, & alienatione rerum minoris requisitæ, licet enunciatæ in Instrumento fuerint, præsumi non possunt, ut bene concludit *Gabr. in sæpe cit. cons.* 36. *n.* 49. ubi de veriori testabatur. Quod in casu nostro procedit, cum agatur de re non modici præiudicii, ut est alienatio rei immobilis, quæ minores Dominio privat ad ea quæ *ibidem Gabr. n.* 52. *circ. med.* & est etiam evictio quæ non solum prætii restitutionem includit, sed omnium damnorum, interesse, & expensarum refectionem, ut est *Salicet. in Leg. non dubitatur Cod. de evict. & Rebuf. in tit. de contum. art.* 6. *tom.* 3. *dixit Caballin. in tract. de evict.* §. 2. *n.* 5. 37 38 39

Nec tamdem obstat, quod per lapsum quinquennii post ætatem maiorem dictæ mulieres contractum per ass. Tutores factum ratificasse dicantur *ad Leg. fin. Cod. si maior. fact. alien. rat. hab.* nam præter plures, quæ dari possunt responsiones, & consulto prætermittuntur ea pro multis sufficit, quod minime constat eas mulieres, quæ tempore venditionis infantes erant, vel infantiæ proximæ huiusmodi alienationem scivisse, ubi necesse erat, & quidem cum omnibus suis qualitatibus, ad hoc ut præsumi possent eam post maioris ætatis superveniéntiam ratificasse ad ea, quæ in puncto dixit *Gabr. d. cons.* 36. *n.* 59. *vers.* præterea ubi alia plura conducibilia allegat, quæ omnem obiecti difficultatem perbelle diluunt, & concludentissime enervant. 40 41

Victos autem, quia primus Iudex pro illis pronuntiavit ab expensis absolvimus.

Et ita in his &c. *I. Marcus Balardus Relat.*
Bonifacius Martinellus.
Antonius Dias Pinto.

DE-

DECISIO VII.

FLORENTINA SALVIANI INTERDICTI.

Die 25. Iulii 1651. cor. Aud. BARTHOLOMÆO BONONIO.
Ex lib. mot. 1200. p. 609.

ARGUMENTUM.

LAto calamo in hac Decisione discutitur, & affirmative resolvitur quæstio, an soluto per mortem Uxoris Matrimonio, quandiu supersint liberi, fructus dotis promissæ, & non solutæ Viro debeantur.

SUMMARIUM.

1 *Exceptio altioris indaginis non admittitur in Salviano.*
2 *Exceptio usurario pravitatis est, exceptio iuris quod certum est & in Iudicio Salviani admittitur.*
3 *Nec dicitur altiorem indaginem requirere contra n. 5.*
4 *Exceptio quæ vertitur in questione iuris dicitur turbida, & altioris indaginis.*
5 *Quæstio iuris controversi, æquiparatur quæstioni facti. ibid.*
6 *Mortua uxore filii non possunt amplius referri inter onera matrimonii.*
Matrimonii onera non possunt esse, ubi non extat matrimonium ibidem.
7 *Viduæ non debentur interusuria dotis.*
8 *Ipsa natura Parentes hortatur ad liberorum suorum educationem.*
9 *Nulla habita ratione bonorum, & hæreditatis delatæ filiis.*
10 *Filii etiam vivo Patre legitimam partem bonorum habere videntur.*
11 *Filii sunt reliquiæ, & pars onerum matrimonii.*
12 *Onera matrimonii durare dicuntur etiam mortua Uxore, si filii supersunt.*
Filiorum cura post mortem Uxoris ad Patrem totam devolvitur ibidem.
13 *Dotis natura est, ut cohæreat matrimonio, oneribus eius, ac liberis comunibus.*
14 *Dos est destinata ad alendos filios, & substinenda alia onera & num. 39.*
15 *Viro debentur dotis interusuria non propter matrimonium, sed propter onera.*

16 *One-*

16 *Onera matrimonii, & sumptus versantur circa uxorem, & liberos, qui Maritum, & Patrem sequuntur.*
17 *Declaratur conclusio de qua sub n. 6. ut non procedat quando supersunt liberi.*
18 *Hypotheca non exoritur absque actione personali, postquam vero orta est sine personali subsistit.*
19 *Viro non indulgentur a Lege dotis interusuria propter matrimonium, sed propter onera.*
20 *Si vir non sustinet onera matrimonii, sed Pater eius, fructus omnes dotis pleno iure Patri acquiruntur.*
21 *A diversis non fit illatio.*
22 *Post mariti mortem finita dicuntur onera matrimonii, nec viduæ fructus dotis debentur.*
23 *Et de ratione.*
23 *Secus vero quando superest maritus cum filiis.*
25 *Non propter dotem, sed iure sanguinis tenetur Pater filios alere tam soluto, quam constante matrimonio.*
26 *Alimenta unius pro separatis habentur ab alimentis alterius.*
27 *Filii non possunt referri inter fructus matrimonii, nisi deductis sumptibus, & oneribus.*
28 *Effectus causæ consumatæ non cessat, licet res ad eum casum devenerit, a quo incipere non poterat.*
29 *Vir habet onus a Lege alendi uxorem, ac liberos.*
30 *Propter filios præcipue dos reperitur in iure privilegiata.*
31 *Defuncta uxore liberis superstitibus adhuc durant onera matrimonii licet non præsentis, tamen præteriti.*
32 *Onus liberorum mortua uxore ramanet apud virum.*
33 *Ultra victum uxoris plurimæ a marito fiunt expensæ in vestibus ornamentis, & similibus, quæ æs alienum pariunt viro.*
34 *Avus maternus cogitur alere nepotes, quandiu remanet debitor dotis.*
35 *Vir alia quam multa onera substinet, præter onus alendi uxorem.*
36 *Fructus dotis vix sufficiunt ad ferenda eadem onera.*
37 *Fructus dotis quantumvis magnæ nequeunt superare ipsa onera.*
38 *Restitutio dotis post solutum matrimonium maximum continet onus respectu mariti.*
40 *Dote restituta tenetur maritus ex suo filios comunes alere.*
41 *Et æs alienum ratione matrimonii contractum solvere.*
42 *Dotis titulus non remanet extinctus constante matrimonio.*
43 *Soluto matrimonio datur actio de dote Patri, qui ignorans filium divertisse, dotem solverat.*
44 *Et Marito cui dos fuerat promissa.*

45 *Mor-*

45 *Mortua filia in matrimonio dos a patre profecta ad illum redibat iuxta ius comune.*
46 *Ne parens filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret.*
47 *Quod procedit etsi filia superstitibus liberis decesserit.*
48 *Attamen consuetudo, ut aiunt, Martini, huic legum sanctioni prævaluit.*
49 *Dispositio* Cap. salubriter de usur. *est favorabilis, & ex rationis identitate extensionem admittit.*
50 *Vidua nequit ab hæredibus viri exposcere interesse dotis non solutæ secus ab hæredibus Patris.*
51 *Qui fructus pecuniæ sibi debitæ pretendit probare debet, quod pecunia fuit reinvestita, & fructum reddidit.*
52 *Quantitas, quæ ultra sortem recipitur propter alimenta, nequit excedere metam alimentorum.*
53 *Fructus legitimæ debentur filio, quamvis consistat in pecunia si quantitas fuit subrogata loco bonorum debitorum pro legitima.*
54 *Pater tenetur dotare filiam divitem.*
55 *Non tenetur tamen alere, si aliunde habeat, uti se alat.*
56 Cap. salubriter de usur. *licet loquatur de viro, interdum tamen extenditur ad viduam.*
57 *Afferuntur DD. negantes fructus dotis deberi soluto matrimonio per mortem Uxoris, quamvis remaneant liberi.*
58 *Afferuntur affirmantes.*
59 *Agens pro indebiti repetitione, tenetur præcisas, & urgentes probationes adducere, alias etiam per possibile excluditur.*
60 *Damnum emergens dicitur illud quod provenit ab oneribus matrimonii.*
62 *Interesse, & eius requisita non probantur confessione, & assertione Partium etiam iurata.*
62 *In hoc tamen plurimum tribuendum est arbitrio Iudicis.*
63 *Durum est proprio testimonio resistere.*
64 *Confessio emanata per viam contentiosæ iurisdictionis præiudicat.*
65 *Confessio, quæ alias fidem non faceret, probat si sit verisimilis & adminiculata.*
66 *Et probat etiam in præiudicium tertii.*
67 *In Civitate Florentiæ promptæ sunt occasiones investiendi pecunias, & semper adesse præsumuntur.*
68 *Interesse lucri cessantis, & damni emergentis potest Iudex ex officio liquidare, & taxare.*

IN Iudicio Salviani Interdicti, quo D. March. Cæsar M. Malaspina experiebatur contra D. March. Michaelem Angelum Balionum eius socerum in eam devenimus sententiam, ut de iure responderemus Illustris. & Supremo Magistratui, D. Marchionem Malaspinam immittendum esse in possessionem bonorum d. D. Marchionis Balioni, ut idem D. Marchio Malaspina sibi posset satisfacere de fructibus pro summa scutorum 13244. tam pro capitali, quam pro fructibus dotis olim Dominæ Marchionissæ Catarinæ eius uxoris.

Itidem pro aliis scutis quingentis solutis per eum ad utilitatem præfati D. Marchionis Balioni: Constabat enim de credito, & hypotheca ad favorem d. D. Marchionis Malaspina, & de possessione dictorum bonorum penes dictum D. Marchionem Balionum: quæ sunt requisita Salviani interdicti, *Rot. Rom. collect. per Statill. dec. 55. n. 1.* & quoniam in his nullus fuit locus relictus dubitationi; quæstio dumtaxat posita est super eo, an, exceptio usurariæ pravitatis foret admittenda in huiusmodi iudicio, nam magna pars interesse dictæ dotis post extinctum Matrimonium cesserat, atque ea re contendebat D. Marchio Balionus illud non deberi, & solutum in sortem imputandum esse.

Cardine quæstionis ad tramites iuris semel, atque iterum resoluto fuimus omnes in voto, quod exceptio prædicta non posset impedire immissionem in possessionem dictorum bonorum, utpote, quæ altiorem indaginem requireret; nam exce-

1 ptio altioris indaginis non admittitur in Salviano, *Rot. in recollect. per Statill. post tract. de Salvian. interd. dec. 59. n. 1. dec. 60. n. 2. & dec. 61. n. 1.* Et licet hoc iudicium non intercludat

2 viam exceptioni usurariæ pravitatis, tamquam exceptioni iuris, quod certum est, *Scapuccin. in tract. de Salvian. interd. lib. 2. qu. 17. sub vers. verum ego*, & non dicitur altiorem indagi-

3 nem requirere, *Marescot. resol. lib. 2. cap. 121. n. 20. Rot. in collect. per Statill. dec. 51. num. 7. Gratian. discept. forens. cap. 740. n. 47. & seqq.*

Attamen ubi exceptio est turbida, & in quæstione iuris vertitur, magna subtilitas, & difficultas, tunc ea dicitur al-

4 tioris indaginis, & quæstio iuris controversi æquiparatur quæstioni facti, *Capyc. dec. 10. n. 19. Marescott. d. cap. 121. n. 82. Postb. de manut. observ. 42. num. 71. & seqq. Argel. de acquir. possess. qu. 2. art. 4. n. 154.*

Huius generis esse dictam exceptionem arbitrati sumus,

prout

prout de iure arbitrari potuimus ex infra dicendis, & allegandis, *Scapucc. de Salvian. lib. 2. qu. 1. n. 3.* 5

Et primum exordium capientes ab illa quæstione an soluto per mortem Uxoris matrimonio, quandiu supersint liberi, fructus dotis debeantur, agnovimus non vulgarem in ea residere subtilitatem, & difficultatem, tum ob rationes tum ob auctoritatem Doctorum ultro citroque contendentium.

Nam qui stant a sententia negante fructus dotis deberi post matrimonium dissolutum plures rationes in medium proferunt; primam, quod mortua Uxore, filii non possunt amplius referri 6 inter onera matrimonii, quæ non possunt esse, ubi non extat matrimonium, *Leg. eius in Provincia ff. si cert. petat. Surd. dec.* 211. *num.* 27.

Secundam, quia si personæ, quæ oneribus constantis matrimonii cohærent, efficerent superstites, ut adhuc onera dici possent superesse, utique inferendum esset ea durare quando superest Uxor, quæ vivente viro, maxima est pars onerum matrimonii, & tamen constat per Mariti mortem soluto matrimonio dici onera finita, licet Uxor sit superstes, ideoque viduæ 7 interusuria dotis non deberi, *Bellon. iun. in cons.* 64 *sub num.* 10. *&* 11.

Tertiam quia filii soluto matrimonio inter onera Patris referuntur, qui eos alere tenetur asseverantes iidem Doctores rationem illam onerum matrimonii in alendis filiis, nullius esse considerationis post matrimonium extinctum cum ipse naturalis stimulus Parentes ad liberorum suorum educationem hortetur, *Leg. unic. § taceat Cod. de rei uxor. act.* nulla habita ratione bonorum, & hæreditatis delatæ filiis, ita impellente natura, & Lege, *Leg. fin. §. ipsum autem Cod. de bonis quor. lib. Honded. cons.* 75. *n.* 42. *lib.* 2. *Surd. in tract. de aliment tit.* 1. *qu.* 24. *n.* 10. *Molignat. post dec.* 190. *Thesaur. sub n.* 18. *Gratian. discept. forens. cap.* 427. *n* 21. *& seqq. clarissim. D Mart. Medic. dec. Senen.* 15. *n.* 14. *&* 16. qui etiam *n.* 9. *& seqq.* ait hanc sententiam sibi magis probari, quandoquidem filii magis dicuntur solatio esse parentibus, quam oneri, & ideo non onera, sed fructus matrimonii dici debere; Præterea Patrem, & Filium unam, eamdemque personam esse non ex fictione quadam, sed ex veritate; Quapropter cum Pater Filium alit, se ipsum alit, & proinde nihil hoc nomine a socero, vel alio debitore dotis sperare, aut expectare debere; non enim socer, sicut filiam, ita nepotes ex filia alere tenetur, quod scilicet Pater non maternus avus iure naturæ, & sanguinis alere cogitur, qui etiam vivo Patre legitimam partem bonorum habere videantur, 8 9

10 antur, ideoque nihil obstare, *Leg. ubi adhuc Cod. de iur. dot. Leg. dotem ff. de Castrens. pecul. & Leg. si maritus ff. de famil. erciscund.* quibus in locis inter onera matrimonii recensentur filii, siquidem (ut etiam respondet *Gratian loc. cit.*) ille loquitur de tempore constantis matrimonii, non autem eo dissoluto, & rationem eam esse quia dos datur principaliter pro alenda Uxore, non pro alendis liberis, quos Pater tenetur alere non propter dotem, sed propter ius sanguinis, ut dictum est.

Qui autem sunt in Sententia affirmante interusuria viro deberi extantibus filiis ea potissimum ratione nituntur, quod soluto matrimonio per mortem uxoris, non omnino deficiunt

11 onera, quando supersunt filii, qui sunt reliquiæ, & pars onerum matrimonii, *Leotard. in tract. de usur. qu.* 30. *sub n.* 19. *Card. De Luc. disput.* 25. *sect.* 8. *sub n.* 175. *vers. Propterea cum cura, & educatio eorum inter onera matrimonii refertur, Leg. ubi adhuc Cod. de iur. dot. Mart. de claus. par.* 1. *claus.* 331. *Maneut. in tract. de iur. contract. livellar. par* 14. *n.* 81. onera autem superstitibus liberis durare dicuntur etiam mortua Uxore, cum illorum cura ad onus Patris devolvatur, *Rot. Rom. in*

12 *collect. per Zacch. post tract. de obligat. cameral. dec.* 10. *n.* 6. *Mart. dict. claus.* 331. & plurimi relati per *Rot. dec.* 91. *versic. non obstat, quod si filii extant, in relatis per Fenzon. ad Statut. Urb.* & quam maxime augentur defuncta Uxore, quæ viro socia, & comes erat laboris, & summæ solicitationis, qua Parentes afficiuntur in educatione liberorum.

Quamobrem (aiunt isti) cum hæc sit natura dotis, ut

13 cohæreat matrimonio, oneribus eius, ac liberis communibus, *Leg dotem ff. de Castrens. pecul.* & sit destinata ad alendos

14 filios, & substinenda alia onera, *Barbos. in pr. par. rub. sub n.* 5. *vers item is Thomas ff. solut. matrim.* consequens est, ut cum supersint onera respectu filiorum superstitum debitor dotis debeat ea onera agnoscere, & præstare interusuria, quæ viro de-

15 bentur non propter matrimonium, sed propter onera, quæ substinet, *Leg. pro onerib. Cod. de iur. dot.*

His præmissis nobis faciendum esse putavimus, ut singulis primo loco positis rationibus, responsa redderemus, ut inde quoad fieri possit clare appareat quæstionem, de qua agitur multum habere difficultatis.

Ad primam igitur rationem respondemus onera id genus nuncupari onera matrimonii, non quia proprie versentur circiter matrimonium, & ibi sint semper, ubi est matrimonium, quod licet constet apud virum, & uxorem, onera tamen possunt apud alium residere, sed quia matrimonium est origo, & causa

causa onerum; onera enim matrimonii, & sumptus versantur circa uxorem, & liberos, qui maritum, & patrem sequuntur, *Leg. si is qui §. post mortem ff. de iur. dot. Leg. si maritus ff. de famil. erciscund.* unde cum defuncta uxore, superstitibus liberis, adhuc maneat subiectum circa quod hæc onera consistunt hoc est liberi, in quorum educatione maxima est solicitudo Patris, & sumptus non vulgares fiunt, sequitur, ut non possit esse locus regulæ, *L. eius qui in Provincia ff. si cert. pet.* ideo cum iam matrimonium constiterit, eo cessante respectu uxoris decedentis, non debet cessare effectus respectu filiorum superstitum quibus erat ius quæsitum, & eo minus cum effectus esset consumatus, & perfectus, *Tiraquell. in tract. cessante causa limit.* 8. 11. *&* 12. & licet onera matrimonii non possint inesse produci sine matrimonio, attamen ea inesse producta durant, & consistunt etiam soluto matrimonio, quæmadmodum in simili tradit de hypotheca, quæ non exoritur absque personali actione, postquam vero orta est, subsistit sine personali, & potest ab ea separari, *Barbos. in quarta par. rubr. n.* 16. *ff. solut. matr. Vincent. de Franch. dec.* 119. *n.* 24. *Ger. Spin. in cons.* 54. *num.* 54. *& seqq.*

16

17

18

Accedit, quod viro non indulgentur interusuria a Lege propter matrimonium, sed propter onera, ut colligitur ex *Cap. salubriter de usur. & ex Leg. pro onerib. Cod. de iur. dot.* quaproter si vir non substineat onera matrimonii, sed Pater eius, fructus dotis acquiruntur Patri pleno iure etiam ii, qui deductis oneribus matrimonii supersunt, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 30. *n.* 16. *& seqq.* sequuntur *Gratian. discept. for. cap.* 244. *n.* 27. *& seqq. Hodiern. in addit. ad Surd. dec.* 211. *n.* 4 Hinc plane liquet, quod respectu fructuum dotis non habetur ratio matrimonii, nec personarum, in quibus constat matrimonium, sed onerum adeout licet fructus valde superent onera, nihilominus ea substinenti pleno iure acquirantur, quod est notandum, quia si res aliter se se haberet, saltem fructus, qui remanent deductis oneribus spectarent ad filium, qui uxorem duxit; Cum igitur onera postquam sunt in esse producta pro separatis habeantur a matrimonio in ordine ad fructus, sequitur, ut non bene inferatur de uno ad aliud, vulgata *Leg. Papinianus exuli ff. de minor.* & nihil intersit, quod matrimonium deficiat, dummodo supersint onera, presertim quia in hoc consideratur matrimonium, tamquam origo onerum, non tamquam causa efficiens ipsorum interusuriorum, quæ non aliam agnoscunt originem quam ipsa onera.

19

20

21

Ad secundam rationem dicimus, quod in oneribus ma-

trimonii potissimum spectandæ sunt personæ, nimirum uxor & filii, in quibus vertitur viri, & patris solicitudo, & in quorum alimentis magna vis pecuniarum erogatur, non autem matrimonium, cum non propter matrimonium, sed propter onera fructus dotis debeantur, & acquirantur illi, qui substinet onera, quamvis non sit consors matrimonii, ut supra fuit probatum; Bene verum est quod post mortem mariti dicuntur

22 onera matrimonii finita, & viduæ interusuria non debentur regulariter, *Surd. in consi.* 164. *n.* 13. *& seqq. & consi.* 269. *num.* 25. *& seqq. Grat. discept. forens. cap.* 244. *n.* 1. *& seqq. Gregor. XV. dec.* 204. *n.* 29. *& ibi Beltram. n.* 33. & nil mirum quan-

23 doquidem deficit persona substinens onera hoc est maritus' cui onera ratione uxoris & filiorum coerent, uxor enim non fert onera, sed est pars præcipua onerum, ideo ea superstite non dicuntur onera durare.

At quando superest maritus cum filiis, tunc adest persona, quæ cepit onera substinere, adsunt filii, qui sunt reliquiæ, & pars onerum matrimonii; Ergo interusuria debentur, & ni-

24 hil est, quod matrimonium defecerit, quia sufficit, quod præcesserit causa, unde profecta sunt onera, & quod ea adhuc durent, quemadmodum non refert, quod defecerit præcipua pars onerum matrimonii, hoc est uxor, quia cum filii sint distinctæ personæ a matre, & aliud sit onus viri respectu uxoris, aliud respectu filiorum communium dici non potest, quod defecerint onera, quæ a filiis duxerunt originem.

Ad tertiam respondentes asseveramus, filios non tam soluto, quam constante matrimonio inter onera patris esse, & onera ex personis filiorum eadem existere, quæ ceperunt constante matrimonio, non enim matrimonio deficiente in qualitate mutantur onera, nec aliam inducunt speciem, sed bene augent, cum decesserit uxor, quæ viro in solitudine opem ferebat; Præterea obligationem alendi liberos in consideratione habendam esse soluto matrimonio, quandoquidem eo constante exorta est, & a matrimonio traxit originem, & ideo huiusmodi obligationem dici onus matrimonii, & facere, ut interusuria debeantur, non ex eo, quod Pater propter dotem teneatur alere filios dum constat matrimonium, sed ex eo quod matrimonium produxit hoc onus, quod Patri non cohæreret nisi matrimonium præcessisset; quamobrem inepta apparet ratio, quæ affertur, quod Pater soluto matrimonio ex stimulo, & charitate naturali tenetur alere filios non ratione bonorum, aut dotis maternæ, atque ea re interusuria non deberi, siquidem

25 eodem stimulo, & iure sanguinis tenetur filios alere dum con-

stat

stat matrimonium non autem propter dotem, ut constat apud omnes *Leotard. in d. tract. de usur. d. quæst.* 30. *sub n.* 20. *vers. ut etiam, quod dicimus.*

Ad illud, quod filii soluto matrimonio sint potius solatio Patri quam oneri, affirmamus id etiam contingere constante matrimonio, immo filios maiora solatia, & oblectamenta Patri afferre, vivente Uxore, cum ea mortua sæpe filii revocent animum Patris ad memoriam Coniugis amissæ, quæ memoria, ut honorata, ita acerba Patri existit.

Deinceps filios esse per fictionem iuris unam, eamdemque personam cum Patre, & fructus matrimonii dici non tam soluto, quam constante matrimonio; Præterea quod attinet ad alimenta, & sumptus esse personas omnino separatas, quemadmodum alimenta unius habentur pro separatis ab alimentis alterius, *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 158. *num.* 2. *&* 3. filio vero esse fructus matrimonii, sed cum sumptibus, & oneribus, ideoque nisi deductis sumptibus, & oneribus inter fructus referri non posse, *Leg. quod in fructus ff. de usur. L. fructus in princip. ff. solut. matrimon. porro Text. in Leg. ubi adhuc Cod. de iur. dot. Leg. dotem ff. de castrens. pecul. & Leg. si maritus ff. fam. ercisc. Leotard. dict. quæst.* 30. *num* 21. *& seqq.* comprobat ratione obtinere locum etiam soluto matrimonio: sufficit enim, quod effectus extendatur etiam ultra limites matrimonii quoad onera ut inter ea relati Filii, quoad Patrem, vel Avum permaneant, etiam quoad eumdem soluto matrimonio onera substinentem, licet res ad eum casum devenerit, a quo initium sumere non posset, *Surd. in cons.* 116. *n.* 47.

26

27

28

Minus vero obstare, quod contra dicebatur, dotem principaliter dari pro alenda Uxore, & in quamdam consequentiam pro alendis liberis, ac proinde defuncta Uxore, causam principalem usurarum cessare, & in his terminis dictas Leges procedere, nam Leges prædictæ eodem loco, & ordine habent onus alendi Uxorem, ac liberos, ut in *d. Leg. ubi adhuc Cod. de iur. dot.* satis indicant verba illa ad *substentationem tam sui, quam mariti, filiorumque, in d. Leg. si maritus ff. famil. ercisc. verba illa, quia mortuo Patre quædam filios sequuntur, ut matrimonium, ut liberi, ut tutela, in Leg. si is qui* §. 1. *ff. de iur. dot.* „ *post mortem Patris statim onera matrimonii filium sequuntur sicut liberi, sicut Uxor* „ *denique in dict. Leg. dotem ff. de Castrens. pecul. ubi Papinianus ait* „ *dotem cohærere matrimonio, & oneribus eius, ac liberis communibus* „ *ita Leotard. d. quæst.* 30. *num.* 24.

29

Et si publicam utilitatem spectemus, propter quam factum

est, ut dotis causa semper, & ubique præcipua sit, Filii princi-
30 pem locum obtinent, quippe illos pertingit præcipuum interesse Reipublicæ, ut liquet ex *L. 1. ff. solut. matr.* „ ibi „ cum do- = tatas esse fœminas ad sobolem procreandem, replendamque = liberis civitatem maxime sit necessarium. „

Sed esto, ait *Leotard. loc. cit. num.* 25. dotem principaliter dari pro alenda Uxore, & in consequentiam pro alendis libe-
31 ris, eadem tamen causa subest, ut interusuria debeantur ab eo, qui dotem debet, cum defuncta uxore, liberis superstitibus, adhuc durent onera, & maritus (ut dicit *Duard. ad proemium constit. Pii V. de censib. quæst.* 24. *num.* 14.) licet non substi-
32 neat onera matrimonii præsentis, substinet tamen onera præteriti propter liberos, quorum onus remanet apud eum, ut decidit *Rot. Roman. in collect. per Zacch. de obligat. camer. dict. dec.* 10. *num.* 6.

Adiungitur præterea, quod defuncta uxore non possunt di-
33 ci esse omnino extincta onera, in ordine ad uxorem, cum ultra victum mulieris plurimæ fiant expensæ in vestibus, apparatibus, ornamentis, famulis, & aliis, *Iacob. Philip. Port. cons.* 85. *num.* 16. *&* 18. *Ant. Guibert. de dot. cap.* 1. *n.* 9. quæ æs alienum non vulgare pariunt viro, qui de suo tenetur satisfacere, ut advertit *Barbos. in pr. part Rub num.* 6 *vers. item ex suo*, quamobrem cum onus consistat in satisfactione, & debiti solutione, & illud duret etiam soluto matrimonio, ratione expensarum factarum pro uxore, non debet cessare effectus oneris, hoc est interesse dotis.

Nec dicatur, quod non semper remanet hoc onus post matrimonium solutum, quia sufficit, quod frequentius contingat, *ad Text. in cap. salubriter de usur.* præterquamquod cum possit id contingere non debet absolute dici, quod soluto matrimonio per mortem uxoris onera extinguantur.

Quod autem dicitur avum maternum non teneri alere nepotes, Patre habente unde eos alat, nullam invehit difficultatem, cum nec matrimonio constante eos alere teneatur, & tamen adstringitur obligatione solvendi interusuria in satisfactionem onerum matrimonii, inter quæ recensentur liberi, responderi etiam potest, cum *Manent. in tract. de iur. livell. d. part.* 14. *n.* 82. quem sequitur *Leotard. d. loc. n.* 26. avum maternum cogi alere Nepotes quamdiu ipse remanet debitor dotis cuius
34 natura est, ut deserviat oneribus matrimonii.

Post hæc reliquum est, ut respondeamus nonnullis rationibus, quibus nititur, *Rot. Rom. dec.* 91 *in collect. per Fenzon. ad statut. urb.* quæ sunt huiusmodi, quod soluto matrimonio, deficit

ficit requisitum, ex quo solutio fructuum dotis substinetur nempe sublentatio onerum matrimonii, quæ præcipue consistunt in uxore alenda secundum dignitatem generis, & quantitatem dotis, subinde cum titulus dotis extinctus sit per solutionem matrimonii, fructus non possunt amplius solvi pro interesse matrimoniali, sed simpliciter pro usura; Demum quod Doctores affirmantes onera matrimonii non extingui si filii extant, sed ea remanere penes virum soluto matrimonio, loquantur in terminis consuetudinis Martini, itaut non possit applicari conclusio ad casum, de quo agitur.

Respondemus primum in ordine substentationum onerum non deficere, quando supersunt filii quorum onus, mortua uxore, remanet ad Patrem, ut supra late probavimus, prætérea virum ultra onus substentationis uxoris, alia substinere onera, quæ multa sunt, *Surd. in tract. de aliment. tit. 7. quæst. 18. n. 22. tot. num.* onera matrimonii cohærent, ut illis ferendis, & compensandis vix, ac ne vix quidem sufficiant fructus dotis, *dict. cap. salubriter de usur. Barbos. in pr. part. rub. sub num. 5. vers. tot enim onera, Tiraquell. in Leg. si unquam in verb donat. largitus sub num. 226. ff. de revocand. donat.* quin etiam infinita sunt onera matrimonii, itaut non habeant estimationem, & hac ratione non videtur posse dari casus, ut fructus dotis quantumvis magnæ superet ipsa onera, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 8. part. 15. num. 6. & 7.* & propterea Io. Petrus de Ferrariis in forma libelli ad dotem, & usumfructum in verbo *uxor* quoad a.. *ante n. 1.* ait, quod Deus abscondidit hominibus, seu a cordibus eorum abstracre voluit mortem, scilicet propriam, ne super eo cogitando marcesserent, & necessariorum ad vitæ humanæ substentationem oblivisceréntur, & onera matrimonii, ne si illorum conscii essent præ ipsorum magnitudine, a matrimonio abstinerent, atque ita genus humanum periret; & quoniam respectu liberorum onus etiam soluto matrimonio non vulgare Patri adheret, propterea *Barbos. in d. pr. part. rub. sub num. 5. sub vers. ita is Thomas*, dixit, quod restitutio dotis post solutum matrimonium ex se maximum onus continet respectu mariti; dos enim deputata est ad alendos liberos, & substinenda alia onera, *L. dotem ff. de castrens. pecul.* & dote restituta tenetur maritus ex suo filios communes alere, *L. unic. §. taceat Cod. de rei uxor. act.* item de suo tenetur solvere æs alienum contractum ratione matrimonii, *Leg. assiduis vers. oportebat C. qui post in pign. hab.*

35 36 37 38 39 40 41

Deinceps dicimus titulum dotis non remanere extinctum soluto matrimonio, ut communi calculo receptum est inter Do-

Doctores, nam dos proprie dicitur etiam post solutum matri-
42 monium, si ea remanet, ut erat constante matrimonio, donec sit soluta, vel restituta, late probat *Barbos. in* 4. *part. rub. sub n.* 13. *vers. quarto quæritur, & sub n.* 15. *a vers. sed quamvis, juncto n. seq. ubi sub n.* 16. *vers. sed si dos* „ ait „ sed si dos = incipit, constante matrimonio, & aliquando deservit eius = oneribus, licet postea extinguatur matrimonium, dos a prin- = cipio legitime constituta durabit „ *Donat. Anton. de Marin. resol. vol.* 2. *cap.* 28. *n.* 8. *&* 9. hinc soluto matrimonio, datur
43 actio de dote Patri, qui ignorans Filium divertisse dotem solverat, *L. si pater ignorans ff. solut. matrim.* Itidem marito cui
44 dos fuit promissa, *L. si socer §. Lucius Titius ff. eod.* & proprius ad rem decidit *Rot. Rom. dict. dec.* 10. *n.* 3. *& seqq. in collect. per Zacch. de oblig. cameral. in hæc verba* „ Et quemadmodum = constante matrimonio actio pro dote promissa competebat = marito non uxori, ita etiam competit soluto matrimonio, = præsertim quia dos datur propter onera matrimonii, quæ durant = etiam mortua uxore, maxime quando adsunt liberi quorum = onus remanet apud Patrem, & per consequens cum adhuc = duret causa propter quam fuit promissa dos non potest dici = mutatus status promissionis „

Postremo facili responso occurrimus, quod etiam si faciamus Doctores affirmantes onera matrimonii non extingui superstitibus liberis, loqui de Martini consuetudine, non tamen convellitur fundamentum, ut non deserviat quæstioni, de qua agitur, si spectemus rationem, qua impulsus Martinus in eam devenit sententiam, ut existimaret, defuncta in matrimonio filia superstitibus liberis, dotem ad Patrem, a quo profecta erat reverti non debere, ille enim summi ingenii vir antiquus Glossator consideravit restitutionem dotis, soluto matrimonio ex se maximum onus continere respectu mariti, qui tenetur filios alere, & educare, nec non solvere æs alienum contractum etiam ratione matrimonii præcedentis, ut supra ostendimus, consideravit inquam per mortem uxoris extingui matrimonium, non autem onera, sed eorum maximam partem filiis existentibus remanere; ideo putavit non esse æquum, ut dos, quæ oneribus cohæret, ad Patrem rediret, ratio, quæ movit Martinum adeo justa, & æqua omnibus constitit, ut eius opinio contradicente Bulgaro, obtinuerit, & deinceps in consuetudinem
45 universalem transiverit, non obstante, quod Imperator sanxerit, ut mortua filia in matrimonio dos a Patre profecta ad Patrem rediret, *Leg. dos a patre Cod. solut. matrim.* ut nimirum
46 cederet in solatium parentis dos restituta, quæ ab ipso emerserat,

rat, ne, & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret, *Leg. iure succursum ff. de iur. dot.* quæ sanctio procedit de Iure communi etiamsi filia familias liberis superstibus decesserit, *Honded. in cons.* 75. *num.* 17. *libr.* 2. *Augustin. Molignat. post dec. Thes.* 190. *num.* 13. *& seqq. Petr. Barbos in Leg. post dotem* 41. *num.* 46. *& seqq. ff. solut. matr.* si igitur ratio prædicta adeo potens fuit, ut ab opinione unius Doctoris procedens cesserit derogationi iuris Communis, *Capyc. Galeott. libr* 2. *controv.* 30. *num.* 14. *& seqq.* quid dicendum in hoc casu, ubi non agitur de derogando iuri, sed de eo interpretando, ut nimirum dispositio *Cap. salubriter de usur.* quæ favet marito propter onera matrimonii pertingat etiam ea onera, quæ soluto matrimonio remanet apud eum superstitibus filiis; non enim repugnat, ut dictum *Cap. salubriter* ad alios casus porrigatur, licet super casu speciali conceptum sit, ut videre licet per DD. late adductos a *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss* 8. *part.* 15. nihil enim aliud est videndum, an militet ratio onerum, quibus solum occurrit sanctio *dict. Cap. salubriter* vim rationis agnoscit *ex add. Rot. dict. decis.* 91. *vers.* „ huic enim motivo licet diverticula, & flexiones quærat, ut eam declinet; Hæc sunt verba illius Decisionis „ Quia DD. prædicti loquuntur in terminis „ consuetudinis Martini., ut scilicet extantibus filiis, dos non „ revertatur ad Patrem, sed remaneat penes maritum, non „ extinguantur onera matrimonii ubi extant filii, nam licet „ onus liberorum sit onus naturæ, non matrimonii, habet ta„ men originem a matrimonio, & sic quatenus respicit onus „ naturæ, alimentatio spectat ad Patrem, qui ideo non potest „ petere interesse dotis; Dum vero onus liberorum considera„ batur tanquam habens originem a matrimonio, debetur dos, „ cuius contemplatione fuit promissa, itaut non debeat resti„ tui socero, sed debeat remanere penes generum „ agnoscit ergo Rota quod non extinguuntur onera matrimonii ubi extant filii, & quod licet onus liberorum, sit onus naturæ, non matrimonii, habet tamen originem a matrimonio, dicit deinceps, quod quatenus onus liberorum est onus naturæ, alimentatio spectat ad Patrem, qui ideo non potest petere interesse dotis.

47

48

Respondemus nos, si liberi sunt onus naturæ, sunt ita constante sicut soluto matrimonio, sed constante matrimonio ratione oneris Filiorum debetur interesse dotis Patri onera sustinenti, ergo etiam eo soluto dum eadem onera remanent apud Patrem.

Subiungit Rota dum onus liberorum consideratur, tanquam ha-

habens originem a matrimonio, dabetur dos, cuius contemplatione fuit promissa, ita ut non debeat restitui Socero, respondemus facilius, quod si debetur dos propter onus filiorum, cuius Sors non est destinata oneribus matrimonii cum salva semper debeat remanere, ergo magis debentur fructus, qui soli oneribus deservire debent, & si ut capitale remanent, & non restituatur Socero, corrigitur ius commune propter onus liberorum, ergo multo magis debet dari extensio dicti *cap. salubriter* ut fructus dotis debeantur, qui soli sunt destinati oneribus matrimonii, præsertim quia dispositio dicti capituli est favorabilis, ideoque ex identitare rationis extensionem admittit *Alexandr.* 49 *Sperell. dec.* 84. *n.* 8. *& seqq. lib.* 1. prout videtur agnovisse *Rot Rom. dec.* 84. *in collect. per Fenzon. ad Statut. Urb.* ubi vult Rota quod in casu, in quo Socer promiserat genero interesse dotis solvere ad rationem septem cum dimidio in singula centum, idem interesse deberetur Viduæ mortuo viro cum Filiis ab Hæredibus Patris, non obstante quod extincta remanserit onera matrimonii, & id si non ratione fructuum dotis, saltem ratione alimentorum, ad quorum præstationem de iure tenetur Pater, & post eum hæredes eius, donec dos vigore Statuti subrogata loco legitimæ debitæ Filiæ in bonis Patris eidem sit persoluta, & ad hoc affertur egregia distinctio, quod aut vidua prætendit interesse ab hæredibus viri, & illud non deberi, perspicuum est, aut vero illud exposcit ab Hæredibus Patris, & 50 tunc illud deberi deciditur ex rationibus predictis sequitur *Alexandr. Sperell. dicta dec.* 84. *n.* 43. *& seqq.*

Diximus Rotam Romanam agnovisse dari extensionem *dicti cap. salubriter* quoniam vera non potest esse prædicta decisio, non data dicta extensione cum alias in materia pecuniaria requiratur, quod prætendens interesse, & fructus probet, quod pecunia non stetit otiosa, sed reinvestita, & quod fructum reddidit 51 *Gratian. discept. forens. cap.* 688. *n.* 22. nec ratione alimentorum possunt prætendi usuræ pecuniarum debitarum, sed tantum ipsa alimenta, minus vero interusuria deducta in pactum cum genero, præsertim in ea quantitate, quandoquidem quantitas, quæ recipitur ultra sortem propter alimenta, non potest excedere 52 metam alimentorum *Rodric. de annu. & menstr. reddit. lib.* 3. *qu.* 7. *n.* 56. *Tusch. in verb. dotis fructus concl.* 741. *n.* 115. neque etiam ex eo quod dos vigore Statuti sit subrogata loco legitimæ, possunt fructus postulari, si datur casus, quod hæreditas consistat solum in pecunia, secus si hæreditas habeat bona reddentia fructus, quia tunc filius acceptando legittimam in pecunia videtur consentire, quod hæres pro rata dictæ quantita-

tis

tis retineat bona æquivalentia, ex quibus hæres percipiens fructus, dicitur re ipsa esse in mora quoad hoc, ut ipsi filio teneatur ad usuras equivalentes *Gratian. discept. forens. dicto cap.* 688. *n.* 10. *& seqq.* 53

Accedit quod Pater non semper ad alimenta tenetur, quia licet teneatur dotare filiam divitem *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 1. *n.* 110. non tamen tenetur alere, si habet bona, unde sibi possit de victu providere *Surd. in tract. de alim. tit.* 9. *qu.* 1. *sub num.* 3. *sub vers. contra tamen Henric. Bocerus clas.* 2. *disp.* 18. *de iur. dot. sub n.* 9. Ex his igitur liquido constat non posse absolute determinari viduæ deberi interusuria ratione alimentorum, sed quatenus debeantur, ea tantum deberi ex æquitate *dicti cap. salubriter*, quod licet in viro loquatur, interdum tamen extenditur ad viduam, cui dotis solutio retardatur *Arias de Mesa variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. *iuncto num.* 5. quidquid secus sit ubi filii non supersunt *Altograd. cons.* 32. *n.* 18. 54 55 56

Examinatis adamussim rationibus ut supra, licet inde auctoritatem Doctorum pendere perspicuum sit, attamen operæ prætium putavimus Doctores ipsos saltem recentiores, qui alios referunt adscribere ut constet apud omnes difficultatem auctoritatibus nequaquam obiici posse.

Inter negantes ex recentioribus interusuria deberi soluto matrimonio per mortem uxoris etiamsi remaneant liberi eiusdem matrimonii familiam ducit *Gratian. discept. forens. cap.* 427. quem sequitur *Beltramin. in addit. ad Gregor. XV. dec.* 573. *sub n.* 17. *Bellon. Iun. in cons.* 64. *sub n.* 8. *& seqq. Clarissimus Dom. Mart. Med. dec. Senen.* 15. *Augustin. Barbos. in collect. ad cap. salubriter de usur. sub n.* 9. *Anton. Merend. controv. Iur. lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 26. *Rot. Rom. in collect. per Fenzon dec.* 91. *late Garon. variar. resol. cap.* 17. *n.* 70. *& alii relati per Leotard. in tract. de usur. qu.* 30. *n.* 17. 57

Inter affirmantes interusuria deberi post solutum matrimonium in casu, de quo agitur sunt *Manent. de iur. contract. livell. par.* 15 *sub n.* 79. *& seqq. Borgnin. dec.* 26. *sub num.* 25. *vers. nec mortem uxoris par.* 3. *& rursus dec.* 22. *num.* 18. *& seqq. par* 4. *Cumia super rit. Siciliæ cap.* 94. *n.* 22. *qui refert ita fuisse iudicatum Franc. Ant. Cost. cons.* 45. *n.* 12. *& seqq. Antonin. de Amat. resolut.* 83. *n.* 6. ubi multos allegat *Duard. ad proem. constit. Pii V. de censibus qu.* 24. *n.* 14. qui ex Solone, ait, contrariam opinionem merito reicii *R. P. Molfesius ad consuetud. Neapolit. tom.* 1. *part.* 6. *qu.* 2. *n.* 32. *Eminentiss. De Luca disp.* 25. *sub n.* 175. *tom.* 2. *de instit. & iur. Card. Tusch.* 58

tom.

tom. 2. in verb dotis fructus concl. 741. *num.* 118. *Altograd. in conf.* 32. *n.* 18. *Mart. de clauf. part.* 1. *clauf.* 331. *& noviſſime Leotard. in dicto tractat. de uſur. qu.* 30. *n.* 19. *& ſeqq.* qui rationibus diluit ea, quæ contradici poſſunt *& alii adducti per Gratian. in append. ad cap.* 427.

Et ſic animadvertendum duximus Deciſiones Rotæ Romanæ per *Gratian. allegatæ d. cap.* 427. non loqui cum terminis præciſis quæſtionis noſtræ, ubi ſuperſunt filii, ſed ſimpliciter decidere quod ſoluto matrimonio non debetur intereſſe dotis.

Præterea Rotam Romanam agnoviſſe quæſtionem, de qua agitur habere multum difficultatis cum ea fuerit diſcuſſa *in Tiburtina Dotis cor. R. P. Cavalerio*, & ſæpius propoſita nunquam tamen reſoluta, ut teſtatur *Beltramin. ad Gregor. XV. dec.* 573. *n.* 17.

Deinceps *Gratianum in appendice ad d. cap.* 427. *verſ.* quamvis tamen admittere, quod in noſtro caſu fructus ex promiſſione debeantur licet contrarium velit, *Rota dicta deciſ.* 91, *penes Fenzon. ſub verſ. neque verum eſt*, & ſubinde eumdem *Gratian.* affirmare ibidem, quod ſi fructus cœperunt ſolvi per Socerum eſſe locum manutentioni, licet prætendatur conventio nulla: Utrumque vero concurrere in caſu putamus, nam adeſt promiſſio intereſſe; & fructus vel in totum, vel in maiori parte fuerunt ſoluti, cum dictus D. Marchio Balionus ſe conſtituerit debitorem dicti D. Marchionis Malaſpinæ die 3. Octobris 1642. de ſumma ſcutorum 13244. pro capitale dotis, & ideo nihil aliud contendit in iudicio, niſi ſolutiones factæ pro fructibus a ſumma capitalis detraherentur, non obſtante illius obligatione, qua propter urgentiori probatione illi erat opus, cum ageretur de probandis indebite ſolutis, & ſatis eſſet D. Marchioni

59 Malaſpinæ afferre poſſibile in contrarium, ut decidit in his terminis *Rot. Rom. dec.* 38. *par.* 5. *rec.* facit hæc eadem *Rot. dec.* 192. *n.* 27. *& ſeqq. in reſiduo d. par.* 5. *rec.* ubi ait, ſufficere in hoc caſu, quod probatio Adverſarii ſit dubia, & non concludentiſſima cum in materia ſolutionis indebiti unuſquiſque gravetur certiſſima probatione, & præcipue (prout eſt caſus præſens) ſi debitum fuerit agnitum per realem ſolutionem, præſumptio enim ſtat, ut nemo præſumatur voluiſſe ſolvere id, quod non debet.

Conſideravimus ultra prædicta quod dictus Dom. Marchio Malaſpina ob non ſolutam ſibi dotem, in damno non vulgari verſabatur propter onus liberorum, quod apud ſe remanebat, & quod propterea videbatur poſſe prætendere intereſſe ratione

60 damni emergentis; tale enim eſt illud, quod provenit ab oneribus

ribus

ribus matrimonii, *Carleval. de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 8. *sect.* 3. *sub n.* 18. *versus finem*, quin etiam videbatur posse contendere ut sibi præstaretur interesse lucri cessantis cum requisita ad illud iudicandi non deesse, nam licet interesse, & eius requisita non probentur ex confessione, & assertione Partium, cum sit materia suspecta, etiamsi assertioni accedat iuramentum, *Gratian. discept. forens. cap.* 387. *num.* 16. *&* 17. *Leotard. d. tract. de usur. quæst.* 72. *num.* 9. *& seqq.* Plurimum tamen in hoc est tribuendum arbitrio Iudicis, argumento *Leg.* 3. *ff. de testib.* ut scilicet ex circumstantiis rerum, & qualitatibus personarum, ipse æstimet, an assertionibus standum sit, durum est enim proprio testimonio resistere, *Leg. generaliter C. de non numerat. pecun.* ita declarat *Leotard. d. tract. qu.* 75. *n.* 5. & recte quidem iudicio nostro, nam ad interesse lucri cessantis nihil aliud requiritur, nisi ut requisita probentur ut si confessio Partis caret suspicione, nulla maior probatio potest afferri ad comprobationem; Si ergo Iudex videt suspicionem abesse, utique potest deferre Partis confessioni, præsertim si ea est ex eo quod dictus D. Marchio Balionus in iudicio computavit fere omnia asserta per eum in conventione inita cum dicto D. Marchione Malaspina dicta die 3. Octobris 1647. in responsis datis positionibus, quamvis in eo iudicio contenderit semper, & adhuc contendat interesse non deberi obiecta exceptione usurariæ pravitatis, unde eius confessio magis attendenda est, quia tamquam eques, & nobilis vir veritatem agnoscere voluit, licet eumdem everti posse ex iuris dispositione existimaverit, ex quo contingit, ut dicta confessio in suspicionem venire non possit, presertim cum emersit per viam contentiosæ iurisdictionis, quæ ideo maiorem vim habet ad præiudicium inferendum ad tradita per *Rot. cor. Gregor. XV. dec.* 506. *n.* 8. *& per Adden. ibidem & ad dec.* 375. *sub n.* 11. & cum proprius accedat ad verisimile, atque adiuvetur coniecturis probat quamvis alias etiam iurata non probaret inter personas suspectas, *Capic. decis.* 203. *n.* 19. *&* 20. *Seraph. de priv. iur. priv.* 93. *n.* 11. *&* 12. *Surd. dec.* 55. *n.* 4. *& dec.* 329. *n.* 5. *&* 6. *Mascard. de prob. concl.* 365. *n.* 5. *& seqq. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib.* 10. *tit.* 4. *n.* 4. *Rot. Bonon. divers. dec.* 8. *n.* 87. *& seqq. Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 8 *n.* 10. & probat etiam in præiudicium tertii *Surd. dec.* 55. *n.* 3. *dec.* 135. *n.* 5. *& in cons.* 290. *n.* 46. *& seqq.*

61 62 63 64 65 66

Accedit prædictis, quod interesse, de quo agitur, videbatur admittendum absque alia probatione tanquam super re notoria, illudque exigi nedum in pactum deduci potuisse, ratione

 sci-

scilicet lucri cessantis, & damni emergentis, ob generalem consuetudinem quæ viget in Diœcesi Lunen. & Sarzan. & in Civitate Florentinà investiendi pecunias ad simile seu etiam maius interesse, & ob promptas, & paratas occasiones investiendi, quæ notoriæ sunt, & semper adesse præsumantur, *Regen. Molin. contr. forens. cent. 2. cap. 50. n. 27. Maicell. Marcian. in cons. 50. sub n. 7. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. qu. 2. n. 1747. & seqq. & n. 1756. cum seqq.* quod sane interesse poterat Iudex sumptis informationibus etiam ex officio liquidare, & taxare, *Andreol. controv. 10. n. 16.*

67

Et ita una tantum Parte informante in iure &c.

Blasius Michalorus Rotæ Auditor.
Bartolomeus Bononius Rot. Aud. & Rel.
Carolus Bianchellus Rotæ Auditor.

DECISIO VIII.

LIBURNEN. PRÆTENSÆ VENDITIONIS DOMUS.

7. Septembris 1665. cor. Aud. IOANNE ARGENTO.

ARGUMENTUM.

Simplices enunciativæ non probant Venditionem Domus, si ad alium finem prolatæ fuerint, & alia in contrarium concurrant adminicula, quæ hic recensentur.

SUMMARIUM.

1 *Enunciativa ad unum finem emanata non probat in casu diverso*
2 *Enunciativa non probat enunciatum, ubi de eo principaliter disputatur.*
3 *Enunciativæ non probant perfectionem venditionis de qua publicus conficiendus erat contractus.*
4 *Si constat Partes velle quod de venditione instrumentum perficiatur venditio interim non est perfecta, nec partibus ullum ius quæritur.*
5 *Quamvis non fuerit dictum, quod venditio non valeret nisi instrumentum conficeretur.*
6 *Per immissionem in Salviano sola detentatio acquiritur.*
7 *Dominium nequit eodem tempore esse in solidum apud duos.*

8 *Fru-*

8 *Fructus sequuntur Dominum.*
9 *Ubi adest propria confessio, nulla alia requiritur probatio.*
10 *Confessio nocet confitenti.*
11 *Et si verisimilis sit prævalet cuicumque contrariæ probationi.*
12 *Libri Decimarum probant dominium.*
13 *Lex Decimarum imponit pœnam emptori non describenti ad decimam bona empta, ut subiaceant obbligationibus futuris venditoris.*

INter cœtera, quæ contendebant coram Magistratu Supremo D. Giorgia de Gentilis, & D. Dionysius de Zeffis Mercator Liburni degens, in eo potissimum vertebatur quæstio, an dictus de Zeffis teneretur consignare dictæ D. Giorgiæ Domum, per ipsum retentam, sitam Liburni in via Ferdinanda, seu grande, uti ex effectibus hæreditatis quondam D. Peregrini de Tidis olim viri dictæ D. Giorgiæ, cum per decretum Supremi Magistratus de die 15. Iunii 1665. fuerit mandatum esse dandam possessionem præfatorum bonorum hæreditariorum dicti quondam Peregrini de Tidis dictæ D. Giorgiæ, ad effectum de quo in dicto Decreto, cui reconventioni, seu petitioni se opponebat dictus de Zeffis, excipiendo Domum fuisse ab ipso emptam, & ad probandam illius intentionem, deducebat instrumentum celebratum inter ipsum, & dictam D. Georgiam de anno 1658. in quo dicta D. Georgia renunciavit hypothecæ, quam habebat in eadem Domo, tam pro iuribus dotalibus, quam extradotalibus; in eo enim habetur.

Conciosiacosachè, come fu detto, & asserito dall' infrascritte Parti, il Signor Pellegrino del quondam Signor Pandolfo Tidi Cittadino Livornese, come Padrone della Casa posta in via Ferdinanda dentro alli suoi confini, abitata, e tenuta presentemente a pigione dal Signor Dionisio Zeffi Negoziante abbia in parola il medesimo Signor Pellegrino, quella venduta liberamente alienata al predetto Signor Dionisio Zeffi per la somma, e quantità di sc. 10000. e così fra di loro concordemente stimata, & apprezzata, ancorchè più, o meno valesse. Unde ex prædicta narrativa, seu enunciativa probare intendebat dictus de Zeffis, Domum fuisse emptam, prout ex ea non resultare probationem prætensam replicabatur a D. Georgia; Ita remisso prædicto articulo nobis a Supremo Magistratu eidem hodie referendum esse censuimus, condemnandum esse dictum de Zeffis, ad libere resti-

tuendam, & relaxandam d. D. Georgiæ Domum præfatam, tanquam bona remansa in hæreditate dicti Peregrini de Tidis prout pariter esse condemnandum d. de Zeffis ad solvendum d. D. Georgiæ pensiones dictæ Domus decursas, & decurrendas usque ad totalem relaxationem ad rationem, & pro summa liquidanda, tam ex deductis, quam ex deducendis, sicuti pariter pensiones prædictas fuisse, & esse compensandas, atque calculandas, facta supradicta liquidatione, cum solutionibus quas constabit factas fuisse a dicto D. Dionisio de Zeffis pro dicto Peregrino de Tidis, atque eius hæreditate, iuxta liquidationem, & declarationem a nobis faciendam, non retardata executione Sententiæ, quoad Domus relaxationem, & ut habetur in dicta Sententia &c.

Et resolutionis ratio fuit, nam verba supra relata, posita in præludio, & præfatione dicti contractus, posita inquam fuerunt ad effectum obtinendi a dicta D. Georgia renunciationem 1 hypothecæ in dicta Domo, & sic propter aliud prolata, ita non probant venditionem Domus, de quibus agitur *Pancirol. cons. 96. num. 57. Rot. decis. 279. num. 13. pag. 8. & dec. 169. num. 18. part. 9. rec.* tum etiam, quia hodie principaliter de enunciato disputatur; Ita dicta verba, tanquam simpliciter 2 enunciata, enunciatum non probant *Rot. decis. 226. num 35. part. 6. & dec. 169. n. 18. part. 9. rec. Merlin. Pignattell. contr. 8. n. 14. lib. 2.*

Sed non solum ex prædicta enunciativa non probatur dicta venditio, sed etiam ex verbis subsequentibus illius habetur, quod pretensa venditio, & emptio inter Partes, hoc est inter dictos de Zeffis, & Tidis non erat perfecta. Nam post verba *ancorchè più, o meno valesse*, subsequuntur alia, *per passarne contratto per mano di pubblico Notaio, sempre che fra di loro siino aggiustati certi conti, della qual vendita fatta, e da farsi, come sopra, dal Sig. Pellegrino medesimo la Sig. Giorgia &c. essendone sciente, e molto bene informata, e volendo presentemente a quello per allora, che sia rogato il contratto acconsentire, e prestare il suo consenso, & adire per ogni sua ragione*, & inferius *renunciò, e renuncia, acconsentendo, & adherendo, e ratificando hora per quando sia rogato detto contratto di vendita, come sopra fatta, e da farsi per stipulatione di contratto &c.* Ita cum de dicta venditione esset conficiendus contractus, ubi alias venditio esset sequuta certe prædictæ enunciativæ non probant 3 illius perfectionem, cum adhuc de ea esset conficiendus contractus publicus, ut consideravit *Honded. cons. 52. num. 17. & 18. lib. 1.* nam is loco citato dixit, multum differre, quod

par-

Partes dicant velle conficere contractum, vel instrumentum, cum contractus sit ille, qui continetur in instrumento, instrumentum vero de contractu perficitur, prout etiam si intelligeretur de instrumento, adhuc venditio non fuisset perfecta nam quando constat Partes velle quod instrumentum de venditione perficiatur, venditio non potest dici perfecta, sed locus est pœnitentiæ, & Partibus ante instrumenti celebrationem nullum ius quæritur *L. contractus* 10. *C. de fid. instrum.* §. *pr. vers. in his aut. instit. de emption. & vend. Honded. d. cons.* 52. *num.* 19. *lib.* 1. *Caldas de emption. & vendit. cap.* 19. *n.* 4. & 5. *Fabrian. a Monte eod. tract. quæst. princip.* 5. *num.* 75. & 76. Quod est indubitatum in casu nostro, ubi non solum enunciatur, quod debeat fieri contractus, sed debeat fieri de venditione facta, & facienda. Et venditio prædicta debeat recipere perfectionem, dum inter emptorem, & venditorem erant dispuncta quædam computa, & dicta D. Georgia renunciabat tunc hypothecam, quam habebat supra dictam Domum, sed ad tempus, quo fieret prænarratus contractus, & ut unus ex Dominis considerabat, iam erat vendita domus dicto de Zeffis, quam ipse confitetur adhuc retinere titulo locationis in dicto instrumento celebrato cum dicta D. Georgia, quod si venditio erat perfecta, cessabat titulus conductionis, quam adhuc continuare asserit dictus de Zeffis, ex his omnibus enim clare constat, Partes voluisse habere pro perfecta dictam venditionem; Et propterea, quamvis non fuerit dictum quod dicta venditio non valeret, nisi conficeretur contractus, seu instrumentum, ut sensit *Bursat. cons.* 100. *num.* 19. & *seq. libr.* 1. tamen nihil relevat, quia in contrarium stat communis opinio, ut refutato *Bursat.* & contrariis respondendo firmavit *Rimin. iun. cons.* 51. *n.* 18. & *seqq.* & *per tot. lib.* 1. *idem Soccin. sen. cons.* 169. *n.* 9. *lib.* 1. *Gomez lib.* 2. *tit.* 12. *de empt. & vendit. num.* 17. *Afflict. dec.* 39. *n.* 4.

4

5

Et quamvis res sit satis clara, attamen ubi considerare velimus uti dubia, habemus coniecturas ita evidentes, ut locus non sit esitationi, nam mortuo Peregrino de Tidis, dictus Dominus de Zeffis institit coram Curia Liburni, ut sibi concederetur immissio in bonis eiusdem de Tidis, & in specie in domum, quam modo asserit fuisse, & ante annum 1648. venditam, ad hoc ut ex fructibus præfatorum bonorum se satisfieri posset de suis creditis, repugnat enim dictis Dominis petere immissionem in hypothecaria, seu Salviano cum in ea solum detentatio acquiratur *L. si cum venditor* 66. *ff. de evict. Pacific. de Salvian. inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 146. *Burat. dec.* 240.

6

num. 11. *ubi add. in litt. B*, & dominium sit apud debitorem, seu tertium possessorem, ita non erat apud dictum de Zeffis, qui querebat detentationem eo etiam maxime, quia dominium eodem tempore in solidum non potest esse apud duos, & penes 7 eos reperiri *Leg. si ut certo* 5. §. *si duobus vehiculum ff. comod. Gram. dec. lusit.* 244 *n.* 1. *Rot. dec.* 100. *n.* 5. *& dec.* 334. *n.* 22. *part.* 9. *rec.*

Immo si d. de Zeffis titulo 5. emptionis acquisivisset dominium Domus præfatæ, & sic faciebat fructus illius suos, 8 nam fructus sequuntur dominum *L* 1. *&* 2. *C. de pignor. Leg. Iulian.* 14. §. *si fructibus ff. de act. empt.* utique verisimile non est quod illos amittere voluisset, & petere satisfactionem suorum creditorum in fructibus, si emptio fuisset perfecta ex qua dominium domus erat translatum in dictum Dionisium de Zeffis, & consequenter de dicta domo faciebat fructus suos.

Sed præfata veritas magis, ac magis elucescit ex confessione prædicti de Zeffis, qui fassus est numquam emisse domum a Peregrino de Tidis, petiit Antonius Maria de Blanchis Curator hæreditatis iacentis dicti Peregrini a Deus te salvet de Bonchristianis scuta quinque milia, medietas prætii dictæ domus, & quia domus vendita fuerat pro debito, quod habebat dictus Peregrinus, & Deus te salvet cum dicto de Zeffis d. de Bonchristianis ad eludendam petitionem dicti de Blanchis produxit fidem a d. de Zeffis factam ac medio eius iuramento recognitam, ex rogitu d. de Frosinis sub die 11. Maii 1651. in qua dictus de Zeffis confitetur.

Io Dionisio Zeffi a piè sottoscritto fo fede per la verità a chi si aspetta, come la Casa, che di presente abito in via Grande la presi già più anni sono a pigione dal Sig. Pellegrino Tidi sì come a pigione l' ho sempre tenuta da detti Tidi, e come tale la tengo presentemente come ho fatto per il passato solamente con titolo di Pigionale, e non altrimenti, & in fede sarà sottoscritta di propria mano Dionisio Zeffi. Unde cum habemus propriam confessionem dicti Dionisii, quod nunquam emerit dictam domum, 9 frustra quærimus, an venditio fuerit perfecta, & super hoc nulla est necessaria probatio *Leg. cum te num.* 2. *C. de transact. Rot. nostra coram Magon. dec.* 9. *num.* 12. *Gregor XV. dec.* 143. *num.* 3. *Rot. dec.* 68. *n.* 1. *part* 8. *rec. & dicta* confessio adeo nocet dicto de Zeffis *Rota dec.* 297. *n.* 3. *part.* 8. *rec.* ut non 10 sit attendendum quicquid in contrarium modo deducatur, quia verisimilis est, & adminiculata *Burat. dec.* 566. *n.* 15. *Rot. decis.* 11 177. *n.* 12. *part.* 8. *rec.*

Præsertim quia prædicta confessio, & actus gesti a dicto de

de Zeffis sunt adminiculati, ex eo qua nunquam curavit poni ad decimam suam, domum quæ modo est descripta etiam ad decimam hæreditatis Peregrini de Tidis, ita habemus efficacem probationem domum præfatam adhuc esse in bonis hæreditatis dicti de Tidis *Soccin. sen. cons.* 89. *num.* 12. *lib.* 1. *Roland. cons.* 4. *num.* 15. *lib.* 2. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 44. *num.* 12. *Gen. de script. priv. lib.* 5. *tit. de lib. extim. qu.* 1. *n.* 19. præcipue cum habeamus legem decimæ, quæ imponit pœnam emptori non describenti ad decimam bona empta, ut subiaccant obligationibus futuris venditoris, ut habetur in ipsa lege decimæ, & dixit *Rot. nostra libr. motiv.* 101. *a* 103. *vers. datio*, *&* *ita Soccin. sen. loc. cit.* firmat quod ubi imponitur pœna a statuto contra non describentes bona ad decimam, quod in casu nostro est imposita a lege, præsumendum est, bona esse illius, ad cuius decimam inveniuntur descripta; imo isto casu decima facit plenam probationem, quod domus sit in hæreditate dicti Peregrini, & propterea ex supra firmatis erat condemnandus dictus de Zeffis ad restitutionem dictæ Domus tanquam remansæ in hæreditate dicti de Tidis, nec non ad pensiones illius, quæ sequuntur dominum ut supra firmavimus.

12

13

Et ita utraque &c.

Flaminius Burghesius Prætor
Bartholomeus Cordela Rot. Aud.
Io. Argentius Rot. Aud. & Relat.
Bartholomeus Bononius Aud.

DECISIO IX.

FLORENTINA PENSIONIS DOMUS

Die 15. *Octobris* 1665. *cor. Audit.* MATTHÆO TIRANNO.
Ex lib. mot. 116. *pag.* 724.

ARGUMENTUM.

Conductor qui sua culpa perseverare nequit in conductione, tenetur Locatori ad integram pensionem, quamvis illi impedimentum notificaverit.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Culpa unius alteri nocere non debet.*
2 *Ubi culpa casum præcedit culposus tenetur de omni eo, uod inde sequitur & n. 7.*
3 *Culpa immediata semper in præiudicium culposi attenditur.*
4 *Prout si fuerit ad casum secutum ordinata & n. 6.*
5 *Culpa ad casum ordinata dicitur, quando ex ea casus potest contingere.*
6 *Culpa adscribitur illi, qui non cogitat quod facile evenire potest.*
8 *Iudicis decretum præsumitur iustum.*
9 *Testium depositiones, & fides non probant iniustitiam decreti.*
10 *Præcipue si pro decreto stet omnis verisimilitudo.*
11 *Mulieres inhonestæ ab honestis vicinis sunt expellendæ.*
12 *Quamvis sint nuptæ, & proprias inhabitent domos.*
13 *Conductor qui sua culpa perseverare nequit in conductione tenetur Locatori ad integram pensionem, quamvis ei impedimentum denuntiaverit.*
14 *Qui cum alio contrahit non debet esse ignarus conditionis eius.*
15 *Meretrix non tenetur ad pensionem, nisi pro tempore, quo domum inhabitavit.*
17 *Temere litigans est in expensis condemnandus.*
18 *Præcipue si in primo Iudicio succubuit.*

USque sub die 25. Aprilis 1664. D. Andreas de Cavalcantibus Locationis titulo incipiendæ prima Martii sequent. & finienda ultima Aprilis 1665. dedit quandam suam Domum Anastasiæ Fochini sub annua pensione scutorum 26. & cum onere solvendi ratam in singulo mense, nec non addita lege, quod illa per duos menses ante non disdicta, pro aliis sex mensibus reconducta intelligeretur, & ita inde de 6. menses in 6. menses ut ex apocha desuper confecta.

Eadem domo manente Anastasia fuit 20. Iunii sequentis ex mandato Officii Honestatis præceptata, quatenus infra 8. dies discederet e dicta Domo, idque ut in ipso legitur præcepto *per i suoi cattivi portamenti e scandolo del vicinato, massime di fanciulle*, sed quia non obtemperavit 8. Iulii fuit comminatum ipsi mandatum de capiendo ubi infra triduum inde non abuisset, ut tandem fecit.

Prætendente vero Domino Andrea Fochinam ad integram anni pensionem sibi solvendum obbligatam, illa vero nonnisi pro tem-

tempore in quo fuit domi, convolavit Dom. Andrea ad Curiam Mercantiæ, & tertia Martii 1665. gravari Foehinam fecit in libris 84. pro parte, & sic scutis 12. nec non inde 9. Iunii eiusdem anni gravaminis confirmationem cum expensarum victoria obtinuit.

Provocavit Anastasia ab ista sententia ad nostrum Tribunal, & re mature discussa, ac examinata, tandem fuimus in voto sententiam Dom. Iudicis a quo confirmandi, ut fecimus, nec non eamdem appellantem amplius in expensis condemnavimus, moti quia cum eiecta fuerit ex effrenato ipsius vivendi modo, & hinc sui culpa, hæc Anastasiæ, & non aliis obesse debet *L. meminerint ubi gloss. in verb. non alteratur Cod. und. vi Menoch. de arbitr. cap.* 182. *n.* 48. *Barbos. post cit. axiom.* 62. *in princ.* & in puncto integræ pensionis *Caroc. de loc. & cond. part.* 2. *tit. de recus. num.* 26. & ubicumque illa casum præcedit culposum teneri de omni eo, & toto inde casu etiam secuto sunt *Text. in Leg. Creditor. & Leg. nulla Cod. de pignor. act.* cum similibus penes *Corn. cons.* 108. *in princ. & Far. qu.* 123. *n.* 64. *istoque* iure nostro inevitabiliter obtinere certo certius, ubi culpa, vel est immediata, & tunc semper in culposi præiudicium attenditur *Petr. Santern. tract. de spons. mercat. part.* 4. *n.* 37. *insert. in vol. tract. mercat. fol.* 765. vel est ordinata ad casum secutum, quia & tunc idem culposum teneri de illo *Far. ubi supra n.* 77. *Paris. cons.* 156. *n.* 6. *in* 4. fuisse vero anted. modum ordinatum ad dictam eiectionem non dubitandum enim vero ubi in locis ad quos publice, vel secreto meretrices ibi inhabitaturæ accedunt, si ultra luxuriosa intus domum, etiam extra a signis qualitatis ipsarum non se continent, extant inquam vicini signanter iugales pudicitiæ amatores, & odio hinc inhonestas actiones habentes, certo certius docet experientia ne boni mores corrumpantur, quod non sinunt, ut ipsorum munus est, recursum ad Superiores habere, ad hoc ut cognita veritate huiusmodi mulieres inde eici mandent, quandoquidem culpa ad casum ordinata dicitur, quando ex ea casus contingere potest *Ruin. cons.* 65. *n.* 11. *in* 8. *Far. cons.* 153. *n.* 2. *Gratian. discept.* 677. *num.* 7. ubi quod illi culpa adscribitur qui non cogitat quidquid facile evenire potest, cum debuisset prospicere quod hoc accidere valeret *Salgad. Labyr. credit. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 39. *Ant. de Bal. suis tract. var. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 6. *&* 7. ubi culpam dici ordinatam ad casum, quando culposus cogitare poterit de facili casum venturum, vel quando illa culpa fuit etiam proxima causa illius casus. Et quod ubicumque illa non evenisset, ut in nostra factispecie, nisi illa præcessisset ob eam, culposum teneri

1\. 2. 3. 4. 5. 6.

Te-

7 Textus sunt *in Leg. si ut certo §. Sed interdum ff. commodati vel controver. & in Leg. in iis 67. in princ.*

Nec his resistere credidimus.

Omnem trium testium depositiones de directo, & apertissime contrarias eius, ex quo, ut supra motus fuit Magistratus ad dictam eiectionem, & geminatum per Decretum, quandoquidem 8 pro Magistratu stat omnis præsumptio iustitia comite decrevisse ad *Text. in Leg. 2. Cod. de offic. civil. iud.* & passim circumlata per scribentes circa Iudices, & eorum sententias de quibus præceteris *Ciryac. contr.* 81. *n.* 29. 162. *n.* 23. 186. *n.* 7. & habetur ex late cumulatis *per Menoch. de præsum. lib.* 2. *præs.* 67. 9 quo fit istas depositiones nil facescere dicendum, ac etiam quia per fidem & insimul ex cumulatis *per Far. qu.* 80. *n.* 27. & *seqq. & cons.* 5. *n.* 59. & ubi quoque potuisset concursus dari, quod semper in dubium revocavimus inter istas probationes, quid hesitandum ex resultante a decretis aliam ex fidibus prosterni, quia sicuti contra has stat omnis inverisimilitudo, ita e 10 contra verisimilitudo pro decretis ad late tradita per eumdem *qu.* 62. *n.* 320. 65. *n.* 128. & *n.* 144. 147. Atque isthæc ex Anastasiæ qualitatibus non sub nube depromatur, regulariter enim huiusmodi mulierculæ inhonestam vitam agentes, ut faciebat Anastasia, nec fuit unquam coram nobis in quæstionem vocatum licet nonnisi 18. Octobris 1665. descripta in Libro Officii honestatis extiterit, sunt mali exempli, & mandati valentque bonos mores corrumpere. Idque propterea regulariter haud patitur illas manere honestis in viciniis *Ricciul. de person quæ in* 11 *stat. reprob. lib.* 2. *cap.* 21. *Ant. Gizarel. dec.* 54. *per tot. & ibi add.* & qui loquuntur etiam in nuptas, ac habentes eo loci etiam proprias domos, & hanc fore comunem sententiam legi- 12 tur penes *Ricc. in prax. var. resol.* 133. *n.* 12. Præterquamqnod nec deficere aliorum concursum duximus ad quampiam saltem simul fidem dictis testibus præbendam iuxta *Text. in L. 3. ff. de testib.* nec extra rem fore scripta per *Far qu.* 47. *n.* 192.

Secundo aliæ depositiones, quod secuta dicta eiectione de voluntate ipsius Anastasiæ illa fuit notificata Dom. Andreæ enim vero cum Dom. Andreæ ius consequendi integram pensionem esset acquisitum, nec amiserit ob eiectionem, inanis notificatio fuit, & quæ sane alterius extitisset effectus, ubi dicta culpa non præcessisset iuxta *Text. in Leg. item quæritur §. exercita & Leg.* 13 *habitatores in fin. 3. ff. locat.*

Tertio imo culpam fuisse in Dom. Andrea qui locavit d. Anastasiæ revera meretrici, & eo tempore, tametsi non publicæ atque ideo culpam fuisse in electione, nec posse se excusare sub igno-

ignorantiæ clypeo *iuxta Leg. qui cum alio 20. ubi Dec. & Cagnol. multifariam exemplificantes ff. de reg. iur.* atque ideo meretricem non teneri ad pensionem, nisi pro tempore, quo domum inhabitavit *sic in punct. Ricciul. d. cap.* 21. *Ricc. cit. res.* 133. *Baron. de cit. in add. ad quæst.* 181. *n.* 133. *Bellett. disquis. Clerical. p.* 1. *de favor. Cler. real.* §. 4. *n.* 6. *Add ad Gizzarell. decis.* 38. *n.* 3. *&* resolvit unus ex Auditoribus huius almæ *Rotæ* 23. *Iunii* 1633. quandoquidem loquuntur ubi Dominus locavit meretrici, & quia tamquam meretrix eiecta atque sicuti causa proxima & immediata meretricium extiterit, atque ut supra monstravimus casu occurrenti non meretricium eiectionis causa fuit, nec ut ex praxi convincitur; istud dumtaxat per officium attenditur dum in Civitate, postribulo non existente, palam d. meretricibus sparsim, & conplurimis in locis habitare permissum fore, sed bene alia causa, atque eodem medio tolli quidquid in eis etiam dicitur, facti Principis, & casus hinc fortuiti, quod nec nos imus inficias, culpa non præcedente, seu ad casum non ordinata, quia alias in quæstionem revocari minime valet, quin culposus teneatur iuxta supra per nos cumulata, & quibus addere lubet ad satietatem scripta *per Sebast Medic. de cas. fortuit. præsertim p.* 1. *qu.* 10. 12. *cum seqq. & penult. & p.* 2. *qu.* 10. *Far. cons.* 144. *n.* 13. *& qu.* 126. *p.* 2.

14 15 16 17

Condemnavimus eamdem in expensis tum quia ulla sine iuridica ratione solvere tenuit *vulgata Leg. properandum §. sin autem alterutra ubi omnes DD. Cod. de iudic.* tum etiam quia succubuerat etiam in primo iudicio *Asin. in prax.* §. 32. *cap.* 2. *ampl.* 6. *n.* 1. *&* 3.

18

Et ita utraque Parte informante fuit resolutum &c.

Petrus Matthæus Tirannus Rotæ Auditor.

DECISIO X.

LIBURNEN. CAMBII MARITIMI

Die . . . Iulii 1666. *cor. Aud.* BARTHOLOMEO CORDELLA.
Ex lib. motiv. 126. *a* 270.

ARGUMENTUM.

Contractus Cambii Maritimi redditur invalidus si deficiat risicum super quo Cambium consistat, ideoque recipiens ad cambium tenetur Domino pecuniæ sortem restituere, addito interesse

se lucri cessantis, quod interesse quomodo probetur, & qua ratione taxetur ex hac Decisione patet.

SUMMARIUM.

1 *Reus absolvitur, quando Actor suam intentionem non probavit; secus vero in casu contrario.*
2 *Nemo locupletari debet cum aliena iactura.*
3 *Non est in iure novum, quod unus contractus habeat speciem duorum.*
4 *Una parte contractus corruente, corruit totus contractus.*
5 *Assecuratio sine periculo non consistit.*
6 *Ex productione scripturæ resultat probatio, & confessio omnium in ea contentorum.*
7 *Assecurator non potest refricare quæstionem dominii adversus assecuratum.*
8 *Assecuratio admixta cum cambio, in quo differat ab assecuratione pura.*
9 *Exceptiones, quæ in iudiciis summariis reiiciuntur, possunt per viam actionis, proponi in iudiciis ordinariis, & n. 15.*
10 *Agenti ex contractu non potest opponi exceptio dominii.*
11 *Declara, & limita, si exceptio dominii contractum perimit.*
12 *Ex generali Lege maritima sancitur, quod contra Assecuratores agatur via executiva.*
13 *In iudiciis executivis non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
14 *Exceptio dominii dicitur requirere altiorem indaginem.*
16 *Assecuratio rei alienæ valet.*
17 *Declara si Assecurator sciat rem esse alienam, secus si ignoret.*
18 *Ignorantia semper præsumitur non docto de scientia.*
19 *Unusquisque præsumitur contrahere nomine proprio non alieno.*
26 *Et propria non aliena negotia curare.*
21 *Emptio, & venditio, corruit ubi Emptor de una re, intelligit Venditor de alia.*
22 *Assecuratio reducitur ad contractum emptionis, & venditionis.*
23 *Argumentum ab emptione, & venditione ad assecurationem est in iure validum.*
24 *Verba* abbiamo caricato a conto nostro *arguunt, & probant societatem.*
25 *Confessio resultans ex productione scripturarum fit irrevocabilis, si ab adversario iudicialiter acceptetur.*
26 *Partis confessio superat omne genus probationum.*
27 *Contra occultantes scripturas stat præsumptio, quod non faciant*

ciant pro eo, & contra ipsum habentur pro perfectis probationibus.

28 *Signum appositum in sarcinis non probat mercium dominium, ubi de veritate in contrarium constat.*

29 *Eventualis conditio est causa sufficiens pro validitate contractus sponsionis.*

30 *Quae requirantur in Contractu Cambii maritimi.*

31 *De consuetudine notoria potest Iudex se extraiudicialiter informare.*

32 *Debitor morosus tenetur ad interesse lucri cessantis Mercatori negotiari solito.*

33 *Quod interesse durat usque ad tempus solutionis, & eatenus currit, quatenus durat mora.*

34 *Condemnatio ad interesse lucri cessantis non datur nisi probentur requisita Castrensis.*

35 *Interesse lucri cessantis quomodo probetur.*

36 *Mercatores non solent habere pecunias otiosas.*

37 *Non est necesse probare requisita Castrensis in loco in quo prompta adest occasio implicandi pecunias ad cambium.*

38 *Iudex potest etiam non plene probato interesse illud taxare, & ad condemnationem devenire.*

39 *Inter Mercatores interesse solet excedere sex pro centenario.*

40 *Interesse lucri cessantis solet taxari modo ad rationem septem modo ad rationem septem cum dimidio.*

41 *Iudex in taxando interesse lucri cessantis solet diminuere aliquid ex eo quod verosimiliter Creditor poterat lucrari.*

SEntentia Dom. Consulum Civitatis Pisarum lata inter Partes in gradu revisionis, nobis visa est iniusta, & propterea retulimus eisdem Dom. Consulibus esse revocandam, & condemnandum Dom. Mattheum Attigiam reum conventum ad restituendum petias 1660. ¼ D. Eliae Iosephi, dempto tamen interesse cambii, calculato in dicta summa, nec non etiam ad restituendum interesse d. capitalis ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno, calculando a die motae litis in primo iudicio usque ad effectivam restitutionem dicti Capitalis, & prout latius in nostro Voto transmisso ad dd. Dom. Consules, ad quem relatio habeatur.

Ratio decisionis fuit, quia dictus Elias actor concludenter probaverat suam intentionem, propterea Reus debebat condemnari, non autem absolvi, quia Reus absolvitur, quando Actor

 suam

1 suam intentionem non probavit, *Leg. Ei incumbit ff de probat. Leg. Actor Cod eod. tit.* late *Pacian. de probat. lib* 1. *cap.* 6. 7. secus autem quando Actor suam intentionem concludenter probavit *Fontanell. dec.* 401. *n.* 26.

Intentio autem Actoris erat consequendi restitutionem pecuniarum datarum ad cambium dicto Mattheo, eo quia Contractus Cambii reddebatur nullus, & invalidus, & propterea Mat-
2 theus debebat restituere pecuniam receptam ad cambium a dict. Elia propter naturalem æquitatem, quod nemo locupletari debet cum aliena iactura, *Leg. iure naturæ ff. de reg. iur. & regula locupletari de reg. iur. in* 6.

Constabat autem de nullitate dicti Contractus ex eo quod non fuit simpliciter celebratum cambium, sed conventio habebat admixtum Contractum Assecurationis, non est enim in iure novum, quod unus contractus habeat speciem duorum, *Cuiac.*
3 *in Leg. si gratuitam ff. de præscript. Leotard. de usur. qu.* 23. *n.* 54. Verum quia respectu Assecurationis Contractus non poterat subsistere, ideo reddebatur invalidus in totum, corruente enim
4 una parte Contractus, ratione individuitatis corruit totus Contractus. *Buratt. dec.* 699. *n.* 13.

Quod autem prædictus Contractus respectu assecurationis esset invalidus deducebatur ex eo, quod Mattheus in Navi Re Salomone, super qua acceperat cambium cum interesse, nullas habebat merces oneratas, & propterea nullum poterat subire periculum; sine quo non datur assecuratio, quæ dicitur reduci ad Contractum emptionis, & venditionis, eo quia per eam certo pretio venditur susceptio periculi, seu obligatio restituendi æstimationem rei si pereat Assecurato, non existentibus autem mercibus spectantibus ad Assecuratum, non existit periculm, & pro-
5 pterea, neque consistit assecuratio, sicuti non consistit emptio, & venditio sine re quæ veneat *Leg. nec emptio, & Leg. in Lege ff. de contrahend. empt. Leg.* 1. *& Leg.* 7. *ff. de hæredit. & act. vend. Stracc. de assecurat. gloss.* 6. *n.* 6. *Scacc. de commerc. & camb.* §. 1. *qu.* 7. *par.* 2. *ampl.* 10. *n.* 21. *Rot. Ianuen. dec.* 3. *n.* 28. *Valasc. cons.* 64. *n.* 5. *Gam. dec.* 181. *n.* 2. *Molin. de contract. tom.* 2. *disput.* 507. *n.* 5.

Non poterat vero tergiversari, quod dictus Mattheus non haberet merces in dict. Navi Re Salomone, quia probabatur per pubblicas scripturas, in quibus Gregorius Marchedich Mercator Armenus in Portu Smirnæ degens, fatebatur merces existentes in dicta Navi Re Salomone, fuisse oneratas ab eodem
6 Gregorio ad eius proprium computum, prædictæ autem scripturæ fuerunt productæ per dict. Mattheum in hoc iudicio, ex qua pro-

productione resultat probatio, & confessio omnium contentorum in dict. scripturis, *Dec. & alii in cap. cum venerabilis de exception. Abb. cons. 52. in 2. dub. lib. 2. Ruin. cons. 141. num. 13. in fin. & num. 14. Cravett. cons. 77. num. 8. Surd. cons. 151. num. 16. Gregor. XV. decis. 238. num. 5. ubi late Adden. num. 15.*

Non visa sunt relevantia ea, quæ pro parte dicti Matthei proponebantur adversus Actorem, & primo, quod Elias, qui vicem Assecuratoris substinebat, non poterat dicere merces existentes in dicta Navi Re Salomone non spectare ad d. Mattheum assecuratum, eo quia Assecurator non potest refricare quæstionem dominii adversus Assecuratum, *Santern. de assecurat. par. 4. n. 47. Rot. Ianuen. dec. 5. n. 11. Thesaur. quæst. forens. lib. 4. qu. 77. n. 9.* & dixit etiam *Rot. nostr. lib. mot. 118. a 304.* qui omnes fundantur in doctrina *Bart. & Bald. in Leg. commodare ff. commodat.* 7

Etenim pluribus modis respondebatur ad dictum obiectum, & primo nos non versari in pura, & absoluta assecuratione, in quibus terminis loquuntur DD. exadverso citati; sed in Contractu Cambii cum interesse super mercibus, quorum periculum sumit in se ille, qui dat pecuniam ad cambium, & propterea huiusmodi assecuratio admixta cum cambio, prout illa, quæ est admixta cum mutuo, de qua in *Leg. 1. ff. de nautic. fœn.* valde differt a pura, & absoluta assecuratione, & præcipue in eo, quod Assecuratus in pura, & absoluta assecuratione eveniente casu sinistro ad consequendum precium rerum assecuratarum ab Assecurante in iudicio substinet partes Actoris, Assecurator vero partes Rei, quod non accidit in assecuratione admixta cum contractu mutui, seu cambii, quia per dictum contractum assecuratus anticipate consequitur pretium rerum assecuratarum, & propterea eveniente casu sinistro, non habet opus instituere iudicium, & substinere partes Actoris pro consecutione æstimationis rerum assecuratarum; ideoque in isto casu non potest applicari dicta conclusio, quod Assecurator non possit adversus Assecuratum opponere exceptionem dominii, & multo minus est applicabilis dicta conclusio in terminis nostris, quia Elias assecurator est actor in hoc iudicio, & petit ab Assecurato restitutionem pecuniarum datarum ad cambium. 8

Neque dicatur, quod sicuti per viam exceptionis non poterat dictus Elias refricare quæstionem dominii adversus Assecuratum, ita neque poterit per viam actionis, quia non valet illatio, & in iure contrarium est verum, nam supposita pro vera conclusione, & doctrina *Bart.* quod agenti ex aliquo contractu,

non possit opponi per Reum, qui cum Actore contraxit, exceptio dominii, attamen quando contractus sortitus est effectum suum, ut quia Actor consecutus est, quidquid ex illo contractu postulabat, non prohibetur postea Reus in alio iudicio per viam exceptionis non erat ei permissum deducere, exempla sunt in iure notissima, ut exceptiones, quæ reiiciuntur in iudiciis summariis, & executivis semper intelliguntur reservatæ, ut possint proponi per viam actionis in iudiciis plenariis, & ordinariis, *Bart. in Leg.* 1. *n.* 12. *& seqq. Cod. quando provoc. non est necess. Alex. in Leg. Divo Pio §. si super rebus ff. de indic. Barz. dec.* 82. *n.* 24 *& dec.* 149. *n.* 6. *Castr. cons.* 91. *num* 8. *post princ. lib.* 1. *Honded. cons.* 29 *n.* 39. *lib.* 2. *Fontanell. decis.* 132. *num.* 5. non debet igitur dictus Elias prohiberi proponere per viam actionis invaliditatem dictæ assecurationis fundatam in eo, quod Mattheus assecuratus non esset Dominus, cum in hoc iudicio partes Actoris substinebat, ut dictum est.

9

Secundo loco pro responsione ad dictam doctrinam *Santern.* & sequacium respondebatur, esse quidem verum, quod Assecurator conventus pro solutione estimationis rerum assecuratarum non potest excipere de dominio dictarum rerum adversus Assecuratum, sed non esse verum, quod ratio dictæ conclusionis sit, quia agenti ex contractu, non potest opponi exceptio dominii per d. doctrinam *Bart. & Bald. in d. Leg. commodare*, nam hec *Bart.* doctrina non habet locum, dummodo exceptio dominii perimit ipsum contractum, illudque reddit invalidum, ita declarat idem *Bart. in d. Leg. commodare n.* 2. *vers. secus si dominium*, & latius in *L. si alienam n.* 1. *vers. primo casu subdistingue*, sequitur ibi *Alex. n.* 4. *ff. solut. matrim.* & propterea cum in casu nostro exceptio dominii perimat Contractus Assecurationis, qui defectus dominii in Assecurato facit abesse periculum, sine quo non datur assecuratio, ut fuse supra explicavimus, & propterea non potest esse vera illa ratio, nempe quod ideo Assecurator non potest opponere exceptionem dominii adversus Assecuratum, quia per Reum non potest opponi exceptio dominii contra Actorem agentem ex contractu.

10

11

Vera ratio potest esse, quia ex generali Lege maritima sancitur, quod contra Assecuratores agatur via executiva, *Rota Ian. decis.* 3. *Rocc. de assecurat. notab.* 100 *n.* 393. in executivis autem non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, *Bart. in Leg.* 4. *§. condemnatum ff. de re iudic. Canar. de execut. instrum. qu.* 5. *n.* 15. *& qu.* 11. *n.* 22. *Carleval. de iudic. tit.* 3. *disput.* 16. *n.* 2. *tom.* 2. *Rot. dec.* 105. *n.* 6. *post Zacch. de oblig. camer.* & ideo per Assecuratorem, non potest op-

12

13

opponi adversus Assecuratum exceptio dominii, quia dicitur requirere altiorem indaginem, *Rot. dec. 52. n. 7. post Statill. de Salvian. interdict.* 14

Verumtamen stante prædicta ratione adhuc Elias poterat proponere, quod Mattheus non erat dominus mercium assecuratarum, quia versabatur in iudicio ordinario, & substinebat partes Actoris, unde ei favebat conclusio supra firmata, quod exceptiones, quæ reiiciuntur in iudicio executivo, & summario tamquam non admissibiles, semper salvæ remanent in iudicio ordinario, proponendo per viam actionis ex *Castr. & Onded. & Gratian. sup. alleg.* 15

Minus obstat, quod etiam si merces oneratæ super Navi Re Salomone essent d. Gregorii Marchedich, attamen assecuratio contracta inter Mattheum, & Eliam, super dict. mercibus, non poterat reddi invalida, cum rei alienæ assecuratio etiam valeat, *Thesaur. qu. for. lib. 4. qu. 77. n 7. cum duob. seqq.* quia fuit responsum prædictam conclusionem esse veram dummodo Assecurator scit assecurari rem alienam, secus vero quando ignorat, & idem *Thes. loc. cit.* supponit scientiam, ut colligitur in illis verbis „ non video quare etiam assecuratio inter scientes fieri possit „ in casu autem nostro, non constat Eliam scivisse per Mattheum assecurari merces d. Gregorii, imo præsumptive constat de ignorantia, quæ non docto de scientia semper præsumitur *L. verus ff. de probat. Gabriell. late de reg. iur. concl. 5. n. 1. Rot. decis. 4. n. 8. par. 9. rec.* non obstante igitur doctrina Thesauri, contractus prædictus adhuc corruit, cur vero non valeat assecuratio, dum Assecurator ignorat assecurari rem alienam, est quia intentio Assecuratoris semper est assecurare rem illius, cum quo contrahit, quia semper credit Assecuratum velle assecurare rem propriam, non alienam, propter illam iuris præsumptionem, quod unusquisque præsumitur contrahere nomine proprio, non alieno, *Leg. Titium, & Mevium §. perfectus C. commun. utriusque iudic.* prout præsumitur unusquisque curare propria negocia, & propria bona non aliena, *cap. qui vult. de pœn. distinct. 3. C. quæ servandarum ff. de præscript. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 52.* ex quo sequitur, quod consensus Assecuratoris sit circa res Assecurati, consensus vero Assecurati, sit circa res alienas, unde cum utriusque consensus non sit circa eamdem rem, contractus deficit in substantialibus, prout deficit in substantialibus emptio, & venditio, dum Emptor intelligit emere fundum Tusculanum, Venditor vero vendere intelligit fundum Seianum *Leg. in venditionibus ff. de contrahend. empt. Pac. de* 16 17 18 19 20 21

empt. & vend. cap. 11. *axiom.* 223. Assecuratio enim reducitur
22 ad contractum emptionis, & venditionis secundum magis receptam sententiam, de qua testantur *Rocc. de assecur. notab.* 3. *n.* 7. & propterea valet argumentum ab emptione, & venditione
23 ad assecurationem.

Minus potuit suffragari d. Mattheo ad substinendum prædictum contractum cambii cum assecuratione admixtum, quod satis superque docuerit de eius interesse in mercibus oneratis super Navi Re Salomone eo ipso, quod constat ex depositione tot Testium esse contractam Societatem inter dictum Mattheum, & Gregorium Marchedich, & quod merces oneratæ in d. Navi spectent ad d. Societatem, ut apparet ex signo Societais, quo fuerunt assignatæ Sarcinæ mercium controversarum, atque etiam ex quibusdam epistolis transmissis a dicto Gregorio ad Mattheum, in quibus dictus Gregorius verba faciens de mercibus oneratis, illas appellat nostras, & in epistola vulgo dicta *fattura di Mercanti*, habentur illa verba *abbiamo caricato per conto*
24 *nostro*, similia enim verba arguunt, atque probant Societatem. *Abb. cons.* 84. *Rocc. tit. de societ. notab.* 95. *n.* 203.

Etenim fuit responsum, quod omisso inquirere, an vere sit probata Societas inter dictum Mattheum, & Gregorium, probationes deductæ ad demonstrandum, quod merces oneratæ super Navi Re Salomone spectent ad Societatem, sunt minus concludentes, & subvertuntur a probationibus contrariis validioribus; fuit enim in principio huius motivi dictum, quod Gregorius iudicialiter coram Consule Gallicæ Nationis in Portu Smirnæ degentis institit pro recognitione duarum litterarum caricamenti mercium controversarum, & asseruit in comparitione facta coram Domino Consule, onerationem dd. mercium fuisse ad eius proprium computum, & iterum, hoc idem asseruit in mandato facto per dictum Gregorium in persona dicti Matthæi ad agendum contra Assecuratores pro recuperatione valoris mercium controversarum, & ulterius in eodem mandato dictus Gregorius se obligavit conservare indemnem d. Mattheum, eique reficere omnes expensas faciendas in executione dicti mandati, quas scripturas in authenticam, & publicam formam dictus Mattheus in hoc iudicio produxit, ex quo sequitur ratificasse omnia contenta in dd. scripturis per iura supracitata, & ratificationem, & confessionem Matthei resultantem ex pro-
25 ductione dd. scripturarum acceptavit iudicialiter d. Elias, unde facta erat irrevocabilis *Franc. dec.* 50. *n.* 8. *Rocc. resp.* 50. *n.* 11. *centur.* 2. prædicta igitur confessio Gregorii, & Matthei, quod Sarcinæ filii Capræ oneratæ super Navi Re Salomone fuerint ad

pro-

proprium computum Gregorii, non solum probat concludentissime intentionem Eliæ, nempe quod in dd. Sarcinis filii Capræ Mattheus nullum habuerit interesse, sed ulterius prosternit, & superat contrarias probationes supra deductas ad favorem Matthei, quia confessio Partis superat omne genus probationis *Leg. cum te Cod. de transact. Verall. dec.* 107. *p.* 3. *Merlin. dec.* 151. *num.* 2. *Buratt. dec.* 378. *n.* 3. *& dec.* 147. *n.* 10. & prævalet mille testibus contrarium deponentibus *Cravett. cons.* 61. *n.* 3. *Buratt. dec.* 317. *n.* 8. *Duran. dec.* 214. *n.* 4. 26

Prædictæ confessioni ad favorem Eliæ accedit, quod Gregorius fuit per Decretum DD. Consulum condemnatus ad exhibendum literas caricamenti, seu onerarias illarum mercium ei a Gregorio transmissas super Navi Re Salomone exoneratarum Liburni, cui Decreto nunquam obtemperavit d. Mattheus, ex qua contumacia oritur mala præsumptio contra dictum Mattheum, non solum quod dd. litteræ faciant contra se, sed etiam quod in eis adsit mera veritas de eo quod quæritur & habeantur contra d. Mattheum pro perfectis, & sufficientibus probationibus ad tradita per DD. *in Leg. hæredes §. fin ff. ad Leg falcid. Seraphin. dec.* 1139. *n.* 7. *Rot. decis.* 410. *n.* 24 *p.* 9. *tom* 2. *rec.* 27

Eoque magis ex prædictis probationibus Eliæ subvertuntur probationes inductæ per Matthæum, quia non sunt perfectæ, sunt æquivocæ, & non attingunt aliquod probationis genus, illa enim fundata super signo apposito in Sarcinis nihil relevat, quando, prout in casu nostro constat de veritate in contrarium *Stracc. de mercat. p.* 2. *n.* 80. *& seqq.* sed præcipue *n* 85. Epistola vero facturæ mercium fuit scripta die 15. Iunii 1660. & sic tribus annis ante caricationem factam super Navi Re Salomone, ulterius non concordat in numero Sarcinarum filii Capræ cum litteris onerariis: asseritur enim in dicta epistola facturæ, esse sarcinas 40.: in literis vero onerariis sarcinas 20. ulterius poscripta in calce d. epistolæ facturæ est sub data diei 22. Iunii 1663. & sic annis tribus postea quam fuit scripta epistola facturæ, ex quibus contrarietatibus, censuerunt Domini nullam adhibendam esse fidem prædictæ epistolæ, prout nulla poterat deduci concludens probatio ex aliis epistolis missis pariter a d. Gregorio ad Matheum sub datis diei 15. Iunii 1663. & diei 16. Octobris eiusdem anni, sunt enim scripta iuxta stylum Armenum, absque bona constructione, quarum sensus lectis, & perlectis non erat possibile bene percipere, neque poterat fieri aliquod fundamentum, super illo loquendi modo nostræ mercantiæ, quia fuit consideratum esse potius quidam stylus scribendi in Lingua Armena, quam quod intentio fuerit indicandi merces spectare ad Soci- 28

cie-

cietatem, eo quia etiam in iis quæ nullo modo possunt spectare ad Societatem reperitur scriptum in persona prima, *Noi*, prout ibi = Se voi domandate a noi, laudiamo Dio Nostro Signore. =

Demum non videbatur subsistere id, quod per Informantes ad favorem d. Matthei asserebatur, nempe quod contractus, de quo erat controversia, non esset cambii maritimi admixti cum assecuratione, sed esse simplicis sponsionis, cum fuerit conceptus simpliciter sub eventu illius conditionis, si Navis Re Salomone salva pervenerit Absterdanium, & propterea non requiri ex parte Matthei ut haberet merces, vel aliquod interesse in mercibus oneratis in d. Navi, quia huiusmodi Contractus metitur solum ab incertitudine eventus conditionis, quæ conditio est causa sufficiens pro validitate illius, ut omissis aliis advertit *Thesaur. quæst.* 77. *n.* 14.

29

Fuit enim responsum Apocam cambii celebratam inter dd. Partes importare Contractum cambii maritimi, qui Contractus de consuetudine mercatorum requirit, ut is, qui ad cambium accipit super aliqua Navi ex. gr. debeat habere merces in d. Navi, vel saltem aliquod interesse super eisdem mercibus, sine quibus requisitis non daretur risicum, & per consequens non sustineretur Contractus prædictus, & hanc esse consuetudinem, & stylum mercatorum in celebrandis prædictis Contractibus Cambii maritimi Liburni fuerunt attestati nobis plures Mercatores, de qua consuetudine, uti de re notoria potuimus nos in camera informare ad trad. *per Rocc. de assecurat. notab.* 68. *cum aliis ibi alleg.*

30

31

Condemnavimus vero d. Mattheum ad restituendum d. Eliæ Petias 1660. ⅟ dempto interesse cambii calculato in prædicta summa, æquitas enim non suadebat, ut reddito nullo Contractu d. Cambii ob defectum materiæ, nempe periculi, ut supra late probatum est, dans ad cambium posset consequi pretium eiusdem periculi, quod non aderat. Condemnavimus tamen eumdem Mattheum ad restituendum interesse d. capitalis ad rationem quinque pro centenario, & anno calculando a die motæ litis usque ad effectivam solutionem eiusdem capitalis, quia debitor morosus tenetur ad interesse lucri cessantis mercatori solito negociari & implicare suas pecunias ad honestum lucrum per *Text. in L.* 3. §. *fin. ff de eo quod cert. loc in Leg. socium qui pro eo ff. pro soc. in Leg. at qui natura* §. *Non tantum ff. de negot. gest. in L. si commissa ff. rem rat. hab. Mascard. de probat. conclus.* 933. *n.* 1. *cum aliis ab eo alleg. Castill. contr. iur. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 35. Quod interesse durat usque ad tempus solutionis, & eatenus currit quatenus durat mora *Bart. Bald. & alii in Leg. unic. Cod. de sent. quæ pro eo &c. & in Leg. insula ff. de verb. oblig. Villagro de usur. quæst.* 18. *conclus.* 5. *num.* 34. *in princ. Surd. dec.* 262.

32

33

262. *num.* 7. *Rot. dec.* 3. *n.* 12. *penes Merlin. de pignor. & hypothec.*

Et quamquam ad condemnationem d. interesse lucri cessantis oportet articulare, & probare requisita tradita *per Castr. in d. Leg* 3. §. *ult ff. de eo quod cert. loc.* cuius opinionem sequuntur DD. citati *per Gabriell. de solut. conclus.* 10. *n.* 3. *vers. contrarium quod imo, & per Lup. de usur. ad Leg curabit Cod. de act. empt. comment.* 1. §. 6 *n.* 118. *vers. quin imo tradunt alii, & recentiores refert Castill. d. cap.* 1. *n.* 48. alii vero admiserint faciliorem modum probandi d. interesse traditum pariter per *Castr. in Leg.* 1. *sub n.* 15. *Cod. de summ. Trinit. & fid. Catholic. & in Leg. continuus* §. *Cum ita ff. de verb. oblig.* cuius opinionis sectatores referunt *Lup. loc. cit. vers. alii vero Giovagnon. cons.* 46. *n.* 5. *lib.* 1. & eamdem opinionem tenuit *Rot. nostr.* ut post *Tusch. testatur Ridolphin. in prax. p.* 1. *cap.* 9. *n.* 270. & plura eiusdem Rotæ motiva, refert eadem *Rota nostra in Pisana pecuniaria* 9. *Decembris* 1660. inter DD. Da Scorno, & fratres de Ceulis, attamen Domini voluerunt sequi illorum opinionem, qui mediam viam eligentes, tradiderunt non posse dari certam regulam, & doctrinam circa probationem interesse lucri cessantis, sed ex varietate, & circumstantiis negociorum, & ex qualitate personarum, & locorum, res sit diiudicanda, & totum esse repositum in discreti, & boni Iudicis arbitrio, qui re mature, & diligenter inspecta iudicet, an interesse probatum sit, nec ne, Quam opinionem vidimus frequentiori DD. calculo receptam. pro qua est *Text. in d. Leg.* 3. §. *ult. ubi Ias. n.* 6. *Bart. in L.* 1. *Cod de col. ill. lib.* 4. *Aretin. in Leg. divortio* §. *si menses ff. solut. matrim. Menoch. de arbitrar. cas.* 119. *in fin. lib.* 2. *Natt. cons.* 370. *in fin. Baratt. cons.* 68. *n.* 3. *Mascard. de probat. d. conclus.* 933. *n.* 22. *Castill. d. cap.* 1. *n.* 48. *ver. ego vero in præfata contrarietate Rot. Ian. dec.* 117. *n.* 4. *Lup. hispan. in cap. per vestros notab.* 6. *sub n.* 5. *Rimin. iun. cons.* 281. *n* 50. *Giovagnon d. cons.* 46. *n.* 9. & propterea nos devenimus ad condemnationem prædictam attentis quibusdam circumstantiis moventibus nostrum arbitrium. Et primo fuit habita in consideratione qualitas personæ creditoris nempe d. Eliæ, qui erat mercator Armenus ex remotissimis Regionibus Liburnum perventus negociandi gratia, & propterea erat in eo magis efficax præsumptio, quam in cœteris mercatoribus, nempe, quod non soleat habere pecunias otiosas *Mar. mut. decis. sicil.* 42. *num.* 30. *Fontanell. decis.* 91. *num.* 4. Secundo loco fuit habita in consideratione qualitas loci, ubi degebant debitor, & creditor, nempe Portus Liburni in Orbe celeberrimi, in quo affluunt

34

35

36

ad

quotidie occasiones implicandi pecunias ad cambium, & præcipue ad cambium maritimum, prout est notorium quo casu non est necesse probare requisita *Castrens. d. L.* 3. §. *fin.* ut infinitis comulatis probat *Altograd. cons.* 21. *num.* 58. *lib.* 1. Tertio loco fuit ponderatum, quod pecuniæ, quarum interesse deberi arbitrati sumus, non solum erant destinatæ negociationi cambii maritimi, sed erant ulterius actu implicatæ, & propter culpam debitoris, qui non habuit merces super navi, super qua contraxit cambium prædictum, unde contractus fuit annullatus. Quarto loco fuit habitum in consideratione, quod non versabamur in probatione interesse pecuniæ mutuatæ, & taxati ab initio contractus, in quibus terminis magis rigorose procedendum est propter suspicionem usurarum, quæ sub velamine huiusmodi contractum obsequntur.

37

Ex prædictis omnibus igitur arbitrati sumus prædictum interesse deberi, quia tantum tribuitur Iudicis arbitrio in hac materia, ut etiam non plene probato interesse, posset illud taxare, & ad condemnationem devenire *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 45. *n.* 46. *Gam. dec.* 110. *n.* 4. *Petr. Ioan. Ancharan quæst.* 33. *num.* 16. *Mart. Med. decis. sen.* 14. *num.* 27. *Giovagnon. d. cons.* 46. *num.* 9. *vers.* ubi redarguit Iudices, & bis hanc opinionem canonizavit *Rot. nostr. apud Magon. dec. flor.* 32. *n.* 8. *& decis.* 103. *n.* 10.

38

Taxavimus vero dictum interesse ad rationem quinque pro centenario, & anno, tum quia in mercatoribus lucrum non poterat esse adeo tenue, & exiguum, ut non excedat sex pro centenario, ut dixerunt *Surd. cons.* 327. *num.* 55. *in fin. lib.* 3. *Gratian. discept. forens.* 387. *num.* 26. ubi alios allegat, tum quia videmus per varia statuta, & Tribunalium Decisiones huiusmodi interesse taxari, modo ad rationem septem, modo ad rationem septem cum dimidio, ut videre est penes *Mart. Med. d. decis.* 14. *num.* 35. tum demum, quia interesse cambii maritimi est ad minus ad rationem duodecim pro quolibet centenario, & quamquam huiusmodi lucrum sit expositum eventui fortunæ, & propterea valde incertum, attamen potest reddi certum, & poni in tuto mediante assecuratione, ut passim fit Liburni, & alibi, pro qua assecuratione solet impendi quinque, vel sex pro centenario, unde pro eo, qui dat ad cambium restat lucrum certum sex pro centenario, igitur potuimus nos capere prædictum arbitrium taxando d. interesse ad rationem quinque, & sic diminuendo aliquid de eo, quod verisimiliter d. Elias poterat lucrari cum dd. pecuniis ei debitis a Mattheo, eo quia Iudex in huiusmodi arbitrio exercendo

39

40

sem-

semper aliquid diminuit de eo, quod constat verisimiliter creditorem posse lucrari, ut tradunt *Rebuff. in d. Leg. unic. C. de sent. quae pro eo &c. Gam d. dec. 110. num. 14. Mart. med. d. dec. 14. n. 17. Castill. d. cap. 1. n. 53.* 41

Et ita &c.

Bartholomaeus Cordella Rot. Aud. & Rel.
Ioannes Argentus Rot. Aud.
Flaminius Burghesius Rot. Aud.

DECISIO XI.

ARETINA REINTEGRATIONIS.

8. *Febr.* 1667. *cor. Aud.* Petro Matthaeo Maggio.
Ex lib. mot. 126. *pag.* 538.

ARGUMENTUM.

IN Iudicio possessorio non conceditur retentio pro creditis turbidis, involutis, & altiorem indaginem requirentibus, prout ea sunt, quae in hac Decisione examinantur.

SUMMARIUM.

1 *Interdictum uti possidetis datur etiam pro ipsa re recuperanda.*
2 *Quando creditum est hypothecarium, ad hoc ut competat retentio sufficit nuda detentatio.*
3 *Pro credito dotis competit retentio.*
4 *In Iudicio possessorio non conceditur retentio, nisi pro creditis de quibus constat per confessionem Partis, vel per rem iudicatam,*
5 *Paternum officium est de proprio filiam dotare.*
6 *Dos praesumitur de bonis filiae constituta, etsi a patre promissa, si constat de illius inopia.*
7 *Distingue, ut ibi.*
8 *Argumentum ab exceptione ad regulam, & a contrario sensu validum est in contractibus.*
9 *Patris, & viri declaratio non officit iuribus mulieris.*
10 *Quod tamen declaratur.*
11 *Filia dotes maternas petens non dicitur contravvenire Patris voluntati, qui iussit eam debere esse contentam dote, & legatis in testamento eidem relictis.*

12 In-

12 *Intellige, ut ibi.*
13 *Mandatum Testatoris vim habet modi.*
14 *Legatarius nisi modum adimpleat legatum amittit.*
15 *Actio ad petendum usumfructum non oritur ante oblatam Prætoriam cautionem.*
16 *Et fructus interim ab herede percepti ipsi cedunt.*
17 *Attamen ad illos recuperandos sufficit quod ususfructus petitus fuerit.*
18 *Contra Decisum fuit a Rota Romana.*
19 *Fructus a possessore debentur a die in quo constituitur in mala fide.*
20 *Usufructuarius debet pati, ut æs alienum solvatur ex corporibus, unde percipere debet usumfructum.*
21 *Ad retentionem excludendam sufficit, quod creditum non sit certum in quantitate.*
22 *Credita turbida, & involuta non sunt apta ad reintegrationem impediendam.*

DOminis Fratribus de Iudicibus petentibus redintegrationem ad bona hæreditatis D. Equitis Hieronymi de Iudicibus eis debitæ per mortem Dominæ Annæ usufructuariæ, obiiciebant Domini Equites de Baccis filii Annæ ipsis competere ex capite dotium Dominæ Doralicis matris d. Annæ, ac ex aliis creditis retentionem *in prædictis* bonis; Proinde causa nobis ad referendum commissa ab Illustrissimo & Supremo Magistratu proposui dubium, an esset redintegratio petita concedenda, illoque exacte discusso, tandem die 8. Febr. affirmative respondimus, salvis tamen iuribus pro prætensis creditis DD. de Baccis in petitorio iudicio experiendis.

Cum etenim per mortem D. Annæ usufructuariæ ipso iure ususfructus cum proprietate fuerit consolidatus, utique Dominis de Iudicibus hæredibus proprietariis petita redintegratio ad naturalem possessionem denegari non poterat, tam virtute interdicti unde vi illis competentis ratione naturalis possessionis a Dominis de Baccis occupatæ, quam interdicti uti possidetis 1 eis debiti virtute civilis retentæ, quod ad removendum turbationes habet mixtam naturam possessionis, & in consequentiam datur etiam pro ipsa recuperanda, ut docet *Bald. in L. uti possidetis num.* 12. *& ibi Bart. n.* 4. *L. uti possidetis Castrens. in Leg. clam possidere §. qui ad nundinas num.* 7. *ff. de acquir.*

poss

possess. Rot. apud Posth. de manut. dec. 327. n. 13. & dec. 290. n. 1. part. 7. rec. Andreol. contr. 176. n. 1.

Nec redintegrationem vetant deducta credita DD. de Baccis, pro quibus ipsis competere retentionem contendebant, cum ad hunc effectum non sit necessaria possessio, sed nuda sufficiat detentatio, quando creditum est hypothecarium *Rot. coram Cavaler. decis. 446. num. 8. & decis. 292. num. 4. part. 10. rec.* prout est creditum dotis Doralicis, pro qua retentionem competere dixit *Surd. cons. 7. num. 25. Bellon. iun. cons. 3. num. 39. Merlin. dec. 645. in fin. & in terminis Coccin. dec. 67. n. 1.* qui loquitur in individuo hæredis matris, qui pro dote materna bonorum causa ususfructus a matre possessorum retentionem petit, fuit enim responsum prædicta posse procedere, in credito claro, & indubitabili, secus autem in turbido, & involuto, prout ad hunc effectum agnovimus esse deducta per Dominos de Baccis, quæ proinde si nunc admitterentur, vel privarentur Domini de Iudicibus debitis defensionibus vel retardaretur cursus intentati possessorii contra naturam causæ in qua ob id retentio concedi tantummodo potest pro creditis, de quibus constat per confessionem Partis, vel per rem iudicatam, cum idcirco ad eo liquida debeant esse, ut contrarium in petitorio probari non possit prout notant DD. in *L. unic. C. de compens. Surd. dec. 46. in fin. Gregor. dec. 254. n. 3. Rot. apud Merlin. de pign. dec. 96. n. 37. & apud Posth. de manut. dec. 323. n. 4.*

2

3

4

Quod enim adtinet ad creditum scutor. 1700. circiter dotis Dominæ Doralicis plura sunt, quæ indigere discussione animadvertimus, primum scilicet an fuerit nec ne comprehensum in dote per D. Equitem Hieronymum constituta D. Annæ eius filiæ in summa sc. 2500. quæ quidem, etsi de propriis bonis, non filiæ promissa intelligitur, dum paternum est officium de propriis bonis filias dotare ad *text. novissimum in L. ult. C. de dot. promiss.* est tamen cur dubitetur in factispecie propter prætensam summam inopiam patris dotantis, idoneas facultates solutionis d. dotis non habentem, dum tempore promissionis tantummodo in bonis sc. 1700. circiter habuisse contenditur, quo casu dotem, quamvis simpliciter a patre promissam adhuc debitoris filiæ constitutam placuit *Barbos. in L. 1. part. 4. num. 164. vers. alterius &c. Gabr. cons. 156. n. 20. 21. lib. 1. Gerispin. cons. 44. num. 4.* optime distinguentibus inter promissionem a patre factam de bonis propriis, & alteram factam de bonis propriis, & filiæ; Ut priori casu pater de proprio tantum dicatur dotem constituisse, si facultates idoneas

5

6

7 solutioni habuerit, licet dotem excessivam, & maiorem quam congruerit, & promiserit, secus vero si nec tantum habebat in bonis. In secundo autem casu ubicumque dotem excessivam dedit, bona filiæ inclusisse præsumitur.

Addebant prædictis DD. de Iudicibus, quod non versamur in promissione effuso sermone a patre facta de his tantum bonis iuxta *text. d. Leg. fin.* sed in promissione restricta ex illis verbis „ non comprendendo in detta somma le ragioni „ della Sig Lucia Guazzetti sua ava materna quali detto Gi„ rolamo gliene rilasciò intatte &c. „ Ex qua quidem exclusione dotium aviæ maternæ inferebant dotes matris inclusas, 8 argumento ab exceptione ad regulam, & a contrario sensu satis valido in contractibus, maxime ubi exceptio esset superflua, & agitur de re simili, prout satis ad rem dicebat *Ruin. cons.* 200. *num.* 4. *lib.* 1. & confert *Duran. dec.* 399. *num.* 12. Cumque, ut aiebant, satis ex præcitato modo loquendi dubium oriri possit, an Hieronymus intellexerit comprehendere dotes maternas ad explicandam non clare expressam patris dotantis voluntatem afferebant Domini Fratres de Iudicibus, declarationem a d. D. Equite Hieronymo patre, ac ab ipso Domino Equite de Baccis factam in instrumento receptionis d. dotis, quod in ea computata fuerit dos Dominæ Doralicis matris Dominæ Annæ, quæ quidem patris, & viri declaratio, etsi mulieris non officeret, dum a principio clare pro9 missa extitisset de solis bonis paternis, ut loquitur *Ang. cons.* 209. cum nec pater, nec maritus ex post possint præiudicare iuribus quæsitis filiæ, sic cum dubitari contingit, an fuerit dos 10 materna computata, nec ne, optime inservire aiebant declarationem prædictam ad ostendendam voluntatem contrahentium illam computandi, ut declarato *cons Angel.* dixit *Cravett. cons.* 282. *n.* 6. *Surd. cons.* 192. *n.* 20. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 5. *n.* 15.

Alterum, ex quo existimavimus non liquere de supradicto credito dotis Dominæ Doralicis, deducitur ex præcepto paterno facto in testamenio a Domino Equite Hieronymo Annæ eius filiæ, quam in dotibus genero promissis instituit, & legato ususfructus suæ hæreditatis honoravit, mandans stare tacitam & contentam paternæ dispositioni, & proinde virtute tacitationis a patre illi factæ dubitari contingat, quod dotes consequi non valeat, dum usumfructum agnoverit, & percepit.

Et quamquam per Dominos de Baccis responsum fuerit, quod filia dotes maternas inquirens, voluntati testatoris contravenire non dicatur, cum id quod petit non sit ex ipsius bo-

bonis, & patrimonio, cuius respectu dumtaxat pater mandavit suæ acquiescere dispositioni *Sard. cons.* 112. *n.* 82. *Altogr. cons.* 68. *num.* 51. *Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 20. 21. *Seraphin. dec.* 458. *num.* 2. *&* 5. replicabant Domini de Iudicibus, quod dum pater filiam in dote instituit, intelligitur voluisse eo modo instituere eam, quo dos iuxta mentem, & voluntatem paternam fuerat ei constituta, & sic quod intelligerentur comprehensa bona materna, ut computasse ipsemet pater antecedenter declaravit in supradicto instrumento dotis solutæ celebrato ante testamentum, proinde si pater iussit filiam stare tacitam, & contentam suæ dispositioni dicendum est iussisse stare tacitam, & contentam, quod in dote in qua fuerat instituta computata esset dos materna; cui quidem interpetrationi adstipulari aiebant fideicommissum a testatore accurate ordinatum ad favorem agnationis in bonis, quæ in eius relinquebantur hæreditate ab ipso in testamento nominatim, descriptis, quod sane ut plurimum corrueret, dum filiæ in eis dotes maternas inquirere permitteretur, quare si testator præcepit filiæ stare tacitam, & contentam paternæ dispositioni, dubitari potest mandasse, ne dotes maternas exquireret, quæ maximam partem eius dispositionis everterent ad quod conferunt tradita a *Peregr. de fideic. art.* 35 *n.* 5. 11 12

Prædictis haud dissimilia per nos animadversa fuerunt contra alterum creditum fructuum spatio 12. annorum a Dominis Fratribus de Iudicibus, seu verius a Domino Angelo eorum authore perceptorum ex hæreditate Hieronymi, cuius ususfructus D. Annæ debebatur; Tum quia si prohibita Anna fuisset a patre dotes maternas petere, ut supra dubitatum fuit, sane quousque ipsa institit pro consecutione dotium maternarum contra patris præceptum, ususfructus illi non debebatur, qui relictus erat sub modo, cuius habet vim testatoris mandatum *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 9. & a legatario sub amissione legati venit adimplendus *Leg.* 1. *&* 2. *C. de his quæ sub mod.* Tum quia ante oblatam prætoriam cautionem, cum actio ad petendum usumfructum non oriatur *Leg. si ususfructus ff. de usufr.* fructus interim ab hærede percepti ipsi cedunt dum possidet iuxta distinctionem *Bart. in Leg. uxori num.* 1. *ff. de usufruct. legat.* quam sequuntur DD. communiter quos refert *Rot. apud Roxas dec.* 426. *&* 433. *&* *latius decis.* 258. *a num.* 1. *usq. ad num* 14. *part.* 7. *rec.* Et quamquam sufficere ad fructus recuperandos, quod ususfructus petitus fuerit diceretur pro parte Dominorum de Baccis iuxta doctrinam 13 14 15 16 17

Mantic. dec. 44. *num.* 4. approbatam in *Avenionen. usfusfructus* 29. *Aprilis* 1641. *cor. Ghisilerio*, omissa disputatione hac, iuxta ea, quæ dici possent ex posteriori Decisione emanata in d. *Avenionen. Usussfructus*, *quæ est decis.* 87. *tom.* 9. *rec.* Dubium oritur, an in factispecie sufficiens adfuerit petitio pro fructibus nunc repetendis, cum prima illa insistentia per D. Annam facta pro retentione bonorum virtute ususfructus illi a patre relicti in Iudicio coram illam moto per D. Angelum hæredem proprietarium vel satis sub involucro concepta fuerit, vel omnino defecerit virtute trium Sententiarum latarum pro immissione ad favorem dicti Angeli, ex quibus effectus possessor bonæ fidei nova requirebatur interpellatio, ut cognosceret, an D. Anna legatum ususfructus consequi intenderet & in mala fide constitueretur, a quo die evenirent fructus restituendi *Leg. bonæ fidei* §. *in contrarium ff. de acquir. rer. dom. Barbos. ad Leg. sicut* 3. *C. de præscript num.* 275. *Andreol. contr.* 258. *num.* 4. *& seqq. Rot. decis.* 2. *num.* 2. *& seq. part.* 11. *rec.*

18

19

Altiores inspectiones habet tertium creditum prætensum per DD. de Baccis ex capite fructuum nonnullorum censuum existentium tempore mortis d. D. Equitis Hieronymi in illius hæreditate, dum pro parte DD. de Iudicibus ostenduntur alienati census prædicti pro solutione æris alieni d. D. Hieronymi, & certum est quod usufructuarius debet pati, ut æs alienum solvatur de corporibus, unde percipere debet usumfructum, prout respondit *I. C. in L. fin. ff. de usufruct. leg. Mant. de coniect. lib.* 9. *tit.* 6. *n.* 12. *Castill. de usufruct. cap.* 59. *n.* 17. *Rot. dec* 37. *n.* 7. *part.* 11. *rec.*

20

Et demum scuta 100. per Angelum Dominæ Annæ legata reintegrationem impedire non valent, offerentibus Dominis de Iudicibus persolvere, quæ compensatis sibi debitis per dictos Dominos de Baccis occasione fructuum perceptorum, ad quorum restitutionem fuerunt condemnati per Sententias Fori Ecclesiastici debere facto calculo reperietur, cum sufficiat creditorem non esse certum in quantitate ad retentionem excludendam *Leg. constat de compensat. Rot. decis.* 434. *n.* 2. *part.* 2. *rec. & apud Merlin. de pign. dec.* 121. *n.* 16. *& decis.* 122. *n.* 18. *& seq.*

21

Cæterum nostræ intentionis non est firmare obiecta de super enunciata contra supradicta credita, agnovimus longiori discussione digna, sed tantummodo illa indicare & quibus reddebantur turbida & involuta, ac saltem ex iure dubio, & intri-

22

ca-

cato non apta redintegrationem impedire ad *Rot. dec.* 196. *n.* 3. *part.* 11. *rec.*

Ex quibus &c.

Flaminius Burghesius Rot. Aud.
Petrus Matthæus Magius Rot. Aud. Rel.
Bartholomæus Bononius uti Aud. Supr. Mag.

DECISIO XII.

LIBURNEN. SERICI

Die 8. *Iun.* 1667. *cor.* Tribus Rotæ Auditoribus
Ex. lib. mot. 126. *pag.* 528.

ARGUMENTUM.

MAndatarius qui mandati fines excessit, & formam etiam in modico non servavit nullam contra mandantem acquirit actionem, nec sub prætextu ratificationis excessus mandati deductæ ex receptione, & retentione Epistolæ per quam de excessu mandans docebatur, quia simplex Epistolæ huiusmodi receptio aliis destituta circumstantiis, nihil ad dictum effectum concludit.

SUMMARIUM.

1 *Mandatarius transgredi nequit fines mandati.*
2 *Mandatarius potest meliorem non deteriorem mandantis conditionem facere.*
3 *Qui ante tempus solvit plus solvit.*
4 *Paria sunt aliquid contra formam mandati facere, ac præter, aut ultra illud.*
5 *Mandatarius fines mandati excedens nequit agere actione mandati contra mandantem, sed isti potius datur actio adversus illum.*
6 *Tempus in mandato appositum formam induxisse censetur.*
7 *Tempus determinato modo prolatum, non recipit alterius temporis præfixionem.*
8 *Mandatarius tenetur implere mandatum cum omnibus suis qualitatibus.*
9 *Quod in mandato expressum est non debet omitti.*
10 *Mandatarius nequit aliquid addere, vel detrahere formæ mandati.*

11 *Stante transgressione mandati nihil actum fuisse censetur.*
12 *Epistolæ plene probant contra scribentem.*
13 *Receptio, & retentio litterarum per quas mandans docetur de excessu mandati ratificationem inducit.*
14 *Confessio a Procuratore emanata in Iudicio, præiudicat principali.*
15 *Præcipue si sit adminiculata.*
16 *Text. in Leg. si filiusfamilias ff. ad Maced. inducit ratificationem excessus mandati in patre sciente.*
17 *Et Cap. cum olim de offic. & pot. iud. ratificationem inducit in Domino de gestis per Procuratorem.*
18 *In Iudicio quasi contrahitur.*
19 *Limitatur conclusio de qua n. 13. nisi præter receptionem, & retentionem alia concurrant.*
20 *Taciturnitas, & patientia in præiudicialibus consensum non inducunt.*
21 *Quæ requirantur ad hoc ut ex retentione litterarum inducatur approbatio excessus mandati, & num. seqq.*
24 *In litteris* d' avviso *nullum fieri potest fundamentum.*
25 *Secus in litteris cambii, seu* di spaccio; *ex quarum retentione deducitur acceptatio.*
26 *Inter mercatores procedendum est sola facti veritate inspecta.*
27 *Ad effectum constituendi creditorem in mora, illi facienda est sui crediti oblatio.*
28 *Fides mercatoribus est observanda.*
26 *Ubi de credito constat non solum conceditur sequestrum, sed & illius confirmatio.*

PER duas Sententias conformes obtinuerunt David, & nepos de Tintoribus Hebrei degentes in Civitate Regii revocationem sequestri, quod apponi curavit per acta Curiæ Liburni D. Petrus de Robustellis mercator Gallus degens in dicta Civitate Liburni in pecuniis, & rebus existentibus penes DD. Ioannem Franciscum, & Horatium de Samminiatellis pariter mercatores Liburnenses & ad dd. Iudæos spectantes, prout etiam condemnari eumdem de Robustellis ad tenorem eorum reconventionis, ad recipiendum Ballas duas Serici nuncupatas Orsoi, quas transmiserunt dd. de Tintoribus dd. de Samminiatellis, ut infra dicemus, & successive condemnaverunt dictum de Robustellis ad solvendum post illius receptionem, modis, & conditionibus appositis in Sen-

Sententia lata in Curia Liburni, confirmata postea a Domino Iudice primar. Appellationum dictæ Curiæ aureos nuncupatos doppie 699. 17. 4. sed cum d. de Robustellis recursum habuerit ad S. C. S. pro habenda revisione a dd. duabus conformibus, obtinuit benigne rescribi suis precibus sub die 6. Decembris 1666. „ I tre Giudici delle seconde Appellazioni, sentite „ le ragioni delle Parti rivegghino questa Causa, & amministrino buona giustizia non ostante &c. „ Unde agitata Causa coram nobis, hodie censuimus Sententias DD. Iudicum a quibus, esse revocandas, & successive sequestrum factum a d. de Robustellis per acta Curiæ Liburni, fore, & esse confirmandum pro valore Ballæ Serici nuncupatæ Trame iuxta liquidationem faciendam de tempore permutationis illius, & prout in d. nostra Sententia &c.

Et resolutionis ratio fuit, quoniam cum particularis cognitio pro divisione negocii versaretur circa trasgressionem mandati iniuncti a dicto de Robustellis dd. de Tintoribus in emptione, & permutatione respective Serici, de quo agitur, certum est quod sub die 5. Septembris 1664. d. de Robustellis iniunxit dd. de Tintoribus „ Mentre possiate farmi pervenire „ due Balle d' Orsoio soprassini in Livorno in tempo di ventiquattro giorni da oggi, ne potete far l' incetta per conto „ mio ai prezzi correnti, con procurare ogni mio avvantaggio „ possibile, dandogli in pagamento dette mie Corame a prezzi „ avvisatimi nelle fatture, & il resto in contanti valendovi „ sopra di me del vostro avanzo a venti giorni vista al maggior mio benefizio, avvertendo, che se dette sete non possono capitar qui per il tempo limitatovi, non mi serviranno, e ne potrete tralasciare il negozio, che per detto „ tempo &c. „ Et mandatum prædictum quamvis a dd. de Tintoribus fuerit acceptatum, certum est, quod in omnibus suis partibus, non fuit executum, ut aperte demonstrant litteræ responsivæ dd. de Tintoribus, & præcipue Epistola exarata dd. de Samminiatellis, in qua illos certiorat, & mandat eis, ut infra „ Avendo fatto alcun negozio d' Orsoio al Sig. Pietro Robustelli Francese di costà, quale a discorrere con Voi „ con tutta confidenza, non è appresso di Noi ben conosciuto, abbiamo deliberato valerci della vostra opera in tale affare, a fine di ritraere quella puntuale sodisfazione, che si „ richiede „ & inferius „ Per saldo di esse avanzando da d. „ Robustelli doble 699. 17. 4. d' oro, vi mandiamo il congiunto ordine, a fine di procurare il pagamento prima della „ consegna di dette due Balle d' Orsoio, e più le spese di

„ con-

= condotta sin costà senz' altro aggravio &c. „ Et postea „ Vi
= raccomandiamo la diligenza in tale affare in specie la de-
= strezza, che non paia appresso l' amico la nostra pretensione
= di voler camminar cauto; Per il detto Signore vi mandiamo
= la congiunta che contiene il negozio per lui, che vi piacerà
= fargliene subito avere a fine &c. „ Ex quibus Epistolis cum tota series mandati, & illius executionis appareat, ex eis cognosci potest, an mandatum executum fuerit ut erat iniunctum, nec ne, & ita constito de illius transgressione an illam acceptaverit, seu ratam habuerit d. de Robustellis super quibus vertebatur decisio istius negocii. Et quamvis dd. DD. Iudices senserint omnino bene gesta fuisse a dd. de Tintoribus, vel saltem ratificata fuisse per receptionem Epistolæ, ut dicitur d' avviso de negotio gesto, & ita iudicaverint contra dictum de Robustellis, tamen nos in contrariam ivimus Sententiam in utraque inspectione, & quoad primam certum est de iure, quod 1 mandatarius adeo fines mandati servari deberi, ut nec ab eo in minimo transgredi possit *Leg diligenter ff. mandat. Barbos. assiom. iur. axiom.* 144. *num.* 4. *Paris. cons.* 47. *num.* 43. *libr.* 1. *Rot. dec.* 145. *num.* 16. *part.* 6. *rec.* & alii, qui possunt allegari, & adeo est vera ista conclusio, quod solum mandatarius 2 possit meliorem, non autem deteriorem conditionem mandantis facere *d. Leg. diligenter* §. *item si mandavero* § *melior autem ff. mandat.* quod certe meliorem conditionem dd. de Tintoribus non fecerint dicto de Robustellis mandanti dum in actu consignationis Serici solvi voluerunt illius valorem contra mandatum datum pro solutione *a venti giorni di vista*, quia ante tempus compellebant dictum de Robustellis ad solvendum, & 3 sic ad plus solvendum cogebant §. *fideiussores in fin. instit. de fideiuss. Gregor. XV. dec.* 65. *num.* 3. quemadmodum non sequendo fidem illius in transmissione Serici dum illud transmiserunt dd. de Samminiatellis, nec etiam in hoc meliorem, sed deteriorem fecerunt illius conditionem, quemadmodum non adimpleverunt dd. de respectibus qualitates mandati, quibus non adimpletis fines excessisse dicitur, & paria sunt, quod aliqua 4 fiant contra formam mandati, aut præter, aut ultra illud *Paris. d. cons.* 47. *num.* 43. *lib.* 1. *& ex Thusc. & Felin.* firmavit *Barbos. d. axiom.* 144. *num.* 5. ita dum dd. de Tintoribus mandatum excesserunt, in nihilo dictis de Robustellis remanserit eis obligatus, & dd. de Tintoribus actione mandati minime 5 agere potuerunt contra dictum de Robustellis, sed certe ad favorem ipsius contra dd. mandatarios actio dabatur *Leg. potest* 41. *ff. mandat. Barbos. d. axiom.* 144. *num.* 5. *Mantic. de tacit. lib.*

lib. 7. tit. 15. n. 6 Rot. Ianuen. dec. 8. n. 4. Caval. decis. 612. n. 20. Rot. d. dec. 149 n. 17. part. 9. rec.

Non relevat propterea replicatio dd. de Tintoribus, quod solutio facienda *a venti giorni a vista* non inducat formam, quia non versatur circa causam finalem, ita illius inobservantia non causet transgressionem mandati, quoniam cum versemur in tempore limitato solutionis faciendæ, & dum in mandatis 6 tempus apponitur formam induxisse censetur *Capyc. latr contr. 50. num. 25. & ex Bart. & Ias.* firmavit *Rot. Ianuen decis.* 8. *num.* 3. quia tempus determinato modo prolatum, non recipit 7 alterius temporis præfixionem *Natt. cons.* 485. *num.* 6. *Capyc. latr d. contr.* 50. *num.* 25. *Altograd. cons.* 1. *n* 49 *libr.* 1. eo magis quia tempus est præfixum in casu nostro, tam quoad solutionem, quam quoad transmissionem Serici, quod ubi etiam transmissum sit in tempore præfinito, tamen idem est, quod de illo non fuisset facta mentio, dum non pervenit in potestate mandantis, sed dd. de Samminiatellis, qui habebant mandatum de illius consignatione tantum, dum esset facta solutio in actu consignationis, sed quando etiam dicere velimus, quod tempus non inducat formam, certum est, quod dd. de Tintoribus non adimpleverunt mandatum cum omnibus suis qualitatibus, ut 8 tenebantur *Raphael. de Turr d. tract. de camb. disput. 2. quæst. 15. num. 3. & quæst. 23. num. 6. Barbos dict. axiom. 144. num. 3. Surd. dec. 109. num. 6. vers. attenta Cavaler. dec. 612. num. 20. Buratt. dec. 696. num. 9. Duran. dec. 50. n 5.* quæ qualitates 9 in mandato adimplendæ erant etiam si consisterent in modico, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 15 n. 8. Duran. dec. 53. n 5.* quia non debet omitti quod in mandato expressum est *Mantic. loc. prox. cit.* ne sit in potestate mandatarii aliquid addere, vel 10 detrahere formæ, vel ordini sibi dato in præiudicium mandantis *Paris d. cons. 47. num. 42. cum seqq. libr. 1. Mantic. ubi supra Rot. Ianuen. dec. 9 num. 12. Rot. dec. 98. n. 24. part. 11. rec.* ita cum dd. de Tintoribus non docuerint de adimplemento mandati eis iniuncti, nulla ad favorem ipsorum dabatur actio contra dictum de Robustellis, ut supra firmavimus, & etiam maxime, quia stante transgressione mandati nullum debitum præcessit 11 in quo constitutum possit intelligi contractum ex parte dicti de Robustellis *Leg. 1. §. 1. & §. debitum ff. de const. pecun. L. 2. vers. ita tamen Mantic de tacit & ambig. libr. 19. tit. 3. n. 1.* sed revera ex Epistolis supra relatis constat de mandati transgressione, quæ quidem Epistolæ concludenter probant contra 12 dd. de Tintoribus *Rot. dec. 154. num. 1. part. 7. & dec. 355. n. 5. part. 10. & dec. 308. n. 9 part. 11. rec. & post Salgad. lab. cred dec. 74. n. 5.* ita ex capite adimplementi obtinere non

po-

potuerunt in reconventione ab eis proposita in Curia Liburni.

Nec minus etiam ex capite ratificationis excessus mandati dd. de Tintoribus obtinere possunt in presenti iudicio, quæ quidem ratificatio deducitur ex eo quod dict. de Ro-
13 bustellis recepit Epistolam in qua de dicto excessu mandati certiorabatur, & non solum recepit, & non contradixit, sed illam penes se retinuit, & de illa usus est in iudicio, & sic ex *Leg. si filiusfamilias* 18. *in verb. continuo ff. ad Maced. & ex cap. cum olim & ibi gloss. in verb. protinus de off. & potest iud. deleg. Rocc. de mandat. compliment. notab.* 13. *num.* 25. *Rot. dec.* 811 *num.* 9. *per tot. part.* 1. *divers.* & alii, qui possent allegari, censetur d. de Robustellis se acquievisse transgressioni, & hodie non posse contra eam venire; nam etiam defecerunt dd. de Tintoribus in probando, quod Epistola transgressionis mandati d. de Robustellis acceperit, & penes se retinuerit ante diem 3. Octobris 1664. in qua die reclamavit a dicto excessu, nam quidquid ex præsumptionibus deducere intendebant, ex actis contrarium apparet, tum ex attestatione exhibita, & recognita cum interrogatoriis Partis, quod dum pervenit Epistola in Civitate Liburni d. de Robustellis morabatur Pisis, quo se contulerat ad nundinas, id etiam elicitur ex depositione D. de Samminiatellis, qui asserit Epistolam prædictam transmisse ad Bancum D. Robustelli, qui ut dictum Epistolam habuerit, legerit antedictam reclamationem nihil deponit, aut certiorat cum dicta Epistola responsiva de die 19. Septembris 1664 dd. de Tintoribus, imo ex actu iudiciali facto a Procuratore dd. de Tintoribus sub die 24. Septembris 1665. elicitur illius absentia de tempore adventus dictæ Epistolæ in Civitate Liburni, dum in eo opponit „ dopo „ aver commesso ad altri effetti di gran valore (loquitur de „ dicto Petro de Robustellis) assentarsi del luogo del solito „ suo negozio, come ha fatto il Sig. Robustelli avversario, il „ quale non si è più visto in questa Città dopo che il Prin- „ cipale del Comparente aveva provvisto, & inviato al medesi- „ mo Sig. Robustelli „ quæ quidem confessio cum emanaverit
14 a Procuratore dd. de Tintoribus in iudicio contentioso, præiudicat suis Principalibus *Buratt. dec.* 100. *num.* 16. adminiculata præsertim a dd. depositionibus testium, & a dicta Episto-
15 la dd. de Samminiatellis, unde tanto magis est attendenda *Gregor. XV. dec.* 506. *num.* 5. 6. 7. *Buratt. d. dec.* 100 *n.* 17. ita etiam non perpensis prædictis *Text. in Leg. si filiusfam.* 18. *& cap. cum olim* 24. an sint intelligendi generaliter, ut ha-
16 beant locum in omnibus mandatis, cum ex dicta *L. filiusfam.* 18. intelligatur raticatio in Procuratorem stante coniunctione san-

sanguinis, prout etiam *in d. cap. cum olim* inducta fuit ratificatio in Domino de gestis per Procuratorem, quia agebatur in actibus iudiciariis, in quibus quasi contrahitur, ut considerant DD. relati *in dict. decis.* 812. *a num.* 6. *usq. ad num.* 9. *part.* 1. *diversorum* quidquid sit de hoc, certum est, quod sola receptio, & retentio litterarum non inducit ratificationem, nisi alia concurrant, ut erant in casu *d. dec.* 812. ubi non solum fuerat recepta Epistola, sed etiam lecta, & postea consignata Iuveni illius Banci, qui illam recepit, & registravit in libro aliarum litterarum Banci, quæ etiam fuit restituta creditori cum adnotatione facta a Complimentario vista &c. ex quibus potius quam a simplici receptione, & retentione Rota iudicavit in recipiente illam approbationem omnium contentorum in Epistola transmissa, ut habetur in *num.* 34 *&* 35. *eiusd dec.* nam regulare est quod in præiudicialibus taciturnitas, & patientia non inducunt consensum *de Afflict. contr. iur.* 1. *num.* 26. *add. ad Buratt. in dec.* 80 *num.* 54. ex quo desumitur ratificatio excessus mandatarii in mandato dum non docetur de contradictione mandantis in excessu, id certe Mandatarii prædicti probare concludenter debebant, & non per præsumptiones, & coniecturas, quod ante contradictionem, & aliquo tempore ante d. de Robustellis receperit Epistolam prædictam, & non solum quod receperit, & legerit, & non quidem perfunctorie, sed cum aliquo temporis intervallo, & quod postea retinuerit penes se Epistolam, quod non reclamaverit a dicto excessu, ad hoc ut inducatur approbatio excessus mandati *Gen. de scriptur. priv. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 139. *& seqq. Gratian. discept.* 699. *num.* 35. *&* 36. & contentorum in Epistolam, cum ad effectum prædictum non denegatur in recipiente Epistolam prius quam inducatur approbatio contentorum in ea facultas legendi, & cogitandi, imo peritiores consulendi *Anchar. quæst. familiar.* 48. *n.* 6. *&* 7. *libr.* 1. *Menoch. de arbitr. cas.* 21. *num.* 5. 6. *& de præsumpt. libr.* 3. *præsumpt.* 63. *num.* 13. *&* 14. *Mascard. de probat. conclus.* 480. *num.* 6. *Carocc. de excuss. bonor. quæst.* 6. *par.* 2. *num* 65. *Gen. de script. privat. d. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 134. *&* 136 *Gratian. dict. discept.* 699. *num.* 34. & quamvis in *d. Leg. filiusfam.* verbum *continuo* inducat necessitatem statim contradicendi, non tamen tollit tempus cogitandi, & legendi, & alia faciendi, ut supra diximus ut relati DD. voluerunt *Gen. ubi sup. num.* 139. notandum esse dixit, quod ad probandum consensum in recipiente Epistolas, dum illas accepit, & non contradixit, quod scribens, & mittens probet per duos idoneos testes, ipsum re-

17 18 19 20 21 22

ci-

cipientem scivisse id quod in ipsa continebatur, & eas aperuisse, & coram eisdem testibus perlegisse, tunc per taciturnitatem, & probatis prædictis, inducitur ratificatio contentorum in Epistolam, alias secus, ut firmavit *Gen. loc. prox. cit.* quod autem in casu nostro prædicta probata sint, non est opus de hoc disserere, cum potius in præsumptionibus, quam in probationibus dd. de Tintoribus fundent eorum intentionem, nec maiorem habemus probationem, quam quod Epistola prædicta fuit relicta in negotio d. de Robustellis, quod autem ipse eam legerit, & sciverit contenta in ea ante diem 3. Octobris 1664. nullibi apparet. 23

Imo etiam cum simus in Epistola *d' avviso*, & ab ea non reclamaverit dictus de Robustellis, non est imputandum, quia in ea non est facienda strictissima interpretatio approbationis contentorum in ipsa, quia in illa non potest fieri fundamentum *Rocc. de litt. camb. notab.* 18. *num.* 38. *&* *notab* 19. *num.* 39. *Rot. dec.* 26. *num.* 12. *part.* 5. *&* *decis.* 198. *num.* 7. *&* 8. *part.* 11. *rec.* cum nihil ponant in esse, sed scrupulosa interpretatio acceptationis contentorum in Epistolis sit tantum, & regulariter in litteris cambii, seu di spaccio *Rocc. eod. tract. de litt. camb. notab.* 19. *num.* 39. *Rot. d. dec.* 26. *num.* 12. *part* 5. *&* *dec.* 198. *num.* 7. *part.* 41. *rec.* ut erat Epistola, de qua agebatur *in d. dec.* 812. *part.* 1. *divers.* & propterea nullo iure d. de Robustellis erat condemnandus ad receptionem dd. Ballarum Serici, ac pretii illarum solutione, sed attenta æquitate, & veritate facti, ut debet inspici inter mercatores *Rocc. de assecur. notab.* 15. *num.* 4. *Rot. Ianuen. decis.* 3. *num.* 23. *&* *dec.* 31. *num.* 1. illud absolvendum erat a petitis, stante etiam, quod cum non fuerunt dd. Ballæ Serici directæ dicto de Robustellis, ita necessarium erat de illis facere oblationem ad effectum constituendi in mora recipiendi in tempore debito eumdem de Robustellis *Carocc. de oblat. part.* 1. *quæst.* 1. *num.* 1. *part.* 2. *quæst.* 8. *num.* 64. & dum dd. de Tintoribus in nihilo probaverunt fundamentum eorum intentionis, ne igitur patrocinium præstetur calliditati, seu potius fraudibus eorum, qui ex Epistola exarata dicto de Samminiatellis ut supra relata, satis superque constat affectasse inobservantia mandati, quia non fidebant de opibus d. de Robustellis, sed si de illis non fidebant, nulla eos cogebat necessitas emendi dd. Ballas Serici, & fidem mercatorum non observare cum d. de Robustellis, quam qui cedit, ut ex *Cic. pro Roscio* firmavit *Stracc de assecur. gloss.* 11. *num* 25. oppugnat omne præsidium, & quantum in ipso est disturbat vitæ so- 24 25 26 27 28

ſocietatem, ut fecerunt dd. de Tintoribus cum dicto de Robuſtellis, qui per multos menſes in eorum poſſe reliquerunt Ballas Tramarum, & propterea eumdem abſolvendum eſſe cenſuimus a petitis in reconventione, & exaudiendum eſſe diximus in confirmatione ſequeſtri, quia de eius credito apparebat ex litteris dd. de Tintoribus, quæ contra ipſos plene probant, ut ſupra firmavimus, ubi enim de credito conſtat, non ſolum conceditur ſequeſtrum, ut dixit *Carocc. tract. de ſequeſt. part.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 3. *& per tot.* ſed conceditur etiam illius confirmatio *Thomat. deciſ. Rot. Marcb.* 51. *num.* 6. & dixit etiam *Rot. noſtra coram Cataneo dec.* 8. *n.* 1. ut nos confirmavimus, ſed iuxta liquidationem faciendam, quia etiam ſi conſtet de valore Tramarum in dicta Epiſtola *d' avviſo*, tamen cum dictus valor habeatur in permutatione alterius Serici, ita ut melius de illo conſtet confirmavimus ſequeſtrum pro valore illius iuxta liquidationem faciendam de tempore factæ permutationis &c. 29

Et ita &c.

Flavius Guglielmus Audit.
Ioannes Argentus Rot. Audit.
Flaminius Burghesius Rot. Audit.

DECISIO XIII.

FLORENTINA PECUNIARIA.

Die 23. *Aprilis* 1668. *cor. Audit.* PETRO. MATTHÆO MAGGIO.
Ex lib. mot. 127. *pag* 1.

ARGUMENTUM.

MAritus tenetur in ſuum creditum imputare fructus bonorum extradotalium Uxoris, quidquid vero ex eis ſupereſt ipſius lucro cedit iuxta Stat. Florent. ſanctionem, quæ porrigitur etiam ad bona extradotalia per mulierem ex primi viri diſpoſitione quæſita.

Ceſſio Crediti non probatur ex Apocis legittime non recognitis, vel recognitis abſque citatione Partis.

Intereſſe lucri ceſſantis etiam iuramento promiſſum non debetur ſi deficiant requiſita Caſtrenſis, quorum defectum non ſupplet ſimplex partium aſſertio.

SUMMARIUM.

1 *Creditor qui administrat bona debitoris, tenetur sibi de illius fructibus solvere.*
2 *Bona non dicuntur propria alicuius nisi deducto, ære alieno.*
3 *Vir qui administrat bona extradotalia Uxoris, tenetur imputare fructus in suum creditum.*
4 *Vir qui ex dispositione Statuti lucratur fructus extradotalium uxoris, illos non imputat in satisfactionem sui crediti.*
5 *Hæc opinio tamen reiicitur.*
6 *Quæstio restitutionis fructuum ex bonis extradotalibus perceptorum est coniecturis decidenda.*
7 *Quidquid datum est, semper intelligitur datum in causam verosimiliorem, & danti utiliorem.*
8 *Statutum Florentinum viro lucrum deferens fructuum bonorum extradotalium uxoris vivente viro acquisitorum, extenditur etiam ad bona a primo viro obventa, & ante secundum matrimonium quæsita.*
9 *Apocæ nisi sint legitime recognitæ non probant.*
10 *Cessio crediti incerti, & litigiosi nil suffragatur cessionario.*
11 *Inverisimile est emptum fuisse magno pretio creditum incertum, litigiosum, & inexigibile.*
12 *Recognitio characteris per Testes habentes notam manum facta sine citatione interesse habentium, & sine legitimo contradictore, non citatis non præiudicat.*
13 *Creditum non meretur executionem nisi pro summa, quæ vere constat soluta.*
14 *Si coniuges in solidum condemnati fuerint, & uxor totum solvat, maritus non tenetur erga illam nisi pro medietate.*
15 *Æquitas suadet quod qui causam damni dedit illud damnificato resarciat.*
16 *Damnificato resarciendum est damnum, etiam pro fructibus quas percepisset a re, quam fuit coactus alienare.*
17 *Interesse lucri cessantis, etiam iuramento promissum non debetur nisi probentur requisita Castrensis.*
18 *Interesse non probatur ex assertione Partium.*
19 *Interesse metitur non ex persona debitoris, sed creditoris.*
20 *Ex discretivo legandi modo, diversa arguitur legandi voluntas.*

Plu-

PLurimis hinc inde petitionibus porrectis in hac multiplici causa, quæ inter Dominam Portiam de Barbettis & hæreditatem iacentem Francisci de Panantibus agebatur, quamplures quoque excitati, & decisi fuerunt iuris articuli.

Potissima autem disceptatio fuit, an fructus percepti per Franciscum Portiæ virum ex bonis hæreditatis quondam Rodulphi de Marrucellis extradotalibus d. Portiæ tamquam conversis in comunes dd. iugalium usus, viri lucro cesserint, an primo compensandi, & imputandi sint in diversis creditis, quæ Franciscus habebat contra hæreditatem d. Rodulphi, ac Dominam Portiam illius uxorem, & postea hæredem; Et imputandos esse respondimus; non solum quia creditor qui administrat bona debitoris, tenetur sibi de illius fructibus solvere *ad Text. in Leg. peculium ff. de pecul.* verum etiam & fortius, quia fructus vere dici non possunt percepti ex bonis alicuius, nisi prius solutis illius creditoribus, cum bona non dicantur propria unius, nisi deducto ære alieno ad *Text. in Leg. subsignatum §. bona ff. de verb. sign. Andreol. contr. 56. n. 6. & contr. 288. n. 17. Castil. de usufr. cap. 59. n. 4.* Proinde Franciscus de Panantibus sub prætextu iurium sibi competentium in bonis extradotalibus uxoris lucrari fructus bonorum remansorum in hæreditate Rodulphi de Marrucellis spectante ad Dom. Portiam illius uxorem minime potuit, nisi pro parte immuni, & libera a debitis, cum debitis obnoxia extradotalia dici uxoris non valeant, itaut iure merito virum uxoris qui administrat illius extradotalia bona, fructus non lucrari, sed teneri imputare in suum creditum dixerit *Rot. dec. 151. n. 2. p. 9. rec.* & confert *Surd. cons. 290. n. 32. Monac. dec. Lucens. 68. n. 17. Thes. dec. 84. n. 3.*

1

2

3

Nec obstat, quod cum Statutum Florentinum constituat maritum dominum fructuum bonorum extradotalium uxoris ea quoque nolente, dicendum propterea non sit quod illi cesserint in satisfactionem sui crediti, quos uti Dominus consumpserat permittente Statuto, ut docet *Rot. dec. 76. n. 8. & seqq. p. 9. rec.* ubi in fortioribus terminis dictum fuit, quod quando fructus bonorum extradotalium de voluntate uxoris a marito percepti consumpti fuerunt in comunes usus, tunc omnino spectant ad maritum, nec cedunt in satisfactionem debiti ipsius uxoris, prout cederent, si adhuc extarent. Fuit enim responsum Statutum loqui de fructibus bonorum vere extradotalium uxoris, non

4

autem de iis, quæ ære alieno gravata uxoris dici non possunt, alias cum Statutum maritum Dominum fructuum bonorum extradotalium constituat etiam nolente uxore, si bona ære alieno gravata compræhenderetur magnum inferretur absurdum quod scilicet de re non propria uxoris virum Dominum constitueret, 5 & infelix mulier posset a creditoribus cogi ad solvendum debita illius hæreditatis, cuius fructus viri lucro cederent. Nec officit allata Decisio Rotæ Romanæ cum tale quodquam minime firmet sed tantummodo per modum obiecti proponat, cumque existentiam dictorum fructuum non consumptorum, supponat in suo casu, dicto in fundamento cum ipso pertransit, ex quo dici non potest quod nostrum reiiciat, & quod prius ipsa receperat, & fortasse melius ad rem *in d. decis.* 152. quæ in eadem causa emanavit, ut videre est, quibus accedit, quod prætermisso Statuto, cum tota hæc quæstio restitutionis fructuum a præsumpta voluntate uxoris dependeat, ita ut coniecturis decidendam esse affir- 6 maverint Doctores quos referunt, & sequuntur *Hond. cons.* 91. *n.* 64. *& seqq. lib.* 1. *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 2. *p.* 7. *n.* 58. *Merlin. Pignat cent.* 2. *contr.* 92. *n.* 19. *Cyriac. contr.* 31 *n.* 17. *Otthobon. dec.* 200. *n.* 29. utique in casu nostro, dum adsunt debita in bonis extradotalibus uxoris, procedere ad summum posset consumptio, cum ultra simplicem administrationem permissam ab uxore viro creditori, appareret ex aliis de uxoris voluntate, quod in comunes usus consumerentur fructus dd. bonorum, secus ubi de hoc non appareret, quam per simplicem administrationem viro concessam, & per longum tempus permissam, quæ cum dici posset tradita ab uxore, ut vir sibi solveret de suis creditis, probare non posset in hoc casu voluntatem uxoris, ut in eius praiudicium consumerentur, nam datum interpretari semper debet in causam, quæ magis verosimilis, & utilis est danti *Maur. de solut cap.* 9. *n.* 24. *Gratian. discept.* 105. *num.* 15. *Martimed. dec. Sen.* 15. *n.* 39. *Merlin. Pignat. cent.* 1. *contr.* 77. *n* 6. *Rot. dec.* 176. *n.* 1. *p.* 2. *divers.*

Diximus autem fructus per Franciscum perceptos ultra ratam suorum creditorum ad ipsum omnino spectare, moti, quia quamvis bona extradotalia, de quibus agitur Portiæ obvenerint ex testamento Rodulphi de Marucellis eius primi viri, & ante contractum secundum matrimonium cum Francisco de Panantibus, adhuc tamen in illis habere locum Statutum Civitatis Florentiæ *lib.* 2. *Rub.* 6. existimavimus, quod etsi loquatur de adquisitis per uxorem vivente viro, ob illius tamen generalem dispositionem, & latissimum modum loquendi compræhendit hæc quæ Portia post illius transitum ad secunda vota per sententiam Ma-

gistra-

gistratus assecuta est, ut in puncto firmavit *Gerispin. cons.* 24 8

Altera gravis disceptatio orta fuit, quoad creditum scutorum 1280. prædicto Francisco de Panantibus cessum a Marianis prætensis creditoribus dicti Rodulphi de Marrucellis, ut apparere dicebatur ex septem apocis in actis exhibitis, quibus tamen executionem denegavimus, tum quia cum non sint legitime recognitæ minime probant §. *Siquid igitur Auth. de instr. caus. & fid. Bart.* quem sequuntur DD. comuniter in *Leg. admonendi n. 26. ff. de iur. dot.* Tum quoniam ex pluribus dubitari rationabiliter contigit de veritate dicti crediti, non solum ex qualitate debiti, & rei in creditum deductæ, ut ex ipsa lectura septem apocarum intra annum successive factarum sine prioris mentione, & occasione rerum dicto Rodulpho Viro Nobili omnino incompetentium datarum cognosci, verum etiam ex qualitate personarum tam dicti de Marianis alias condemnati, ut vulgo dicitur, per scrocchio, quam Rodulphi de Marrucellis hominis sane levis armaturæ, accedente quoque lapsu tot annorum, in quo nunquam per dictum de Marianis vivente d. Rodulpho institutum fuit pro solutione dictarum apocharum, ita ut dubitari minime possit nos versari in credito, vel omnino non vero, vel saltem incerto, & litigioso, ac tali, ut cessio a Francisco de Panantibus reportata, minime ei suffragari possit iuxta terminos *Leg. per diversas & Leg. ab Anastasio Cod. mandat.* ubi DD. omnes, simulationem insuper solutionis pluribus suadentibus, cum de illa non constet aliunde, quam per confessionem cedentis, facta dicatur pro eodem pretio in numerata pecunia recepto, & quod magis est, recepta fuerit tempore, quo bona hæreditatis Rodulphi de Marrucellis per sententiam inappellabilem reperiebantur penes Montem Pietatis, ex quo inverisimile est omnino emptum a Francisco tunc temporis magno sane pretio creditum, & incertum, & litigiosum & inexigibile ad *Cancer. var. res. lib. 1. cap. 13. n. 77. Ol. de cess. tit. 6. qu. 10. n. 34. Grat. discept. 826. n. 1. & 2. Salgad. labyrint. credit. part. 1. cap. 13. §. 2. n. 25. & 26.* 9 10 11

Nec obstat d. Apocas fuisse recognitas in Iudicio rescissionis celebrato coram Ministris Montis Pietatis per Testes habentes notam manum dicti Rodulphi debitoris, nam omisso quod cum tunc temporis non fuerit de dictis Apocis soluta gabella, omnia acta virtute Legis Gabellæ fuerint nulla, & proinde, neque in hoc iudicio attendenda, & quod recognitio prædicta per habentes notam manum minime sufficiens sit, sane cum facta fuerit in illo iudicio ad instantiam Francisci de Panantibus, non officit D. Portiæ non legitime citatæ, & cuius personam

gerebat ipsemet Franciscus in illo iudicio, in quo non disceptabatur de veritate creditorum Francisci de Panantibus, sed tantum lis agebatur inter D. Portiam, tamquam hæredem Rodulphi petentem sibi restitui illius bona, & Montem Pietatis, tamquam creditorem Alexandri de Marrucellis Patris dicti Rodulphi prætendentem illa Fisco obligata pro sui crediris, quare constat quod Portia in illo iudicio mediante persona Francisci de Panantibus sui viri, & legitima erat contradictrix respectu causæ, quæ intercedebat inter ipsam, & Montem Pietatis, non autem respectu causæ, & interesse particularis dicti Francisci perperam & incidenter ab ipso tum deducti, de quo in illo non agebatur, nec agi poterat per Franciscum, qui in eadem re fuisset Actor, & Reus, ita ut ex tali recognitione tamquam facta sine citatione d. Portiæ, & sine legitimo contradictore, nullum eidem Portiæ deduci potest præiudicium *Leg de unoquoque ff de re iudic. Surd. dec.* 216. *n.* 4. *Seraphin. dec.* 1477. *n.* 2. *Rot. ap. Salg. labyr. dec.* 54. *n.* 8.

12

Iisdem rationibus moti concessimus pro rata tantum scut. 500. executionem Curatori hæreditatis Francisci de Panantibus pro simili cessione reportata a dicto Francisco ab illis de Miniis in eorum credito, ut dicebatur scut. 1300. non minus litigioso, & incerto, & iam in iudicium deducto, ac de pravitate usuraria suspecto, cum tantum de solutione actuali scut. 300. vere constaret, & propterea pro eadem summa soluta executionem mereretur dicta *Leg. per diversas & Leg. ab Anastasio Cod. mandat.*

13

Respondimus quoque Portiam fuisse creditricem Francisci sui viri pro summa scut. 210. 7. pro totidem ab ipsa solutis cum retractu suorum bonorum venditorum occasione sententiæ ab Illustrissimo Magistratu latæ ad favorem Angeli de Varchis, per quam fuerunt condemnati Franciscus, & Portia occasione iniustæ querelæ & iniuriæ illatæ dicto de Varchis. Quamvis enim vigore condemnationis factæ de dictis iugalibus in solidum, pro medietate tantum videretur teneri erga uxorem solidum solventem Franciscus *Leg. falcidia ff. ad Leg. falcid.* & notat *gloss. in Leg. Modestinus in verb. actionum ubi Bart. n.* 8. *& Castr. n.* 4. *ff. de solut.* attamen, ut condemnatio prædicta facta ad favorem Angeli in solidum de dictis iugalibus illius respectu nullam habet dependentiam ab obligatione alterius, sed consideratur per se sola, sic inter ipsos iugales debitores ad agnoscendum, ad quod & in quantum quis teneatur erga alterum, quis nam fuerit vere debitor agnosci debet. Et fuisse Franciscum pro indubitato habuimus, dum ipse fuit in causa, quod uxor actione iniuriarum

14

de

de falso Angelum convenerit, ut patet ex responsionibus per dictum Franciscum datis ad positiones, & processu in dicta causa fabricato, & ex ipsa sententia Magistratus, qui, etsi sola mulier contra Angelum querelam porrexerit, pernoscens tamen iussu viri porrexisse, illum cum uxore in solidum ad favorem Angeli damnavit, & summa æquitas dictat quod damnum sua culpa passum mihi restituas *Leg. quod si in fin. ff. de eo quod cert. loc. Bart. in Rub. de off. iud. Staiban. de interess. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. *Rot. ap. Salg. dec.* 17. 15

Diximus autem non solum deberi Portiæ dicta scuta 250. verum etiam & fructus, qui percepti ab ipsa fuissent ex eius bonis occasione damnationis prædictæ in executionem captis, & sub hasta venditis; quia quando quis est coactus alienare prædium, vel aliam rem ex se fructiferam habenda est ratio illius damni quod passus est creditor, cum ex re vendita percepisset fructus, quibus propter necessariam alienationem caruit, prout in specie docet *Gratian. discept.* 67. *n.* 22. *Leotard. de usur. qu.* 71. *n.* 37. *Seraphin. dec.* 1284. *n.* 2. 16

Denegavimus autem d. D. Portiæ interesse prætensum scut. 425. quamvis ad rationem quinque pro quolibet centenario promissum per dictum Franciscum de Panantibus Thomæ de Barbettis in actu mutui dictarum pecuniarum illi traditarum per Thomam, quia cum non videantur iustificata requisita *Castr. in Leg.* 3. *ff. de eo quod cert. loc.* necessaria ad consequendum interesse ratione lucri cessantis, utique illud præstari non debet, etiam si iuramento promissum ut docent communiter DD. *Gratian. discept.* 244. *n.* 13. *&* 987. *n* 22. *Cyriac. contr.* 526. *num.* 30. *& seqq. & contr.* 140. *n.* 53. *& seqq. Carleval. de iudic lib.* 1. *tit.* 5. *disp.* 8. *sect.* 6. *num.* 97. *& seqq. Merend. de camb. nud. cap.* 3. *num.* 1. *Rot. ap. Otthobon. dec.* 12. *n* 10 *&* 11. *& ap. Zacch. de oblig. cam. dec.* 275. *n.* 4. *& ap. Merlin. de pignor. decis.* 29. *per tot.* 17

Nec obstat assertio contrahentium facta in prædicta apocha quod d. interesse promissum fuit ex eo quod Thomas de Barbettis promptam habebat occasionem investiendi dictam pecuniam in emptione domus sitæ Florentiæ, ex qua prædictos fructus esset consecutus, cum omnia hæc aliter non iustificentur, quam ex prædicta assertione Partium, sane interesse ex ea non probatur, ut docet *Leotar. de usur. qu.* 72. *n.* 9. *&* 10. *& qu.* 59. *num.* 25. 26. 18

Minus refragatur interesse consideratum in d. Apoca expressione Francisci de Panantibus, qui pecunias accepit, nam indubitatum est, non ex persona debitoris, sed creditoris interesse me-

metiri ex vulgata iuris regula, de qua idem *Leotard. qu.* 78. *n.*
19 14. *&* *Roc. cent.* 1. *respons.* 41. *n.* 13. Ex quibus, ut certum est interesse iniuste conventum in dicta apoca D Portiæ non deberi sic si dictarum pecuniarum usumfructum a Thoma de Barbettis eius fratre sibi relictum consequi intendit, necesse est quod legitimis modis sibi consulat.

Quo vero ad bestiamina existentia in Prædio Vacciani, & petita una cum fructibus per Procuratorem hæreditatis non deberi existimavimus, cum per dictum Franciscum de Panantibus relicta iure legati fuerint Portiæ uxori, ut legitur in illius Codicillis firmatis 22. Novembris anni 1662. sub rogit. Ser Ber. de Eschinis, & quamvis diceretur non deberi legatum ob transitum ad alia vota factum per D. Portiam, & sub tali conditione illud fuisse relictum in Codicillis non legitur, quinimo contrarium apparet ex eo, quod cum Franciscus in testando uxorem omnium suorum bonorum usufructuariam reliquerit sub conditione viduitatis servandæ in Codicillis prædictis ultra usumfructum in dicto testamento relictum, bestiamina supradicta uxori legavit addita qualitate, ut de illis ad sui libitum disponere posset, ex quo discretivo modo loquendi datur cognosci factum legatum prædictum absque onere viduitatis servandæ, dum & illius dispositionem ad sui libitum permisit, & ab usufructu separavit, nec conditionem aliquam expressit, quam expressisset, si voluisset, prout superius fecerat in legato ususfructus, ut dixit *Rot dec.* 249. *n.*
20 14. *&* *dec.* 272. *n.* 17. *&* *dec.* 285. *n.* 8. *par.* 7. *rec.*

Cætera, & plurima omittimus, utpote quæ discussione non egent nonnulla tamquam incontrovertibilia, alia tamquam a Partibus non controversa. Et ita decisum &c.

Petrus Matthæus Maggius Rot. Aud. & Relat.
Ioannes Argentus Rot. Audit.

DECISIO XIV.

FIGLINEN. DOTIS.

Die 20. *Augusti* 1668. *cor. Aud.* IOANNE ARGENTO.
Ex lib. mot. 127. *pag.* 47.

ARGUMENTUM

PEtita immissio concedenda est Viduæ agenti contra tertios Possessores bonorum sui Viri pro dotis repetitione, in vim tacitæ

tacitæ hypothecæ sibi a Lege concessæ, ubi doceat de solutione Dotis promissæ, de qua satis constare dicitur per apocas receptionis tempore non suspecto exaratas, de antiqua eorumdem bonorum possessione penes Virum, & moderna apud Reos conventos.

SUMMARIUM.

1 *Probato credito cum hypotheca, possessione antiqua apud Debitorem, & moderna apud Reum conventum, petita immissio est concedenda, & n. 14.*
2 *Apoca receptionis Dotis illius solutionem probat si præcesserit promissio.*
3 *Præcipue concurrente onerum matrimonialium substentatione, alimentorum præstatione, & similibus.*
4 *Prout si nulla aderat simulandi causa de tempore confectionis Apocæ.*
5 *Ubi vero Apoca ista fuerit adminiculata, probat etiam absque præcedenti promissione.*
6 *Mulieri tacita competit hypotheca in bonis Viri pro suæ Dotis restitutione.*
7 *Et quidem a die promissionis, si de solutione aliquo modo appareat.*
8 *Non obstante contraria Mariti protestatione.*
9 *Ac Creditoribus expressam hypothecam habentibus præfertur.*
10 *Expedit Dotes Mulierum salvas esse, ut liberis Civitas impleatur.*
11 *Et propter labores, quos ipsæ ferunt matrimonio constante.*
12 *Possessio probatur ex fide Decimæ.*
13 *Possessio apud Reum conventum probatur ex libris Decimarum, ex venditione illi facta, & litis substentatione.*
15 *Immissio datur contra quemlibet tertium Possessorem.*

Omina Francisca de Torsellinis cum de anno 1633 nuptui tradita fuisset qu. Vincentio de Baroncinis cum dote scutorum mille ducentorum, ut ex Apoca confecta sub die 17. Octobris dicti anni 1633. pro recuperatione d. Dotis solutæ dum eius Vir iam esset vita functus, Iudicium movit coram Supremo Magistratu de an. 1653. die 27. Iunii contra Possessores bonorum d. sui Viri, & præcipue contra filios, & hæredes qu. Alexandri de

de Baldinuc-cis, & eorum Tutores, & Curatores possessores Predii nuncupati *Bassolli* positi in Populo S. Laurentii prope Castrum S. Ioannis, quod fuerat in bonis dicti sui Viri, eique obvenerat in portionem ob divisionem factam inter dictum Vincentium, & Petrum Antonium illius fratres vigore laudi lati sub die 2. Septembris 1632. a qu. Zenobio de Gherardinis de Communi S. Casciani Vallis Pesæ Arbitro concorditer electo a dd. Partibus, quod quidem Prædium per mortem d. Vincentii d. Petrus Antonius ad Decimam describi curavit, & postea de anno 1660. illud vendidit d. qu. Alexandro de Baldinuccis. Ita ordinato Processu coram eodem Supremo Magistratu, & causa nobis ad referendum commissa, eidem retulimus d. D. Franciscæ immissionem petitam esse concedendam in dictum Prædium ad hoc ut ex fructibus illius satisfieret de credito, de quo in actis.

Et resolutionis ratio fuit, quia ad obtinendum in iudicio intentato d. D. Francisca probavit eius creditum cum hypotheca, possessionem sui Viri de prædio pulsato antea, & post 1 contractum matrimonium, seu debitum dotale, & de possessione Reorum conventorum, quibus probatis possessio petita erat concedenda *Thomat. dec. March.* 13. *n.* 9. 11. 12. *Gregor. decis.* 491. *n.* 6. *Otthobon. dec.* 156. *n.* 1.

De credito constat ex receputis d. qu. Vincentii, quæ cum 2 factæ sint præcedente promissione, magna ex ea desumitur præsumptio veritatis confessionis emanatæ in receputis de Dote recepta, *Surd. cons.* 117. *n.* 23. *Merlin. dec* 652. *n.* 5. præsertim 3 quia in casu nostro concurrunt substentatio onerum matrimonialium, alimenta præstita a Vincentio Franciscæ uxori, & alia, quæ cumulantur a *Merlin. in dict. dec.* 652. *per tot. & per Otthobon. dec.* 43. *num.* 2. quemadmodum dum confectæ fuerunt dictæ receputæ, nullam habebat causam simulandi d. Vin-4 centius confessionem prædictam, ut etiam consideravit, *Merlin. in alleg. dec.* 652. ubi etiam concurrunt adminicula, quamvis non doceatur de præcedenti promissione, tamen ex eis dicitur 5 probata solutio Dotis, ut firmat, *Rot. dec.* 124. *n.* 2. 3. *& dec.* 148. *n.* 3. 4. *par.* 8. *rec. & cor. Otthobon. dec.* 176. *n.* 4. *per tot.* & sic de credito clare constat.

De hypotheca non potest dubitari, quia illa fuit introducta a Lege favore dotis ex dispositione *Leg. unicæ* §. 1. *C. de rei uxor act.* in qua ad favorem Mulieris pro restitutione do-6 tis tacita inducitur hypotheca in bonis Viri, *Negus. de pignor. & hypot. par.* 2. *membr.* 4. *n.* 24. *&* 25. *Merlin. eod. tract. lib.* 3. *qu.* 43. *lib.* 1. *&* 7. *Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 1.

Buratt.

Buratt. dec. 444. *n.* 2. & quidem a die promissionis non dissoluti matrimonii, si de solutione dotis appareat, vel ex publico instrumento, sive ex testibus, vel alio genere probationis, *Merlin. d. lib.* 3. *qu.* 43. *n.* 14. ac etiam si Maritus protestatus sit nolle sua bona esse obligata pro restitutione dotis, *Mantic. d. tract. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 41. *Merlin. d. tract. lib.* 3. *qu.* 43. *n.* 17. imo est privilegiata sicut expressa hypotheca, & propterea debet competere Mulieri in concursu Creditorum Viri habentium expressam hypothecam, quo etiam casu prælatio conceditur Mulieri, *Merlin. d. tract. lib. & qu. n.* 5. & hoc favore publico nam expedit dotes Mulieribus conservari, ut liberis Civitates repleantur, ut habetur in *L.* 1. *ff. solut. matrim* tum etiam propter labores quos Mulieres sufferunt propter quod se totaliter, & bona in potestate Mariti committunt, ut in *Leg. assiduis* 12. *Cod. qui potior. in pignor. habeantur.*

7 8 9 10 11

Quod bona fuerint in bonis Vincentii Viri debitoris pro restitutione dotis ante contractum matrimonium, & postea, probatum extat ante contractum matrimonium ex d. laudo divisorio lato inter ipsum, & Petrum Antonium fratres, & aliis, postea vero ex fide Decimæ, ex qua ut diximus apparet, quod post mortem dicti Vincentii Petrus Antonius describi curavit ad decimam bona de quibus agitur, & in eum perventa dixit ex morte, & hæreditate d. Vincentii, probatur inquam bona in bonis hic Florentiæ ex fide Decimæ, ut sæpe resolvit *Rot. nostr.* & signanter *lib. mot.* 102. *a* 120. & de hoc non dubitatur quod non sit probatum primum extremum in iudicio intentato requisito ex *Thomat. dec.* 13. *n.* 11.

12

Secundum vero extremum ex eadem Decima iustificatur, cum ex ea constet Prædium, de quo agitur pervenisse in Reos conventos, ex venditione facta a dict. Petro Antonio dict. qu. Alexandro de Baldinuccis, nec non ex substentatione litis, quæ etiam probat dictum secundum extremum *Pacific. de Salvian. inspect.* 1. *cap.* 6. *n.* 6. 7. *Thomat. d. dec.* 13. *n.* 12.

13

Ita prædictis iustificatis, non erat deneganda petita immissio d. D. Franciscæ in bonis pulsatis, *Thomat. d. dec.* 13. *num.* 14. *Gregor. XV. dec.* 491. *n.* 6. nam cum remedium prædictum sit in rem scriptam, datur contra quemlibet tertium Possessorem *Leg.* 1. §. *interdicta ff. de interdict. Menoch. de adipiscend. possess. rem.* 3. *n.* 55. *& seqq. Surd. dec.* 174. *n.* 9. *Thomat. d. dec.* 13. *n.* 15. *Gregor. d. dec.* 491. *n.* 4. & sic contra dictos Reos conventos. Et ita utraque &c.

14 15

Ioannes Argentus Rot. Aud. & Relat.
Flaminius Burgesius Rot. Aud.
Franciscus Venturinus Rot. Aud.

DE-

DECISIO XV.

LIBURNEN. SUCCESSIONIS AB INTESTATO.

Die 28. *Septembris* 1668. *cor. Aud.* COSMO FARSETTO.

ARGUMENTUM.

TEstamentum minus solemmiter a Patre conditum favore filii ex Rescripto Principis legitimati non substinetur in præiudicium Agnati ab intestato succedentis, si legitimatio a Principe facta fuerit cum clausula sine præiudicio filiorum legitimorum, aliorumque ab intestato venientium.

SUMMARIUM.

1 *Dispositio inter liberos substinetur, quamvis solemnitates iuris non fuerint adhibitæ.*
2 *Voluntas Patris quibuscumque verbis expressa pro Testamento habetur.*
3 *Testamentum non valet si septem Testes, & Hæredis nominatio deficiant.*
4 *Pater potest minus solemniter testari inter liberos, vel hi sint legitimi, & naturales, vel legitimati per subsequens, aut ex Principis Rescripto.*
5 *Declara si sint legitimati absolute & simpliciter, secus si cum clausula sine præiudicio, & nn. seqq.*
Legitimatus absolute, & simpliciter æquiparatur legitimo, & naturali. Ibid.
6 *Ex clausula sine præiudicio legitimationi adiecta, intelligitur Principem noluisse venientibus ab intestato præiudicare, et n. seq.*
8 *Monachus iura agnationis quoad succedendum retinet.*
9 *Monachus potest iussu superioris hæreditatem sibi delatam adire & eo nolente adit superior.*
10 *Quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterio.*
11 *Pater tenetur filiam, etiam spuriam, & incestuosam dotare.*
12 *Quæ obligatio transit etiam in Monasterium hæredem Patris.*
13 *Ad hoc ne possessor teneatur ad fructuum restitutionem sufficit Titulus etiam errore iuris causatus, nec requiritur bona fides positiva, dummodo absit mala.*
14 *Possessor tenetur ad restitutionem fructuum a die in quo cœpit esse in mala fide.*

Sup-

SUpposito quod dispositio, seu potius expressio Pauli Bondeni dum coram Parocho & Testibus in sua ultima infirmitate respondit nullam condendi Testamentum necessitatem sibi imminere cum eius hereditas ex gratia Serenissimi Magni Ducis ad Benedictum eius filium pertineret si idem Benedictus successionis capax uti legitimus, & naturalis fuisset, pro valido Testamento inter liberos esset habenda ex his, quæ tradiderunt *Bald. consf.* 179. *n. pr. lib.* 4. *Alex. consf.* 168. *n.* 6. *&* 12. *lib.* 5. *Rot. dec.* 363. *n.* 12. *par. pr. rec. Gen. de script. privata lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 16. *&* 17. Cum Patris voluntas quibuscumque verbis expressa inter liberos pro testamento observari debeat, *Leg.* 16. *Cod. famil erciscund. Decian. consf.* 46. *n.* 57. *vol.* 2. *Vasq. de success. resolut. lib.* 1. §. 1. *n.* 36 *&* 37. *Nunnius in Enciclop. iuris par.* 4. *tit.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. Adhuc in hac ipsa causa vertente inter Monasterium PP. Carmelitanorum ex persona Fratris Thomæ Bondeni professi ut ab intestato d. Pauli proximioris, ac Susannam de Bondenis hæredem institutam a d. Benedicto, ac alios Legatarios iudicavi Testamentum prædictum ad favorem præfati Benedicti filii spurii ex d. Paulo, & Muliere coniugata suscepti, sed tamen legitimati cum clausula sine præiudicio filiorum legitimorum, ac aliorum venientium ab intestato non subsistere, cum deficiant in eo solemnitates a iure in Testamentis ordinandis requisitæ, & præcipue septennarius Testium numerus, & expressa hæredis nominatio, *Leg. hæredes* §. *pen. ff. de testamentis* §. *sed hæc quidem instit. eod.* late *Nunnius d. par.* 4. *tit.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. *& plur. seqq*

1 2 3

Et licet pro vera admiserim conclusionem quam pro d. Susanna allegarunt eius Defensores quod scilicet inter liberos legitimos, & naturales sic, & inter legitimatos nulla habita distinctione an per subsequens matrimonium, vel ex Principis Rescripto fuerint legitimati possit Pater minus solemniter testari ex dispositione, *Leg. hac consultissima* §. *ex imperfecto C. de testamentis* quam probarunt *Clar. in* §. *testamentum qu.* 12. *ubi Harpech. Magdalen. de num. testium in testam. cap.* 16. *n.* 20. *& seqq. Fach. lib.* 4. *contr. iur. cap* 3. *Rustic. ad Leg. cum Avus lib.* 2. *cap.* 15 *n.* 189. *Io. Bapt. Lup. de illegit. natal. rest. coment.* 3. §. *pr. n.* 70. & alii quam plures, quorum Antesignanus fuit *Bald. in cap. de caus. n.* 62. *vers. & de officio delegati*. Attamen consideravi Doctores hanc conclusionem firmantes loqui in simpliciter, & absolute legitimatis, nam cum ta-

4

les non differant a legitime natis cum in potestate Patris sint
5 sui hæredes efficiuntur, & alias prerogativas consequuntur, quibus filii legitime nati fruuntur, ut per *Lup. d. §. 1. n. 66. & seqq.* Incongruum non est ut etiam Pater possit inter illos testari secundum privilegium *d. §. ex imperfecto* secus vero di-
6 cendum censui in filiis spuriis cum clausula legitimatis; Nam cum Princeps ex ea intelligatur nolle per suam legitimationem venientibus ab intestato præiudicare, *Gabr. cons. 24. n. 29. lib. 2. Honded. cons. 59. n. 14. & cons. 71. n. 38. vol. 2. Lup d. §. 1. n. 53. Barbos. claus. 38. n. 8. & 12. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. qu. 9 n. 3. in fi. & 11.* non videtur posse inferri, ut tales legitimati ex testamento imperfecto Patris hæreditatem capere valeant cum alias agnati ex Principis legitimatione non ex testamento imperfecto, quoad eos invalido, præiudicium haberent,
7 quod omnino contra mentem Legitimantis in præiudicium Agnatorum non subsistat sentire videtur *Lup. d. §. pr. n. 70.* dum privilegium infirmiter testandi Patri inter simpliciter, & absolute legitimatos, cum in omnibus, & per omnia legitimis, & naturalibus æquiparentur, concessum refert.

Ex prædictis itaque rationibus in hac causa iudicavi testamentum quondam Pauli Bondeni sine solemnitatibus necessariis conditum ad favorem d. Benedicti non subsistere, sed eiusdem hæreditatem ab intestato spectare ad Monasterium prædictum ex persona Fratris Thomæ Bondeni in eodem Monasterio professi, ut de iure civili in quarto, & de iure canonico in secundo gradu proximioris agnati præfati Pauli, cum Monacus iura agnationis quoad succedendum retineat, & agnatis, & co-
8 gnatis ab intestato, dummodo Monasterium saltem in communi bonorum sit capax, ac si Monacus non esset, succedat per *Text. in Leg. per nobis §. hoc etiam, uti Bart. & Scribentes communiter C. de Episcop. & Cleric. Surd. dec. 202. n. 2. Costa de success. ab intestat. lib. 1. n. 305. & seqq Virgil. de legit person. cap. 23. n. 26.* Et iussu superioris hæreditatem sibi delatam or-
9 dine possit, vel eo nolente, eam superior ipse adire valeat *Virgil. d cap. 23. n. 28. & 29.* Quæ tamen tota Monasterio acquiritur, cum ipse, qui paupertatem in professione voverit illius sit incapax, & est regula satis trita a Monaco acquisita ad
10 Monasterium pertinere, *Leg. pr. Cod. de Sacros. Eccles. Curt. iun. cons. 48. vers. fin. Magon. dec. Flor. 10. n. 2.* & ideo d. Susannam etiam condemnavi ad restituendum præfato Monasterio bona prædicta hæreditatis apud eam existentia retenta sibi eorum congrua portione pro concurrenti quantitate dotis sibi debitæ iuxta Patris declarationem in præfato testamento imperfecto,

quam

quam tamen valere putavi ex eo tantum, quod Pater filiam etiam spuriam, & incestuosam alere, & dotare teneatur, ut ex *Dec. Rol. Præt.* & aliis probaverit *Peregr. dec.* 81. *n. pr. & de iur. fisci lib.* 3. *tit.* 18. *Palest. de noth. & spur. cap.* 49. *n.* 3. quæ obligatio transit etiam in Monasterium, quod filiam spuriam ex bonis ingressis tenetur dotare sicuti, & alere *Gratian. cap.* 102. *num.* 3. 11 12

A fructibus tamen dictorum bonorum ante litem contestatam perceptis dictam Susannam absolvi, cum esset in bona fide putans testamentum prædictum infirmum Patris sufficere, ex qua fructus lucrari poterat, ad quam acquisitionem sufficit si concurrat titulus etiam iuris errore causatus, nec etiam est necessaria bona fides positive, sed sufficit si absit mala, ut in punctualibus terminis concludit *Caball. d cons.* 164. *n.* 35. *& seq.* 13

Condemnavi illam tamen ad perceptos post litem contestatam, quia ab ea die d. Susanna in mala fide esse incœpit. *Leg. Sed, & si lege §. etiamsi ubi Scribentes ff. de pet. hæredit. Caball. d. cons.* 164. *n.* 34. 14

Reservavi etiam iura Legatarii dicti Benedicti experienda contra hæditatem eiusdem, cum præfatum Monasterium ad prædicta legata solvenda non teneatur &c.

Ex quibus &c. tam &c.

Cosmus Farsettus Rot. Audit.

DECISIO XVI.

LIBURNEN. SUCCESSIONIS.

15. *Mart.* 1669. *cor. Aud.* Ioanne Argento.
Ex lib. mot. 127. *pag.* 394.

ARGUMENTUM.

PAtet ex præcedenti Decisione.

SUMMARIUM.

1 *Legitimatus ex Rescripto Principis est vere legitimus.*
2 *Et quoad eum valet Testamentum a Patre minus solemniter conditum.*
3 *Intellige si legitimatus sit simpliciter, secus si cum clausula sine præiudicio &c. & n.* 9.

Quia hoc casu quo ad successionem pro spuriis reputantur. Ibid.

4 *Et clausula prædicta si non limitat legitimationem, limitat tamen successionem.*

5 *Adeout nihil legitimatio operetur in præiudicium venientium ab intestato.*

6 *Præcipue si legitimatus ortus sit ex Muliere nupta.*

7 *Text. in Leg. hac consultissima § ex imperfecto Cod. de testam. locum habet in filiis legitimis, & naturalibus.*

8 *In Testamentis requiruntur septem Testes ad tollendas falsitates.*

10 *Ex scriptura facta sine debitis solemnitatibus, falsitatis præsumptio inducitur.*

11 *Suspicio falsitatis oritur ex tarditate registrandi, & protocollandi instrumentum.*

12 *Dispositio non valet ut Testamentum, si Disponens dixit uolle testari.*

13 *Testamentum absque hæredis institutione nec inter liberos valet.*

14 *Testamentum inperfectum ratione voluntatis non substinetur.*

15 *Filius natus præsumitur ex Patre, non ex adultero.*

CONfirmandam esse diximus Sententiam Dom. Iudicis primarum appellationum Curiæ Liburni, in qua declaravit hæreditatem qu. Pauli de Bondenis spectare a die eiusdem mortis RR. PP. & Monasterio Carmelitarum Florentiæ ex persona Rever. Patris Thomæ de Bondenis tamquam proximioris ab intestato, illosque esse immittendos in possessionem dictorum Bonorum hæreditariorum, condemnando D. Susannam ad illa libera relaxanda, & dimittenda dd. Monasterio, & Patribus una cum fructibus a die litis motæ perceptis, & in futurum percipiendis usque ad dictorum bonorum relaxationem, & ut latius in d. Sententia; nam deducta in motivo dictæ Sententiæ iuri consona sunt, & ideo confirmanda erat.

Siquidem quamvis verum sit, quod legitimatus ex Rescripto Principis sit vere legitimus, & ac si esset ex vero, & legitimo matrimonio natus, *ex §. sit igitur licentia auth. quibus mod. nat. effic. sui Fachin. controv iur. lib. 4. cap. 3. versic. sed contraria sententia, Lucid. de illegitim. cap* 25. *n.* 1. & sic in eis locum habeat *Leg. hac consultissima num.* 1. §. *ex imperfecto Cod. de testam.*

1

2

Tamen id verum est, quando Princeps simpliciter legitimat, & sine aliqua restrictiva, ut cum clausula sine præiudicio ve-

venientium, ab intestato; ubi enim est apposita dicta clausula tantum remanent legitimati quoad gradus, & honores, & quoad illos sunt vere legitimi; quo vero ad successionem tamquam 3 spurii reputantur, & tamquam dispensati remanent, *Marcian. cons.* 1. *n.* 77. *Bald. cons.* 373. *n.* 5. *lib.* 1. *Gabriell. cons.* 83. *n.* 6. *lib.* 2. *Caren. res.* 225. *n.* 3. *&* 226. *n.* 3. *Castill. contr. iur. lib.* 4. *cap.* 22. *n.* 148. nam etiam si dicta clausula non limitet 4 legitimationem, limitat tamen successionem, *Gregor. XV. dec.* 201. *n.* 6. *Rot. dec.* 35. *n.* 7. *par.* 8. *rec.* & aliæ Decisiones relatæ per *Rub. in addit. ad dec.* 217. *n.* 515. *par.* 9. *rec. Rot. dec.* 241. *n.* 21. *ead. par.* 9. *rec.* & adeo enervantur vires legitimationis ex eadem clausula, ut in præiudicium tertii ab in- 5 testato venientis nihil operari possit. *Surd. cons.* 337. *num.* 15. *Honded. cons.* 67. *n.* 41. *& cons.* 92. *n.* 4. *vers. tertio in casu lib.* 1. *Gabr. cons.* 22. *n.* 12. *lib.* 2. *Rot. dec.* 117. *n.* 26. *par.* 12 *rec.* hæc fortius procedunt in casu nostro, quia dictus Benedictus natus est ex Muliere nupta, cum qua Paulus contrahere non potuit matrimonium, ideo eo magis Benedictus dicitur dispensatus saltem quoad successionem, non autem legitimatus, 6 firmavit *Dec. cons.* 610. *num.* 6. *Menoch. cons.* 266. *num.* 47. *& seqq.*

Inde propterea sequitur, quod dictus Benedictus succedere non potuit in hæreditate Pauli patris ex textamento imperfecto ab eo condito coram Paroco, & duobus Testibus, ad exclusionem aliorum de Bondenis venientium ab intestato, quibus est reservatum ius in legitimatione de eo facta a Principe, nam 7 dicta *Leg. hoc consultissima* 21. §. *ex inperfecto C. de testam.* non in legitimatis habet locum, sed solum in filiis legitimis, & naturalibus, ut firmarunt *Dec. d. cons.* 610. *n.* 3. *vers. est verum*, *Rub. Alex. cons.* 7. *n.* 6. 7. & videtur sentire *Boer. decis.* 140. *n.* 12. *& seqq* Lex in testamentis, & ultimis voluntatibus 8 requirit septem Testes ad tollendas falsitates, ut dixerunt *Dec. d. cons.* 610. *n.* 4. *& per tot. Rub. Alex. d. cons.* 7. *n.* 8. ideo in legitimatis cum d. clausula non sufficere testamentum ex *d.* 9 §. *ex imperfecto* dixerunt DD. mox citati, & sane ex suspicione falsitatis d. dispositio attendenda non est, cum dictus qu. Paulus coram Paroco, & duobus Testibus illam confecerit dum commodam Notariorum copiam habere potuisset in Civitate Liburni, & sic cum debitis solemnitatibus testamentum 10 conficere; Ex scriptura igitur facta sine debitis solemnitatibus, falsitatis præsumptio inducitur *Luc. de Pen. in Leg. quemadmodum vers.* 52. *Cod. de agricol. & cons. lib.* 11. *Mascar. de probat. concl* 745. *n.* 11. *Farinacc. de falsit. & simulat. qu.* 158. *n.* 19.

Tum etiam quia dictum prætensum testamentum, non post mortem Pauli, ut debebatur fuit revelatum, sed post mortem Benedicti, & duos annos postea quam ipse Benedictus confecerat testamentum; Et quemadmodum ex tarditate registrandi, & 11 protocollandi instrumentum falsitatis suspicio oritur. *Mascard. concl.* 740. *n.* 16. *Farinacc. d. qu.* 158. *n.* 181. ita eadem suspicio orietur ex tarditate revelandi testamentum in casu nostro.

Qui etiam Testes & Parocus cum sese examini ad effectum revelandi testamentum subiecissent, nec Benedictum filium a Paulo patre hæredem institutum esse probaverunt, nam asserunt Paulum dixisse „ non ho bisogno di fare altro testamento, et 12 „ altra disposizione, & sic dum Paulus noluit testari, d. dispositio non potest valere uti testamentum, *Mart. de success. leg. par.* 4. *qu* 7. *artic.* 1. *n.* 9. imo cum deficiat titulus institu- 13 tionis hæredis sine quo, nec etiam testamentum inter liberos substinetur, *Graff. de success. in* §. *testamentum. qu.* 11. *n.* 10. *vers sed contrarium Clar. in* §. *testamentum qu* 8. *vers. sed pone*, & imperfectum remanet, ut diximus ratione voluntatis, cuius defectus concernit ius naturale, ideo testamentum prædictum 14 substineri minime potuit, ut voluerunt omnes DD. *in dict.* §. *eximperfecto Leg. hac consultissima* 21. *Cod de testam. Clar in. d.* §. *testamentum qu.* 9. *per tot. Graff. in d.* §. *testamentum qu.* 12. *n* 1. *Mart. de success. leg. par.* 4. *qu.* 7. *art.* 1. *n.* 10. *Gratian. discept.* 763. *n.* 18. *Hodiern. contr.* 36. *n* 79. *&* 80. *A Pont. cons.* 99. *n.* 9. *lib.* 2. *Surd. dec.* 292. *n.* 15.

Quæ etiam fortius procedere debent in casu nostro, in quo 15 prætenditur esse institutum hæredem spurium, contra quem Lex ipsa resistit, volens filium natum præsumi ex Patre, non ex adultero, ut in *Leg. miles* 11. §. *defuncto ff. ad L. Iul de adult.* & late firmat *Rot. dec.* 347. *per tot. par.* 12. *rec.* & sic eo magis solemne testamentum requirebatur, nec sufficiebat *ex* §. *eximperfecto*, iuncto maxime, quod legitimatio ut supra diximus, non fuit simplex.

Ita non solum ex prædictis, sed etiam ex late deductis in Motivo Dom. Iudicis a quo hæreditatem qu. Pauli de Bondenis delatam esse censuimus RR. Patribus Carmelitis ex persona P. Thomæ de Bondenis, exclusis hæredibus, & Legatariis scriptis in testamento dicti Benedicti filii dicti Pauli, confirmando Sententiam dicti Dom. Iudicis a quo.

Et ita &c. utraque &c.

Ioannes Argentus Rot. Aud. & Relat.
Flaminius Burghesius Rot. Aud.

DE-

DECISIO XVII.

LIBURNEN. ALIMENTORUM.

Die 26. *Mart.* 1669. *cor. Aud.* IOANNE ARGENTO.
Ex lib. mot. 127. *pag.* 137.

ARGUMENTUM.

HEbræus, qui relicta uxore ad Catholicam fidem convolavit, non restituta eidem dote recepta, tenetur favore uxoris ad congruam alimentorum præstationem, pro quibus omnia ipsius bona sunt tacite hypothecata. Beneficium deducto ne egeat, marito non suffragatur pro retardandis alimentis uxori debitis, si dotem retineat, & mulier nil aliud habeat, unde se alere possit.

SUMMARIUM.

1 *Maritus tenetur alere uxorem sive dotem receperit, sive non.*
2 *Quamvis uxor propter religionis diversitatem manere nequeat in obsequio viri.*
3 *Uxor infidelis manere nequit in obsequio viri fidelis, & e contra.*
4 *Mulier non præsumitur alia habere bona, unde se alat, præter dotem.*
5 *Inter personas privilegiatas, illa præfertur, quæ agit de damno vitando & n.* 19.
6 *Dissoluto matrimonio per conversionem viri, uxor potest dotem repetere.*
7 *Iudex sæcularis potest alimenta decernere, etsi quæstio super matrimonio ageretur coram Iudice Ecclesiastico, & n seq.*
9 *Alimenta persolvi debent uxori habita ratione non solum ad fructus dotis, sed etiam ad ipsius mulieris necessitatem.*
10 *Ubi de alimentis Uxori præstandis agitur, habetur ratio ut plurimum ad fructus dotis.*
11 *Alimenta solvenda sunt quolibet mense pro rata.*
12 *Tacita hypotheca quæ mulieri competit pro dote, trahitur etiam ad alimenta a viro præstanda, præcipue constante matrimonio & num. seqq.*
13 *Et hæc est communis opinio.*
15 *Alimenta debentur a die petitionis.*

16 *Ali-*

16 *Alimenta quæ debentur a die litis contestatæ quare dicantur futura.*
17 *Ut uxor consequi valeat alimenta a viro non requiritur quod æs alienum contraxerit, sed sola sufficit interpellatio.*
18 *Maritus non tenetur erga uxorem nisi deducto ne ipse, & filii egeant.*
19 *Limita, si uxor sit pauper, & maritus dotem retineat, & num. seqq.*
21 *Non omnis mutatio status mariti, ei tribuit privilegium deducto ne egeat, ut deportatio, & bannum.*
22 *Limita, ubi agitur de dotis restitutione.*
23 *Sublimita si mulier nil præter dotem habeat, unde se alat.*

ANtonius de Soldanis Neophitus nuncupatus in Ebraismo David Salazar cum ad Catholicam fidem convolaverit, dissoluto connubio, suam reliquit uxorem D. Ester de Mattos Iudæam, cui non restituta dote, quam receperat in summa petiarum duorum millium, & quatuor centum ab octo realibus, ipsa Ester instando petiit in Curia Liburni, vel illam sibi restitui, vel saltem alimentari de bonis iam sui viri in calce petitionis descriptis, & petiit ea declarari obbligata, & hypothecata ad effectum prædictum. Unde lata Sententia in dicta Curia dictus Antonius fuit condemnatus ad solvendum d. Ester quolibet anno petias sexaginta pro alimentis petitis; A qua Sententia appellavit Antonius coram DD. Consulibus Maris Civitatis Pisarum, quia cum Voto D. Assessoris etiam ab alimentis Reum conventum absolverunt. Veruntamen pro parte d. D. Ester habito recursu ad S. C. S. pro Revisione, quæ benigne annuendo supplicationi illius, sub die 17. Octobris 1667. rescripsit ut infra „ I Consoli di Mare di Pisa = riveggino questa Causa, e sentite le Parti, la terminino co= me convenga per buona giustizia secondo il Voto de' tre = Giudici delle seconde Appellazioni, nonostante &c. „

Vigore huius rescripti discusso coram nobis negocio, hodie referendum esse censuimus Sententiam Consulum Maris Pisarum alias latam esse revocandam in ea parte, in qua fuit absolutus d. Antonius a præstatione annua petiarum sexaginta, ad quam eum condemnaverat Sententia Liburni, reservatis iuribus d. Ester prout in dicta Sententia, & reformandam esse prolatam in Curia Liburni condemnando dictum Antonium ad sol-

solvendum d. Ester petias septuagintaduo ab octo realibus pro suis alimentis quolibet anno, & ratam quolibet mense, cum declaratione, quod pro iis remaneant obligata & hypothecata bona dicti Antonii, contra quæ omne mandatum necessarium, & opportunum relaxandum esse retulimus, ad hoc ut ex fructibus illorum satisfiat d. Ester de summis prædictis a die litis contestatæ.

Et resolutionis ratio fuit, quia certum est in iure, quod maritus tenetur alere uxorem sive receperit, sive non receperit, 1 vel parvam receperit dotem, quia huiusmodi onus iniungitur viro ex consensu matrimonii *Leg. si cum dotem* 23. § *si autem ff. solut. matr. Fontanell. de pact. nupt. clauf.* 6. *gloss.* 2. *p.* 3. *n.* 11. 13. Unde multo magis tenebitur d. Antonius præstare alimenta d. Ester, a qua recepit dotem petiarum 2409. quamvis illa hodie non sit in obsequio viri, nam quidquid sit, quod tempore Primitivæ Ecclesiæ coniuges etiam inter sese dispares in lege, cohabitare possent, & sic fidelis cum infideli, itaut uxor infidelis manere potuerit in obsequio viri fidelis, & 2 e contra, ut Divi Pauli tradita referendo *Sanchez de matrimon. libr.* 7. *disp.* 73. *num.* 4. *&* *disp.* 74. *num.* 9. tamen temporibus 3 nostris non licere abunde firmat *per tot. disp.* 73. *Sanchez dict. lib.* 7. *&* *dict. disp.* 74. *d. num.* 9 & ad alimenta præstanda dubium non est, quod dictus Antonius teneatur, cum dos ei tra- 4 dita a d. Ester penes ipsum reperiatur, nec præsumitur illam habere alia bona, unde se alere possit *Rot. decis.* 231. *num.* 2. *part.* 6. *rec.* & in pari paupertate, dato quod sit probata paupertas d. Antonii, præferenda est uxor pro alimentis habendis ex fructibus dotalibus, tum quia prima caritas incipit a se ipso, tum etiam quia inter personas privilegiatas, illa præfertur, quæ tractat de damno vitando, ut in terminis nostris fir- 5 mavit *Rot. dec.* 742. *num.* 39. *&* 40. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* nec non repetere posset suam dotem, si a iudice competenti declaratum fuisset dissolutum matrimonium ob renitentiam uxoris amplexandi fidem catholicam, ut diximus in dicta nostra Sen- 6 tentia ex *Sanchez d. lib.* 7. *disp.* 74. *num.* 12. *cum disput. seqq.* Alimenta enim potuerunt a nobis decerni, & in Curia Liburni, quamvis nostra cognitio non fuerit super dissolutione matrimonii, Iudex sæcularis potest alimenta decernere, etiam si quæstio super matrimonio tractaretur coram Iudice Ecclesiastico 7 ut ex *Afflict. dec.* 152. *per tot.* firmat *Surd de alim. tit.* 8. *priv.* 10. *num.* 5. nam ut *Afflictus* ait, causa alimentorum non est de processu causæ principalis, & pendentia illius non impedit petitionem alimentorum coram Iudice Laico, & tam ipse, quam

Ec-

Ecclesiasticus super ipsis providere potest stante paupertate mu-
8 lieris, idem firmat *Io. Aloys. Riccius ad d. dec.* 152. *Afflict.* &
ita fuisse iudicatum a Senatu Cathaloniæ testatur *Fontanell. d.
tract. gloss.* 2. *claus.* 6. *part.* 3. *num.* 33. Censuimus esse refor-
mandam Sententiam latam in Curia Liburni, in qua fuerunt
assignatæ sexaginta petiæ tantum pro alimentis annuis d. Ester,
nam illa persolvi debent, non solum habita proportione ad
9 fructus, seu redditus dotis, verum etiam ad necessaria alimenta
ipsius mulieris, ut dixit *Rot. dec.* 398. *num.* 21. *&* 22. *part.* 9.
rec. Etenim dd. petiæ 72. fuerunt computatæ ad rationem trium
pro centenario quolibet anno in petiis 2400. datis in dotem,
10 & ubi agitur de alimentis præstandis, ut plurimum habetur re-
spectus ad fructus, seu redditus bonorum dotalium *Bald. cons.*
30. *in fin. lib.* 1. *Roland. a Vall. cons.* 55. *num.* 7. *lib.* 2. *Simon.
de Præt. de interp. ultim. volunt. lib.* 4. *interp.* 1. *dub.* 11. *num.*
71. *Rot d dec.* 398. *num.* 33. *part.* 9. *rec.* & in hoc residet ar-
bitrium iudicis, ut dixerunt *Castill. contr. iur. lib.* 3. *cap.* 2. *&*
25. *Fontanell. d. tract. & claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 3. *n.* 6. *Grat.
discept.* 55. *num.* 53. Itaque prædicta quantitas non fuit supe-
rabundans pro victu, vestitu, & aliis indigentis mulieris, quæ
comprehenduntur sub nomine alimentorum.

Et erat quolibet mense solvenda rata illarum, quia ita di-
11 sponit *text. in legat. fin. ff. de lib. agnos. Leg. pecuniæ* 8. *ff. de
alim. & cib. Leg. ubi Bart. & DD.* quos cumulat *Surd. d. tract.
de alim. tit.* 4. *quæst.* 17. *num.* 2. *Simon. de Præt. de interpetr.
ultim. volunt lib* 4. *interp.* 1. *dub.* 11. *num.* 97. *Mastrill decis.*
85. *num.* 40 Sed quia est arbitrarium Iudici, ut dicit *Fontanell.
de pact. nupt. d. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 4. *num.* 60. *& seqq.
Mastrill. d. dec.* 85. *num.* 41. sic a nobis regulatus fuit ex in-
digentiis alimentorum, quas habebat quolibet mense d. Ester.

Diximus ulterius in dicta nostra Sententia bona dicti An-
tonii esse hypotecata pro satisfactione, & solutione respective
dd. alimentorum, nam quando agitur de alimentis præstandis
12 mulieri a viro, & præcipue constante matrimonio tacita hypo-
theca legalis, quæ competit pro dote, trahitur ad fructus do-
tis, seu alimenta, tanquam accessoria ad dotem *Fontanell. d.
tract. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 4. *num.* 11. *Rot. d. dec.* 198. *n.* 35.
13 *&* 36. *part.* 9. *rec. & num.* 37. firmat procedere indistincte,
tam constante, quam soluto matrimonio; Et quidquid in con-
trarium aliqui senserint, non obstante, verior & magis commu-
nis opinio est, teste *Pacific. de Salvian. insp.* 3. *cap.* 4. *n.* 170.
& sequitur *Rot. d. dec.* 598. *num.* 38. *part.* 9. *rec.* quod pro
alimentis competat Salvianum interdictum contra tertios pos-

ses-

sessores, quam pro æquiori, & comuniori testatur etiam *Rot. ubi sup. num.* 39. & vanum esset ab eo in iudicando discedere *Surd. d. tract. de alim. tit.* 8. *privil.* 49. *n.* 8. *in fin.* 14

Dictam summam, & quantitatem alimentorum censuimus deberi a die litis contestatæ, nam alimenta, alimentatio debentur a die petitionis, seu litis contestatæ, non a die provisionis Iudicii, imo quod a die petitionis taxari debeant, servari testatur in Supremis Tribunalibus, & præcipue a *Rot. Roman. Fontanell. d. tract. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 3. *num.* 46. iuncto *n.* 42. *& seqq.* nam alimenta, quæ debentur a die litis contestatæ dicuntur futura respectu illius temporis *Surd. d. tract. de alim. tit.* 8. *privil.* 60 *num.* 16. *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 24. *num.* 8. *Rot. dec.* 690. *num.* 11. *part.* 4. *tom.* 3. *& d. dec.* 398. *num.* 26. *part.* 9. *rec.* quæ decisiones loquuntur in terminis nostris *Franch. dec.* 605. *num.* 2. qui ulterius firmat *d num. & seqq.* quod non requiritur, quod uxor contraxerit æs alienum ad effectum, ut consequi debeat alimenta, sed sola interpellatio sufficit, & hoc asserit ex mente *Rot. Rom.* quæ idem affirmat *in d. dec* 398. *n.* 25 *&* 27. *d. part.* 9 *rec.* 15 16 17

Et quod d. Antonius teneatur ad alimenta predicta non est dubitandum, quia Sententiæ DD Iudicum, a quibus sunt conformes, ut habetur in motivo secundæ Sententiæ in § *fin.* quæ est pars Sententiæ, & ita concurrit res iudicata super earum præstatione; Sed quia in secunda Sententia non fuit tributum ius Ester petendi alimenta ab Antonio, nisi ipse ad meliorem fortunam redigeretur; In ista parte dicta Sententia erat revocanda, quia dispositio *Text. in Leg. maritum* 12. *ff. solut. matrim.* quo cavetur, ut maritus non teneatur erga uxorem, nisi deducto, ne ipse, & eorum filii egeant & notant *DD. ibi & Castagn. tract. deduct. ne egeat quæst.* 1. *per tot. & dixit Rot. d. dec.* 231. *num.* 1. *part.* 6. *rec.* non habet semper, & in omnibus casibus locum, & præcipue in quo uxor indotata remaneat, alimentisque privetur, & maritus, & filii ex illius bonis, & dote alantur; Nam uxor in pari paupertate cum viro præfertur illi in alimentis consequendis, & dum concurrunt duæ personæ pariter privilegiatæ, illa præfertur, quæ tractat de damno vitando, ut supra etiam diximus, ut est uxor *Rot. dec.* 742. *num.* 40. *&* 41. *part.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 231. *num.* 5. *part.* 6. *rec.* & in propriis terminis nostris pauperem iudicavit uxorem in concursu viri *Rot. in d. dec.* 231. *num.* 1. quæ cum non nisi dotem habere præsumatur, viro in isto casu denegavit beneficium deducto ne egeat, & prælationem uxori in concursu paupertatis viri concessit, & in 18 19 20

dict.

d. dec. 741. etiam suspicionem fugæ, & capturam in vim illius secutam ad instantiam mulieris ob privilegium paupertatis, quod in uxore consideravit, confirmavit. Et certum est quod non omnis mutatio Status mariti tribuit ei privilegium deducto ne

21 egeat, quia cum illud concessum sit ex dispositione *Leg.* 2. §. 1. *ff. de cap. dimin.* & ibi solum agatur de mutatione personæ, ita nec deportatio, vel quod maritus sit bannitus ex dispositione dicti textus, non liberat uxorem a naturali obligatione, nec impedit eam civiliter obligari erga virum, ita isto casu non liberatur uxor ab obsequiis viri, & illum convenire non potest, nisi in quantum facere potest; Et quamvis conclusio in dicto casu limitetur etiam quando est locus restitutio-

22 ni dotis, ut firmavit *Castagn. d. tract. limit.* 4. *n.* 8. *& Rot. d. dec.* 231. *num* 8. *& seqq. part.* 6. *rec.* Secus vero est in casu nostro ubi dispositio dicti textus, locum non habet, ut firmavit *Rot.* mox citata contra mulierem, quæ prius se alere debet cum sua dote, talis exceptio non potest opponi, ut consideravit *Rot. Rom.* in supra allegatis decisionibus, & per consequens dictus Antonius contra dictam Ester opponere non

23 potest se aliud non habere, quam dotem a se retentam pro retardandis alimentis in bonis ipsius.

Et ita utraque &c.

Flaminius Burghesius Pretor.
Io. Argentus Rot. Aud. & Relat.
Franciscus Venturinus Rot Aud.

DECISIO XVIII.

LIBURNEN. SINDACATUS.

Die 12. *Aprilis* 1669. *cor. Aud.* FLAMINIO BURGHESIO.
Ex lib. mot. 127. *pag.* 189.

ARGUMENTUM.

MAndatum generale extenditur ad ea pro quibus speciale desideratur mandatum, si post expressionem aliquorum explicitam requirentium mentionem addita fuerit clausula generalis. Indubitantius vero si post negotium gestum ratificatio mandantis accesserit, quæ impediri nequit si Procurator admissus est cum cauthela *de rato* absque ulla protestatione in contrarium. Aliqua adducuntur super fideiussione per Forensem præstanda in Iudicio sin-

sindacatus iuxta Stat. Florent. Quando agitur de debito executivo, & ex Partis confessione certo, potest variari Iudex, nec per hanc variationem liberatur fideiussor, si in fideiussione nomen Iudicis non fuit expressum, nec causa alicui Iudici particulari delegata.

SUMMARIUM.

1 *Debitor qui extraiudicialiter, & in iudicio debitum absolute fatetur, habetur pro confesso.*
2 *Et tunc solæ partes Iudicis debent esse in exequendo.*
3 *Mandatum generale non sufficit ad ea, quæ speciale mandatum requirunt.*
4 *Speciale mandatum requiritur pro agendo actione iniuriarum.*
5 *Amplia ut ibi.*
6 *Mandatum extenditur ad omnia requirentia speciale mandatum stante clausula generali apposita post expressionem aliquorum requirentium specialem mentionem & n. 11.*
7 *Prout est clausula* di far tutto quello che io medesimo se fossi presente &c.
8 *Declara, quod non sit sufficiens, ubi insertur crimen, & maxima contumelia.*
9 *Reiicitur conclusio de qua n. 4.*
10 *Iniuria vera consistit in carceratione.*
12 *Si Procurator est admissus cum cautela de rato, quando non possit impediri ratificatio gestorum.*
13 *Dominus non potest quandocumque ratificare, si Procurator est admissus cum ratihabitione.*
14 *Promissio de habendo rato in mandato inserta operatur speciale mandatum.*
15 *Verba* ratificando, e confermando &c. *habent in se vim ratificationis.*
16 *Verba* circa præmissa *non restringunt mandatum quoad ea, quæ inservire possunt ad causam demandatam.*
17 *Potest fieri mandatum cum libera, etiam circa aliquod particulare negocium.*
18 *Verbum* Curia *generale est, & universitatem significat.*
19 *Verba* muovere in alcun modo petizione, o lite *significant quamlibet litem, & causam etiam improprie quomodocumque movendam.*
20 *Fideiussor non debet teneri nisi ad formam suæ obbligationis.*
21 *In debito executivo, & per confessionem Partis certo potest pendente Iudicio variari Iudex.*

22 *Apud Iudicem mercantiæ iudicium non est executivum, sed ordinarium. Intellige ut ibid.*
23 *Ubi Iudicis nomen est expressum, vel causa alicui Iudici particulari delegata, fideiussor liberatur si variatur Iudex.*
24 *Secus rem si hæc non concurrant.*
25 *Maxime si simpliciter promisit iudicatum solvere.*
26 *Et in fideiussione non solum non fuit expressa persona Iudicis, sed fuit generaliter facta Curiæ.*
27 *Quod procedit non tam si causa ea sui natura in alium Iudicem pervenerit, quam si, ad instantiam Partis.*
28 *In Decisoriis Statutum locis contractus inspicitur.*
29 *Pro cessantibus ad normam Statut. Florent. habentur, qui non valent creditoribus satisfacere.*
30 *In respicientibus meram executionem, debet attendi locus in quo facienda est solutio, etiamsi cum forensi agatur.*
31 *In respicientibus ordinatoria attenditur Statutum loci Iudicii.*

IN Causa Revisionis a S. C. S. commissæ Dominis sex Consiliaris Curiæ mercantiæ decidenda secundum votum censuimus bene iudicatum fuisse ad favorem Domini Thomæ Derhihc tamquam Procuratoris Domini Iacobi Fen occasione Sindacatus per eum petiti, & obtenti contra D. Iacobum, & Gregorium Man contra quos fuit iudicatum in d Causa per Dominos sex, & recursum.

Nec visa sunt obstare multa, quæ exadverso subtiliter opponebantur, partim nullitatem, partim iniustitiam respicientia, quæ maioris brevitatis gratia singulatim proponendo diluemus.

Et sumendo ab eis exordium, quæ dicebantur importare nullitatem.

Non visum est obstare primum obiectum deductum a Statuto Liburni *cap* 57. præcipientis ad favorem commorantium in dicta Civitate, quod ipsi non possint conveniri in foro mercantiæ, neque alibi, nisi primo facta fuerit petitio apud D. Gubernatorem, & ibi permanserit saltem spatio duorum mensium sub pœna nullitatis, quod dicebatur non fuisse observatum maxime iuncto Statuto Communis Florentiæ sub *Rub.* 17. *lib.* 2. ubi præcipitur non suppositos iurisdictioni Florentinæ, præstare debere fideiussionem post quinque dies a petitione, & nisi fuerit præstita, eosdem non posse uti beneficio Statutorum Florentiæ.

Ex quibus Statutis duplici fundamento inferebatur ad nullitatem Sindacatus. Primo quia causa non permanserit Liburni tempore præfixo, secundo quia saltem non præstita ibi post quinque

que dies fideiussione, remanserit d. Dom. Fen, & pro eo d. D. Dethihc privatus beneficio Statuti Florentiæ permittentis dari Sindacatum, nec satis esse si transacto dicto tempore fuisset postea datus, ultra quod etiam dicebatur ex aliis rationibus, ut infra invalide præstitus.

Sed incipiendo a secundo obiecto, de non præstita fideiussione Liburni, & omisso super hoc, an dictum Statutum Communis Florentiæ de præstando fideiussore post quinque dies possit trahi ad petitionem, quæ fit Liburni ex dispositione alterius Statuti nihil de fideiussione loquentis, adeout ex non præstita Liburni præcludatur postea via agendi Florentiæ, adimpleta forma Statuti Florentini, quod nimis durum videretur, sed hoc omisso.

Talis obiectio tollitur ex alio fundamento. Cum enim dd. Domini Georgius, & Iacobus Man statim secuta simplici protestatione, & etiam ante lapsum terminum quinque dierum, fassi fuerint in Iudicio, & etiam extraiudicialiter per epistolam directam dicto Dom. Dethich in Proc. a c. 30. & a c. 33. simpliciter, & absolute debitum absque aliqua prætensione reconventionis habentur pro confessis, quia quodammodo sua sententia damnantur *Leg.* 3. *&* 6. *ff. de confess. ubi Castr. n.* 1. *Rot. Ian. dec.* 60. *in princ. & dec.* 73. *n.* 1. adeo ut in tali debito absolute, & absque ulla prætensione confesso, solæ partes Iudicis, debeant esse in exequendo *Castr. in d. Leg.* 1. *ff. de confess. Gratian. cap.* 171. *n.* 6. *&* 10. 1 2

Unde fuisset supervacaneum præstare fideiussionem, quæ præstatur ad hoc, ut conventus in casum succumbentiæ actoris, possit re habere expensas litis, nec non in recoventione non fraudetur, quando actor erat in casu indubitatæ victoriæ, & per consequens non est intelligendum Statutum de debito certo, & confesso, super quo esset incongrua dispositio.

Circa secundum, quod causa non permanserit Liburni spatio duorum mensium, dato, & non concesso, quod Statutum etiam de debitis claris, & iudicialiter confessis, & quæ per se habent executionem paratam ex se, sed tantum ex dispositione Statuti Florentiæ, prout verius crederem, & videntur annuere verba, ex quibus se declarant statuentes velle obviare incomodo eorum qui = sono di fatto gravati alla Mercanzia di Fiorenza, = ed incarcerati con gran spesa, e disagio = ex quibus verbis videntur statuentes voluisse providere executionibus, quæ fiunt ex privilegio, & dispositione Statuti Florentini, non iis, quæ possunt fieri de iure comuni in debitis confessis.

Hoc inquam omisso, tollitur obiectum ex facto, quia post factam protestationem, & iudicialem, & extraiudicialem debiti

confessionem antequam peteretur executio Florentiæ, causa permansit Liburni a die 29. Februarii usque ad diem 8. Iulii sequentis, ut ex Proc. a c. 29. & a 87 Unde cum non solum post petitionem, verum etiam post condemnationem, quæ sequitur ex iudiciali confessione, ut supra diximus, causa ibi longius permanserit eo quod requirebatur, videtur abunde satisfactum Statuto prædicto.

Secundum obiectum, in quo maxime fuit institutum, erat defectus mandati.

Dicebatur enim d. Dominum Dethihc non habere mandatum sufficiens pro Sindacatu, maxime stantibus verbis restrictivis *circa le premesse*.

Negabatur enim tale mandatum esse cum libera, & quando esset, asserebatur non esse sufficiens ad ea, quæ requirunt speciale mandatum *cap. ad agendum* 4. *de Procur. in 6.* cum concordantibus. 3

Immo quia ex dicto Sindacatu non probato potuisset contra dictum D. Fen agi actione iniuriarum, speciale mandatum requiri *Ias. in Leg. Procurator. Cod. de cond. indeb. Felin. & alii apud Rot. Ian. dec.* 100. *n.* 2. *Merlin. dec.* 120. *n.* 8. Et possibilitatem, quod hoc possit accidere satis esse ad hoc ut requiratur speciale *Soccin. cons.* 120. *n.* 6. & 7. *Lancellott. de attent. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 12. 4 5

Nec obiectum tolli, si forte diceretur mandatum factum fuisse addita Clausula generali post aliqua expressa de eis, quæ requirunt speciale mandatum, quia post demandatam carcerationem, & transactionem, quæ requirunt speciale mandatum, fuit addita Clausula generalis, nempe ea, quæ ipse mandans facere posset, quo casu mandatum extenditur etiam ad aliqua requirentia speciale *cap. qui ad agendum* §. *Sed si aliquis extr. de Procurat. in verb. iurandum. Litt. B.* Et in specie de nostra Clausula = di far tutto quello, che io medesimo, se fossi presen- = te &c. = posita post requirentia speciale mandatum *Wessembec in Paratith. tit. de Procur. n* 7. *Manz. de Procur. n.* 114. 6 7

Quia potest replicari, quod neque adhuc est sufficiens ubi infertur crimen, & maxima contumelia *Clement. non potest de Procur. ubi gloss.* 8

Sed his non obstantibus, non visum est relevare obiectum. Nam posse conveniri actione iniuriarum, non est de diminuentibus Statutum, unde debeat excludi a mandato generali facto in forma supradicta, ut in specie dicit *gloss. in d. Clement. non potest. n.* 50. *vers.* = quia dissolvere societatem, vel agere iniu- = riarum, de actione dato quod succumbat non continet dimi- 9

= nu-

„ nutionem status. Et ideo non requiritur expressum hoc in „ illo, qui habet generalem administrationem. „

Sed ulterius, cum fuerit in specie demandata excarceratio, in qua vere consistit iniuria *Soccin. cit. cons.* 120. *num.* 6. *&* 7. *Alex. cons.* 17. *n.* 7. *Ciryac. & alii ap. eum contr.* 702. *n.* 12. non in Sindacatu, qui consideratur absque carceratione nullam infert iniuriam, nec irrogat infamiam, nisi dolosus reddatur culpa Rei non observantis præcepta Statuti (ut constat ex eodem Statuto.) 10

Demandata carceratione, censebitur etiam demandatus Sindacatus sub Clausula generali apposita post demandatam specialiter transactionem (cum nihil maius, aut deterius carceratione, & transactione videatur importare) *cap. qui ad agendum §. etsi aliqui de Proc. in 6. ubi glo∫s. cum aliis supra citatis.* 11

Quod maxime habebit locum secuta exabundanti ratificatione in specie dicti Sindacatus.

Nec dicatur d. ratificationem non posse habere locum stante protestatione facta de dicta insufficientia apud DD. Sindicos, & Recursum.

Quia quando Procurator est admissus cum cauthela de rato, non potest impediri ratificatio gestorum facienda per eum, nisi protestatio facta fuerit in omni actu, quod non intelligitur litigare, nisi in quantum sit legitimus Procurator, ita consulit *Bart.* ad hoc ut Dominus non possit quandocumque ratificare, si Procurator esset admissus, cum rathiabitione *in Leg. inter quos § alieno n.* 3. *&* 4 *ff. de damn infect. Iason. in Leg. licet n.* 8. *Cod. de Procurator. Roman. singul.* 686. *vers. tertio nisi* & quod saltem debeat fieri ab initio *Cæpoll. cautel.* 15. *Rot. Ian. dec.* 179. *n.* 21. 12 13

Unde multo minus poterit impediri in casu nostro, ubi in mandato fuit inserta non solum promissio de habendo rato, continens ratificationem futuram, quæ iuncta cum præcedentibus operatur speciale mandatum *Rub. claus.* 560. *n.* 4. sed ulterius inserta fuit vera, actualis, & præsens ratificatio de tempore mandati „ ibi „ ratificando, e per questo presente confermando tutto &c. „ quæ verba videntur habere in se vim ratificationis absque alia ratificatione, ut de similibus verbis „ tutto quello „ farà, sarà ben fatto „ decisit *Rot. dec.* 228. *n.* 9. *par.* 4. *rec.* 14 15

Ad omnia supradicta non visa sunt obstare verba restrictiva *circa præmissa* Quia dicta verba, etsi restrictiva non restringunt mandatum circa ea, quæ possunt inservire ad causam demandatam *Bart. in Leg. qui Romæ §. Callimacus ff. de verb. oblig. n.* 5. & est vulgatum, quod potest fieri mandatum etiam cum libera circa aliquod particulare negocium. 16 17

Tertia succedebat obiectio fundata in Statuto Florentino iubente ante omnia præstari fideiussionem a Forensi sub expressa pœna nullitatis.

Quæ fideiussio dicebatur non præstita ad formam Statuti quamvis esset præstita per D. Dethic *avanti l' Offiziale*, *e Corte* dicebatur enim non posse extendi ad Sindacos subrogatos, adeout apud eos d. fideiussor teneretur, ad quod adducebatur motivdm *Rot. nost. lib m.* 107. *a* 301. ubi dicitur Curiam Mercantiæ diversa continere tribunalia, & fideiussorem præstitum coram Iudice executivo, non remanere obligatum in casu reconventionis apud DD. sex Iudices ordinarios illius Curiæ.

Sed nos hanc quoque nullitatem reiiciendam censuimus, considerando, quod verbum *Curia* generale est, & universitatem significat *Leg. nulli* 3 *ff. quod cuiusque univers. Covvarr. pract. quæst. cap.* 4. *n* 10. *Cabed. dec.* 3. *par.* 2. *num.* 1. & dicitur in præallegato motivo citato exadverso „ ibi „ licet Curia Mer- = cantiæ una, & eadem sit, diversa tamen continet Tribunalia. =

18

Unde fideiussio præstita *all' Offiziali*, *e Corte &c.* & infra *di stare a ragione nella presente Corte &c.* tam ordinarie, quam executive, tamquam præstita universaliter in Curia, omnia Tribunalia compræhendet.

Consideravimus etiam, quod Forensi volenti agere etiam per viam Sindacatus, nulla alia præscribitur forma præstandi fideiussionem, quam supradicta quæ præstita fuit a dicto Domino Dethic, ut patet *in Rubr.* 8. *de execut.* ubi etiam Sindacatus compræhenditur „ ibi „ Non possino godere del benefizio di d. = Statuto alcuni forestieri, se prima non avranno lodato nella = presente Corte all'approvazione dei Sei nel modo &c. = ubi ponderando illa verba *nel modo &c. e conforme gli ordini &c.* suadent formam dictæ fideiussionis præscriptam, & cum alia non legatur, hanc esse convincitur.

Imo etiam in Statuto *sub Rub.* 13 hæc eadem forma fideiubendi fuit præscripta in omni lite, & causa movenda per Forensem „ ibi „ Se alcun Forestiero non sottoposto &c. vorrà in = alcun modo per se, o per altri muovere in detta Corte al- = cuna petizione, lite &c. o in alcun modo in quella litigare „ quæ verba „ muovere in alcun modo petizione, o lite in detta = Corte „ postea repetita „ o in alcun modo in quella litigare „ significant quamlibet litem, & causam etiam improprie quomodocumque movendam *Barbos. dict.* 21. *n.* 2. *Tiraquell. in L. si umquam Cod. de revoc. donat. in verb. omnia*, *vel partem aliquam n.* 14. *&* 40. *Curt. iun. cons.* 177. *n.* 6. *& seqq.* & ideo compræhendunt etiam iudicium sindacatus sub hac specie fideiussionis.

19

Quod

Quod videtur indubitatum etiam ab absurdo evitando; Quia Statutum præcipit fideiussionem dari ante petitionem, antequam Sindaci adhuc non erant extracti, unde apud eos nondum existentes dari non poterat aliqua fideiussio, & consequens absurdum fuisset hoc præcipere.

Responsio, quæ dabatur, quod nihilominus poterat dari, quia Curia Mercantiæ continet virtualiter etiam Sindacos, potest retorqueri: quia si Curia Mercantiæ continet virtualiter etiam Sindacos, etiam eos virtualiter comprehendet fideiussio data universaliter in Curia.

Eo magis quia si hoc non esset, sequeretur absurdum, quod causæ decoctorum alibi coeptæ, quæ secundum formam Statuti dictæ Curiæ cadunt in dd. Sindacos, remanerent absque fideiussore contra mentem dicti Statuti.

Neque ad hoc evitandum satisfaciebat distinctio, nempe quod fideiussio ita præstita, remanet valida, quando causæ cadunt ex sui natura in dd. Sindacos, secus si hoc faciunt ad instantiam Partium.

Tum quia semper dato sindacatu vigore dicti Statuti causæ de sui natura absque Partium instantia deveniunt in Sindacos, ut ex *d. rubr.* 2. §. *se alcuna persona*, *vers. e tutte le esecuzioni*.

Tum etiam quia, cum obligatio tamquam voluntaria procedat ab intentione Fideiussoris, qui non debet teneri, nisi ad formam suæ obligationis, ne ultra mentem officium Fideiubentis damnosum sit, ut inquit *Thesaur. dec.* 202. *n.* 15. nihil debet interesse, quomodo causa deveniat in Sindacatu, sed solum, a forma fideiussionis etiam ad eos se extendat, ut fatius infra dicemus ad obiectum, an variato Iudice, remaneat obligatus Fideiussor. 20

Non obstat modo allatum motivum, quia illud loquitur in materia reconventionis, & dicit, quod fideiussio præstita a Clerico tam in iudicio conventionis, quam reconventionis, non operatur quoad eius subiectionem in causa reconventionis apud Iudicem Ordinarium, si conventio prius facta fuit apud Iudicem executivum, cum reconventio debeat fieri non solum in eadem Curia, sed etiam eodem tempore apud eumdem Iudicem.

Et vere si in alium sensum traheretur, esset absurdissimum, quia motivum decideret, quod fideiussio præstita ordinarie, & executive apud DD. Sex non valeret, apud eosdem DD. Sex, apud quos fuit præstita, quod esset absurdissimum, & de hoc nemo dubitat.

Quar-

Quartum obiectum erat, quod non potuerit saltem pendente iudicio apud Iudicem executivum variari, & ad Sindacos confugere.

Sed hoc quoque visum est nobis corruere: indebito enim
21 executivo, & ex confessione certo, & indubitato, indubitatum etiam est, quod variari possit, *Sauleger. de prev. iud. cap.* 10. *n.* 25. *Merlin. de pignor. lib.* 4. *qu.* 108. *n.* 6. *& seqq. Merlin. dec.* 623. *n.* 3. *Rot. dec.* 161. *n* 4. *&* 8. *par.* 6. *rec. & dec.* 122. *n.* 16. *& seqq.* & alii innumeri, qui possent allegari.

Nec obstat si diceretur apud Iudicem Mercantiæ iudicium
22 non esse executivum, sed ordinarium authoritate, *Scacc. de sent. & reiud. gloss.* 14. *qu.* 10. *n.* 10. quia ipse non dicit, quod tale iudicium sit ordinarium, sed quod ab eo vigore Statuti datur appellatio, ac si esset ordinarium; unde fatetur esse executivum ex eo ipso, quod dicit dari appellationem, ac si esset ordinarium, quasi non sit.

Remanet igitur videndum, an secuta tali variatione, liberetur Fideiussor, & talis liberatio operetur nullitatem sindacatus, ex eo quod Statutum præcipit ante omnia dandum esse Fideiussorem, quasi liberatio Fideiussoris influat nullitatem in sindacatum, qui non possit absque Fideiussore dari ad favorem Forensis.

Sed vere quamvis controversa sit quæstio, an Fideiussor de iudicatum solvendo remaneat obligatus mutato Iudice, vel instantia, tamen diversæ opiniones fœdere distinctionis conciliantur.

Nam, aut expressum est nomen Iudicis, vel delegata cau-
23 sa alicui Iudici particulari, & tunc fideiussio dissolvitur, nec valet apud alium Iudicem, & locum habet *Leg. cum apud Sempronium ff. iud. solv.*

Aut non est proprio nomine vocatus, nec delegata causa alicui
24 tamquam Iudici particulari, & habet locum *Text. in Leg. proponebatur ff. de iudic. Roman. cons* 210. *Cancer. de offic. iud. tab. cap.* 12. *n.* 107. *& seqq. Hodiern ad Surd. dec.* 212. *n.* 121. *Gizzarell. dec.* 14. *n.* 10. *ubi Balthas. de Aug. n.* 1. 4.

Maxime ubi simpliciter promissum est iudicatum solvere
25 *Thesaur. dec.* 202. *n.* 11. & magis ubi in fideiussione non solum non fuit expressa persona Iudicis, sed eadem fuit generali-
26 ter facta Curiæ *Hodiern. ad Surd. d. dec.* 212. *n.* 6. *Gizzarell. d. dec.* 14. *n.* 10. ubi addit rationem, quia tunc a quolibet Iudice iudicetur ex eadem Curia, & in fortioribus terminis idem confirmat *Mel. in addit. ad d. dec. n.* 23.

Et convincitur ab absurdo evitando, quia cum Sindaci possint virtute Statuti ex se causas avocare, si non teneret etiam

apud

apud eos fideiussio præstita Officiali, & Curiæ, sequeretur memoratum absurdum, quod illi, ad quorum favorem fuit præstita, remanerent sine Fideiussore contra expressam mentem Statuentium.

Nec obstat allata distinctio, quo fideiussio teneat, ubi causa ex sui natura pervenit in Iudicem, non ubi in eum descendit ad instantiam Partis, quia hanc distinctionem iam supra refutavimus, superaddendo quod ad instantiam Partis fuit avocata apud *Canc. d. cap.* 12. *de offic. Iud. tabulæ*, & tamen fuit iudicatum Fideiussorem teneri, sequitur *Gizzarell. dec.* 14. *num.* 13. *Mel. ad d. dec. n.* 25. 27

Quas nullitates tanto magis refellendas esse censuimus quanto obiecta pro iniustitia deducta nullo visa sunt niti iuris fundamento.

Primum enim erat, quod in dd. DD. Man abessent requisita Statuti ad hoc, ut possent declarari cessantes.

Alterum, quod d. D. Fen tamquam forensis non potuerit uti Statuto Florentiæ, cum in decisoriis locus contractus inspiciatur, *Rot. Ianuen. dec.* 100. *n.* 1. *Barbos. in Leg. heres absens* 19. §. *proinde de iudic. num.* 59. *Mascard. de Stat. interp. concl.* 7. *n.* 74. 28

Sed respondetur primo requisita non solum sufficere, sed superabundare, quando enim hoc unum sufficit, quod quis debitorum mole oppressus non valeat creditoribus satisfacere, ut firmant *Caball. resol. crim.* 105. *n.* 11. *&* 25. respondens contrariis *& n.* 30. asserens DD. contrarium asserentes loqui in Statuto antiquo, & idem pluries iudicavit *Rot. nostr. ut lib. mot.* 123. *a* 669. *&* 100. *seu* 101. *a* 398. *&* 103. *a* 352. ex quo triplici iudicio orta est consuetudo ita iudicandi. 29

Sed ex abundandanti non deerat fides Magistri Militum in *Proc. a* 36. ex qua asserebatur ipsos semper de nocte deambulare, & ideo capi non posse, & de eorum pluribus debitis constat ex pluribus litteris in *Proc. a* 52 *usque ad* 60.

Quibus nihil obstare visi sunt Testes examinati, tum quia ipsi non deponunt præcise qua die, & hora allocuti sint dd. DD. Man, tum quia etiam si deponerent extra diem feriatam & de die fuisse allocutos, deponerent contra factum expressum ex confessis a dd. DD. Man, tam in iudicio, quam extra, & ideo non relevarent.

Nec visum fuit obicem facere secundum, quia cum simus in debito confesso, & in contractu imperfecto, & sic in respicientibus meram esecutionem, debet etiam quoad Forenses attendi

tendi locus, in quo est facienda solutio, sive executio, *Barbos.*
30 *in d. Leg. hæres absens* §. *proinde n.* 69. *&* 92. *Mascard. de gen. Statut. interp. concl.* 6. *n.* 78. 79. *&* 80. *Rocc. de assecurat. notab.* 100. *n.* 394. *& seqq.* Et in terminis Statuti, quod debitor capiatur, & audiatur in carcere, quod sit attendendum
31 Statutum loci iudicii, tamquam respiciens ordinatoria, *Barbos. in Leg. exigere dotem n.* 115. *Caravit. tit.* 166. *n.* 61. *Rocc. de assecurat. notab.* 100. *n.* 394. *usque ad* 399.

Unde ita fuit iudicatum, utraque Parte informante &c.

Flaminius Burghesius Prætor, & Rel.
Ioannes Argentus Rot. Aud.
Franciscus Venturinus Rot. Aud.

DECISIO XIX.

FLORENTINA RESCISSIONIS DONATIOMIS.

Die 10. *Maii* 1669. *cor. Audit* Flaminio Burghesio
Ex lib. mot. 127. *pag.* 221.

ARGUMENTUM.

DOnatio pura a minore viginti duo annorum facta etiam cum iuramento, & Iudicis Decreto non substinetur, obstante Reformatione anni 1565. legitimam ætatem circa stabilium alienationem extendente ad annum vigesimum secundum; si vero concurrat enormis, vel enormissima læsio, eodem nullitatis vitio laborat, quamvis sit correspectiva, quamvis læsio Donanti innotuerit, & quamvis donatio iuramenti religione fuerit vallata; Atque potest donans absque petita absolutione a iuramento illam impugnare, vel si absolutionem petat, sufficit quod absolutio Partis citationem præcedat.

SUMMARIUM.

1 *Periti a parte electi faciunt probationem probatam.*
2 *Statutum habens quem pro maiore post decem & octo annos non habet locum in alienatione stabilium.*
3 *Contrarium verius.*
4 *Maior* 25. *annorum stabilia alienare non prohibetur.*
5 *Reformatio Stat. ann.* 1565. *non solum magistratus licentiam supplet, sed ætatem prorogat ad annos viginti duo.*

6 Sta-

6 *Statutum quando nos ad ius comune reducit est latissime interpretandum.*
7 *Decretum Magistratus super donatione pura minoris interpositum, est nullum.*
8 *Quia in donatione huiusmodi nequit esse iusta causa, quæ in decreto requiritur.*
9 *Prout quoque nullum est si interpositum fuerit absque cognitione causæ.*
10 *Verbum* debet *relatum ad Iudicem necessitatem importat.*
11 *Decretum Iudicis nil operatur in simplici donatione.*
12 *Iuramentum non convalidat simplicem donationem factam a minore.*
13 *Multoque minus decretum Iudicis.*
14 *Statutum conditum ad evitandas fraudes, dicitur conditum ratione publicæ utilitatis.*
15 *Ubi adest læsio enormissima, iuramentum præsumitur dolo, & vi extortum.*
16 *Iudex qui debet aliquid curare, non potest donare.*
17 *In minore læsio enormis sufficit ad rescissionem contractus.*
18 *Minor læsio requiritur in minore, quam in maiore.*
19 *Læsio enormis dicitur, quæ lædit in sexta parte.*
20 *Contractus enormissime læsivus rescinditur etsi factus a maiore cum iuramento, & Iudicis Decreto.*
21 *Quando læsio est in magno excessu præsumitur ignorantia.*
22 *Læsio enormissima nunquam censetur comprehensa in contractu.*
23 *Iudices supremi semper exaudiunt reclamantes super læsione enormissima.*
24 *Donatio pura procedit ex mera liberalitate.*
25 *Et eo solo animo fit, ut liberalitas exerceatur.*
26 *Verbum* componere *non donare, sed transigere significat.*
27 *Donatio dicitur correspectiva, in qua donans proprium quærit comodum.*
28 *In donatione correspectiva, & cum causa locum habet læsio.*
29 *Pacta in eodem contractu apposita dicuntur correspectiva.*
30 *Promissio evictionis est contra naturam donationis puræ.*
31 *Læsio enormissima quæ sit, plures sunt DD. sententiæ.*
32 *Secundum comuniorem tamen ea dicitur, quæ in considerabili quantitate dimidiam excedit, & n. seq.*
34 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, & n. 50.*
35 *Arbitrio Iudicis relinquitur declaratio enormissimæ læsionis iuxta plurimum DD. mentem.*
36 *Minor* 25. *annis habet Iudicium imperfectum.*
37 *Aliqui DD. volunt enormissimam læsionem illam dici, ex qua* non

non datur, triplum, aut quadruplum.
38 *Sermo loquentis non intelligitur contra se ipsum, maxime si contra alios potest intelligi.*
39 *Retentio facillime conceditur.*
40 *Donatio correspectiva, in excessu habenda est pro pura.*
41 *Posita correspectivitate nunquam censetur donatum, quod excedit dimidiam.*
42 *Nisi hoc expresse sit dictum.*
43 *Dolus reipsa quoad rescindendum contractum æquiparatur dolo ex proposito.*
44 *Scientia non operatur ubi læsio est enormissima, & de ratione.*
45 *Nemo præsumitur velle se enormiter lædi.*
46 *Suprema Tribunalia non curant iuramentum, neque alias clausulas.*
47 *Renunciatio specialis enormissimæ læsioni etiam iurata non valet.*
48 *Non invenitur cauthela in iure, ex qua renunciari valeat læsioni enormissimæ.*
49 *Clausula* omni meliori modo *non potest supplere consensum, & contractus naturam mutare.*
50 *Stante enormissima læsione, absolutio a iuramento non est necessaria, quia in ea præsumitur dolus.*
51 *Limita si læsio adhuc non est detecta, & ratio affertur.*
Potest quis agere contra proprium iuramentum, si a nullo fuit reclamatum. bid.
52 *In periurium non incurritur si pars citata non fuerit.*
53 *Verba* putaverit esse veniendum, *ad solam cognitionem referuntur.*
54 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, nec potest supplere consensum.*
55 *Quælibet causa excusat a periurio.*
56 *Nequit esse periurum, ubi non est perfidia, neque dolus.*
56 *Qui dicit se deceptum potest agere absque metu periuri.*
58 *Iudex potest exceptionem periuri reservare discutiendam in processu causæ nisi incontinenti evidenter probetur.*

VOlens agere D. Eques Carolus de Almenis ad rescissionem ad contractus donationis iuratæ factæ suis fratribus de die 23. Ianuarii 1636. constare nobis fecit (post plures initas Sententias, & decreta, quæ longum foret recensere) medientibus Calculatoribus ab utraque parte electis, atque concordi voto referentibus, dictum Dominum Equitem Carolum donasse annuum redditum scutor. 272. pro scutis centum; quæ

quæ relatio summo Iure fuit a Supremo Magistratu approbata, quia periti a Parte electi faciunt probationem probatam, *Rota dec.* 324. *n.* 14. *&* *dec.* 177. *num.* 7. *part.* 10. *rec.* Ultra quod fuit *approbata de Partium* consensu.

Et hunc redditum d. D. Eques probare intendebat fuisse verosimilem in hac, & in maiori quantitate: Quia medietas dictorum bonorum fuit locata de anno 1626. pro annua mercede scutorum 652. Equiti Francisco; Unde inferebat totum potuisse locari pro scutis 1304. iuxta quam locationem pars dicti D. Equitis Caroli fuisset, maioris redditus, quia ascenderet ultra scuta 326.

Eo magis quia in dicta locatione non remansit compræhensa Domus magna Dominorum de Almenis una cum bonis dictæ Domui æquivalentibus.

Unde talem redditum dicebat non solum verosimilem in hac quantitate, sed in maiori &c.

Superaddebatur, bona fideicommisso supposita fuisse æstimata per Laudum a D. Equite de Nobilis scuta 56521. 1. 4. 8. de anno 1615. sub rog. Ser Bartholomæi de Brancaccinis in *Proc. a* 848. & a 955. & bona libera ab eodem æstimata fuisse, hoc est Prædium Cerri sc. 1272. 3. 6. 4. in *Proc. a* 955. Prædium Aioli sc. 1072. 3. 13. 8. in *Proc. a* 293. & a 294. Domum Florentiæ sc. 8000. in *Proc. a* 955.

Et deinde per Sententiam Magistratus Prædium Collis sc. 3000. in *Proc. a* 202. quibus addi deberent bestiamina æstimata concorditer coram tertio in summa sc. 3145. 5. 10. in *Proc. a* 1938.

Quoniam etiam non consideratis nominibus debitorum in summa sc. 2007. 4. 3. nec non fructibus prædiorum vulgo le grasce, e contanti in summa sc. 1494. in *Proc. a* 940.

Ascendebant nihilominus his relatis pro parte tangente dicto D. Equiti Carolo ad valorem sc. 18253. salvo &c.

Unde iuxta calculum reddiderunt paulo plus quam duo pro centenario.

Et ita prædictus, immo maior redditus videbatur verosimilis, maxime de eo tempore.

Quibus ita positis absque ulla discrepantia unanimi voto censuimus dictam donationem esse rescindendam, & locum habere remedium *Legis* 2. *Cod. de rescind. vendit.* rationibus infrascriptis.

Ad quarum maiorem evidentiam, quia plurimum confert examinare, an d. D. Eques Carolus tunc temporis annorum

decem, & novem circiter esset habendus pro maiore, vel pro minore, hoc ante omnia examinabimus.

Ex primo aspectu suadebat illum habendum esse pro maiore, *Statutum Rubric.* 115. restringentis ætatem perfectam ad annos decem, & octo.

Nec relevare si adversus d. Statutum diceretur quod hoc non obstante Statuto maior decem, & octo annorum habeatur pro minori, quo ad alienationem bonorum stabilium ea ratio-
2 ne, quia Statutum potest operari in reliquis alienationibus extra stabilia, ut tenuerunt *Castr. cons.* 106. *n.* 2. *vol.* 2. *Soccin. cons.* 130. *n.* 3. *libr.* 1. *Dec. cons.* 39. *num.* 3. *Tiraquell. de nobil. cap.* 20. *Caball. cons. decisivo* 144. *n.* 138. *lib.* 1. *Simoncell. de decret. libr.* 3. *tit.* 8. *num.* 4. *& inspect.* 3. *tit.* 7. *n.* 26. *Asyn. in prax.* §. 1. *n.* 24. *Borgn. Cavalc. dec.* 19. *n.* 22. *part.* 2. *quam veriorem dicit Mocc. Silva casuum cap.* 64. *n.* 7. *Curt. sen. cons* 43. *n.* 29. *Cristin. dec.* 132. *lib.* 2. *quorum multi loquuntur in Statuto Florentino.*

3 Quia contrarium forte ut verius censuerunt *Castr sibi contrarius in termino Stat. Florentini in Leg omnes C. qui veniam ætat. impetr. & in Leg. si frater* 4. *ff. qui testam. fac. poss num.* 2. *Caball. pariter sibi contrarius cons.* 180. *n.* 46. *lib.* 1. *Montan. de tutelis cap.* 33. *num.* 619. *Felic. de soc. cap.* 5. *n.* 18. *&* 19. qui ita distinguit, aut statutum dicit, quod minor possit alienare, & vera est prima opinio, quia potest verificari extra stabilia, aut statuit, quod ætas decem, & octo annorum completa, sit perfecta ætas, & vera est secunda, quia si debet esse perfecta erit prout esset ætas 25. annorum, quam habens etiam stabilia alienare non prohibetur, quam opinionem sequitur
4 *Possid. de empt. & loc. lib.* 1. *dub.* 12. *n.* 74.

Sed quidquid sit de diversa opinione tot Iurisconsultorum, & posita etiam pro veriore secunda opinione.

Nos videmur esse extra difficultatem stante reformatione anni 1565. cuius hæc sunt verba „ Considerando, che detta = età d' anni diciotto è molto tenera, e pericolosa, atteso che = di ragion comune l' età minore è insino a 25. anni, e però = abbracciando la via del mezzo hanno ordinato, che per = l' avvenire tutti gli adulti della Città, e Dominio Fioren- = tino non possino &c. alienare beni stabili, se non averanno = finiti ventidue anni della loro età, senza licenza del Magi- = strato, da ottenersi per loro partito secondo gli ordini, ag- = gravando in ciò le loro conscienze ad effetto che abbino, e = devino considerare se la ragion dell' alienare sia giusta, o

= no,

= no, e concederla, o denegarla come parrà loro di ragio-
= ne &c. „

Certissimi enim iuris est, quod per dictam reformationem ætas annorum decem, & octo circa alienationem stabilium, cæterorumque in dicta reformatione comprehensorum prorogatur ad annos viginti duos.

Non enim dici potest, ut asserebatur, quod solum fuerit superaddita licentia Magistratus ad effectum quod sine ea usque ad annos viginti duos suppositi Magistratui non possent alienare, non autem ætas prorogata. Quia ponderando illa verba „ E considerando alla prodigalità de' Giovani &c. quali
= per aver compito anni diciotto della loro età dilapidano &c.
= e considerando, che detta età di anni diciotto è molto te-
= nera, atteso che di ragion comune è di venticinque &c. ab-
= bracciando la via del mezzo hanno provvisto &c. „

Excluditur enim dicta responsio animadvertendo, quod Statuentes providendo dictis suppositis declaraverunt se velle amplecti mediam viam inter ius commune, & statutarium, quorum utrumque disponit super ætate minorum &c.

Unde si mediam viam inter unum, & alterum quando utrumque super ætate disponit amplexi sunt, super ætate disposuisse certum est, eam prorogando respectu Statuti, & eamdem coarctando respectu Iuris communis, ne dicamus mediam viam, quam amplexi sunt esse quid diversum ab extremis de quibus comparatur.

Et hanc vere fuisse statuentium intentionem, nempe ætatem prorogandi usque ad annos viginti duos, non solam licentiam Magistratus supplendi clare, & pluries decisit *Rot. nostra* nempe *lib. motiv.* 115. *a* 182. *his præcisis verbis. Et tandem in hoc casu est extra difficultatem, quia mens Statuentium fuit extendere minorem ætatem ab anno decimo octavo usque ad annum vigesimum secundum. Et libr. motiv.* 34. *a* 153. *idem decisit etiam his præcisis verbis & ætas decem, & octo annorum fuit prorogata per dictam legem* 1565. *ad ætatem annorum viginti duos, quæ ætas viginti duorum annorum subrogata fuit in locum ætatis decem, & octo annorum.* 5

Et in hunc sensum fuit intellecta ab ipso Magistratu Pupillorum, ut patet ex informatione facta ab eodem Magistratu S. C. Ser. „ ibi „ Per la nuova riforma fu tale età d' anni di-
= ciotto ampliata, e ridotta ad anni ventidue „

Quod maxime dicendum videtur, quia dicta prorogatio in eo quod corrigit antecedens Statutum (ætatem prorogando) nos reducit ad ius commune, quo casu latissima facienda est in- 6

terpraetatio ; ut ad illud nos reducat *Mascard. de general. stat. interp. concl. 4. n. 66.*

Firmato igitur pro indubitato tam rationibus, quam autoritatibus dictum Dominum Equitem Carolum respectu alienationis bonorum fuisse minorem, licet ratiocinari; aut donatio tunc temporis ab eo facta fuit pura, aut correspectiva; si pura (ut fuisse in excessu prætenditur) Decretum Magistratus super ea interpositum fuit nullum *Leg.* 3. §. *cum autem donationem* 7 *C. si maior. factus*, *Cutell. de donat. disc.* 2. *part.* 10. *num.* 38. *&* 47. *Bald. in Leg.* 1. *C. si adversf. donat. num.* 2. *Catillian. Cotta in verb. decretum lib.* 2. ubi reddit rationem, quia in de- 8 creto requiritur iusta causa, quæ non potest esse in donatione sequitur *Cristin. lib.* 2. *dec.* 125. *n.* 14.

Duplicatur fundamentum, quia ex hoc appareret factum fuisse absque causæ cognitione, quia si cognovissent tale decretum absolute læsivum tam iniuste illud non interposuissent; 9 Unde etiam ex hoc dicitur nullum, & tanquam non appositum deficere etiam si intersit *Leg. cum his*, §. *si prætor ff. de transf. Eug. consf.* 29. *n.* 65. *&* 66. *Castr. consf.* 38. *n.* 13. *vol.* 2. *cum aliis apud Altogr. iun contr.* 7. *n.* 38.

Maxime quia præcipitur super hoc cognosci „ ibi „ ad effetto, che abbino, e devino considerare, se la cagione dell' 10 alienare sia giusta &c. „ Verbum enim *debet* relatum ad Iudicem necessitatem importat *Barbos. dict* 77. *n.* 4.

Remota igitur dicta licentia, cuius ratio nulla haberi de- 11 bet in simplici donatione *Cutell. de donat. disc.* 2. *partic.* 10. *n.* 38. cum donare sit perdere, nihil operabitur interpositum iuramentum; Tum quia nihil operatur in simplici donatione facta 12 a minore, *Bald. in d. Leg.* 1. *C. si adversf donat. num.* 2. ubi dicit, *quod si adest statutum, quod minor absque auctoritate Curatoris non possit donare impossibile est, quod minor cum auctoritate Curatoris donet etiam iurando, quia impossibile est eum habere Curatorem ad donandam sequitur Cutell. de donat. d. disc.* 2. *part* 10. *n.* 38. 41. *&* 42. *Gratian. cap.* 233. *n.* 2. 3. *&* 6.

Iudex enim non potest suo decreto vires addere donationi 13 simplici factæ a minore, *Cavaler. decisf.* 257. *num.* 9. *versf. ex quibus.*

Tum quia vigore nostri Statuti habetur dolo, & vi extortum, & tale Statutum ad favorem suppositorum Magistratui habetur pro reperito in dicta reformatione; Tum quia condi- 14 tum est ad evitandas fraudes, & sic ratione publicæ utilitatis, *Duran. dec.* 18. *n.* 2. *Caputaquen. dec.* 15. *num.* 3. *& alii apud Possid. de empt. & locat. n.* 1. *dub.* 12. *n.* 82. *& seqq.*

Tum

Tum quia ubi adest læsio enormissima, in qua dolus semper præsumitur, iuramentum quoque præsumitur dolo, & vi extortum, *Menoch. consf.* 412. *n.* 15. 15

Sed certo certius, quia Serenifs. Princeps Dominus noster in causa venditionis factæ per quemdam Franciscum de Cancello etiam cum iuramento ita interpretatus est ad participationem Magistratus Pupillorum, nempe contractum non valere sine Magistratus licentia etiam apposito iuramento.

Itaque si donatio esset pura posset dici sine licentia Magistratus, quia dicta licentia esset nulla cum non possit opponi in donatione minoris, & sine ea ex supradictis non valeret neque interposito iuramento, immo dicendum esset talem contractum nullum etiam si d. D. Eques Carolus habendus esset pro maiore.

Quia ex interpretatione Serenifs. Principis clari Iuris est, quod absque licentia Magistratus, eidem suppositi non possunt alienare stabilia, nisi compleverint annos 22. etiam interposito iuramento.

Clari etiam iuris est, quod d. D. Eques Carolus non compleverat ætatem 22. annorum, unde sine dicta licentia non poterat alienare; Sed dicta licentia Magistratus præstita in simplici donatione fuisset nulla, etiam si D. Eques considerare tur tanquam maior; Quia indistincte quando requiritur Decretum, ex quo Iudex aliquid debet curare, tunc non potest donare, *ut est text. expressus in Leg. cum his* §. *si Prætor ff. de transact. ubi Gloss. in verb. donanda*, *Eugen. consf.* 29. *n.* 66. & 67. ubi dicit, quod aliter esset aperta spoliandi via; Igitur si in pura donatione non potest licentia præstari, bene infertur, quod si donatio est simplex, fieri non potuerit, si correspectiva, quod in ea læsio possit considerari. 16

Discutiendum igitur remanet, quæ in iure dicatur enormissima læsio ad rescindendum contractum.

Et primo distinguendæ sunt personæ; Nam aut sumus in minore, aut in maiore, si in minore læsio secundum veriorem sufficit, quod sit enormis, *Afflict. Capyc. Paris. & alii innumeri apud Mancin. de iuram. part.* 4. *effect.* 1. *quæst.* 8. *n.* 1. *Peguer. dec.* 156. *n.* 2. 17

Minor enim læsio requiritur in minore, quam in maiore, *Caren. res.* 6. *n.* 14. 18

Enormis autem secundum comunem est quæ lædit in sexta parte, *Bart. in Leg. societas*, §. *arbitrorum num.* 25. *ff. pro Socc. Gabr. de empt. & vend. concl.* 1. *num.* 7. *Dec. consf.* 39. *n.* 7. *Socc. iun. consf.* 48. *num.* 22. *lib.* 1. *ubi testatur de communi* 19

cum Rot. conf. 7. n. 54. lib. 3. Bottill. de success. ab intest. tit. de renunc. success. cap. 2. theorem. 95. n. 7.

Indubitanter igitur læsus iudicandus est D. Eques Carolus, qui minoritatis tempore donavit 272. pro annuo redditu centum, superadditis quæ inferius considerabimus.

Sed quod omnem removere difficultatem visum est Dominis fuit, quia consideraverunt in dicta donatione enormissimam adesse læsionem, ex qua contractus etiam factus a maiore sive absque iuramento, sive cum iuramento, sive absque Decreto Iudicis, sive cum Decreto semper subiacet rescissioni, *Farin. in fragm. crim. verb. iuramentum n. 1282. Andreol. cum ibi adductis contr. 246. n. 8. & 9.* [20]

Etiam data scientia læsionis, quia quando est in magno excessu semper ignorantia præsumitur, *Alba cons. 81. num. 51. Andreol. d. controv. 246. num. 10. Menoch cons. 412. n.* 8 Cum numquam læsio enormissima censeatur compræhensa in contractu, *Gamma dec. 66. num. 3 & dec. 95. eod. num.* Et super ea Iudices supremi semper exaudiunt reclamantes, *Caren. res. 131. num. 7.* [21] [22] [23]

Habito igitur sine veri præiudicio pro maiori d. D. Equite, d. donatio nihilominus esset rescindenda.

Correspectivitas autem, in qua datur læsio, in d. Donatione non potest negari, & patet; quia pura donatio procedit ex mera liberalitate *Leg. 1. ff. de donat.* & fit eo solo animo, ut liberalitas exerceatur *Rot. decis. 323. n. 64. part. 6. rec. &c.* [24] [25]

In casu autem nostro verbum nullum de exercenda liberalitate; sed ex eis contrarium elicitur „ ibi „ Desiderando comporsi con i suoi fratelli nel modo infrascritto „ Verbum enim *componere* non donare, sed *concordarsi*, & transigere significat, *Cap. 2. de Testib. in 6. Calvin. in verb. componere*: Pariter „ ibi „ avendo ottenuto di poter convenire con i suoi fratelli a fine di poter constituire un' entrata certa per poter con quella portarsi avanti conforme i suoi pensieri „ quæ verba respiciunt commodum donantis, non donatarii, prout fieri solet in mera liberalitate; Apparet enim fuisse eius finem mediante dicta donatione, non patrimonium perdere, sed redditum sibi constituere „ per portarsi avanti conforme i suoi pensieri „ ad quod perficiendum tanto redditus erat aptior, quanto pinguior; Unde animus donandi videbatur excludi. Cum igitur non habuerit animum donandi principaliter, sed proprium commodum comparandi correspectiva dicetur donatio, *Rota dec. 323. num. 63. part. 6. recent.* [26] [27]

Du-

Duran. dec. 121. Et erit donatio in recompensationem acceptorum, vel accipiendorum, quæ donatio cum causa dicitur, & in ea læsio locum habet, *Rota nostra libr. motiv.* 114. *a* 436. *num.* 36. 28

Superadditur, quod fuit facta donatio „ con che „ solveretur annuus redditus, & æs alienum, quo casu correspectiva donatio pariter dicitur; pacta enim in eodem contractu apposita dicuntur correspectiva, & mutua contemplatione facta, *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 50. *Soccin. cons.* 273. *num.* 4. *volum.* 2. *Rot. decis.* 225. *num.* 24. *part.* 5. *tom.* 3. *& decis.* 377. *num.* 10. *& decis.* 130. *num.* 71. *part.* 4. *tom.* 2. *Duran. dec.* 121. *num.* 20. *& seqq.* ubi sufficit ad excludendam puram donationem, quod non agatur principaliter de exercenda liberalitate. 29

Quibus omnibus additur promissa evictio amplissima, quæ iuxta Formularium Florentinum continet etiam evictionem, quæ provenit ex natura rei, quæ promissio est contra naturam puræ donationis; *Mantic. de tacit. lib.* 23. *tit.* 3. *n.* 12. 30

Posito igitur pro constanti donationem esse correspectivam, & in ea læsionem posse considerari, videndum remanet quæ sit enormissima læsio ad rescindendum contractum iuratum etiam in maiore.

Et plures plura dicunt; Alii quando læsio est in sexta parte; Alii quando contingit in dimidia; Alii quando in summa considerabili dimidiam excedit; Alii quando triplum, aut quadruplum non habetur; Alii quando fere in totum est læsio; Alii denique arbitrio Iudicis remittunt, quas omnes opiniones cum suis auctoribus refert *Mancin. de iuram. part.* 4. *effect.* 1. *quæst.* 2. *Castill lib.* 3. *controv. cap.* 2. *a n.* 13. *Farin. in fragm. crim. in verb. iuramentum n.* 1288. 31

Tamen opiniones communiori calculo approbatæ sunt, quod ea dicatur, quæ in considerabili quantitate dimidiam excedit, *text est expressus in Leg* 2. *C. de rescind. vend.* ponderando illa verba „ ibi „ Minus autem præcium esse videtur, si nec dimidia pars veri præcii soluta sit „ *Mancin. de iuram. part.* 4. *eff.* 1. *quæst.* 2. *n.* 7. *in fin. Pratis cons.* 201. *n.* 16. *Andreol. contr.* 246. *n.* 5. *&* 286. *n.* 62. *& seq.* & novissime plures congerendo communem defendit *Conciol. alleg.* 29. *num.* 22. *Castill. contr. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 15. *Rot. decis.* 130. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. Osasch. dec.* 41. *n.* 9. 32

Unde enormissimam læsionem quasi multum excedat dimidiam vocat *Covarruv. var. resol. cap.* 4. *num.* 5. si quis vendat pro mille rem valoris 2500. sequitur *Gamma dec.* 198. *num.* 3. 33

Præ-

Prætis consf. 201. *n.* 16. *Guid. Pap. dec.* 17. *n.* 1. *Andreol. contr.* 286. *n.* 62.

Et iuramentum non debere esse vinculum tantæ iniquitatis, quæ dimidiam excedat, & nimium depauperet dicit *Cassad.* 34 *dec. unic. de empt. & vend. n.* 1.

Ex quibus probaretur enormissime læsum fuisse D. Equitem Carolum, qui pro centum dedit 272. iunctis aliis infra dicendis.

Sed si vellemus adærere opinioni forte non inferiori Doctorum calculo approbatæ, quod arbitrio Iudicis remittatur, qui debeat iudicare attentis causæ, & personarum circumstan- 35 tiis. & qualitatibus, *Mancin. de iuram. part.* 4. *effect.* 1. *quæst.* 2. *n.* 9. *Cabedo, & alii quam plurimi apud Castill contr. lib.* 3. *n.* 13. *Bottill de renunc. success. cap.* 2. *theorem.* 95. *n.* 7. *vers. alii vero, & melius.*

Causæ in hac donatione sunt constituendi sibi redditum ad augendum statum suum iuxta suas cogitationes, ad quod peragendum tanto aptior fuisset quanto magis opulentus, & minus diminutus. Circumstantiæ vero considerabiles sunt, quod fiebat dicta donatio a minore viginti duobus annis, & sic in effectu a minore mediante reformatione, ut probavimus.

Sed quando etiam mediante primo statuto habendus fuisset pro maiore, quia compleverat decem & octo, habens annos decem, & novem &c. Tamen considerandum esset, quod neque statutum, neque iuramentum fingendo aliquem maiorem in minori ætate viginti quinque annorum tribuunt iudicium, cum semper ex Aristotelis sententia quam refert *Bald. in rub. de rer. permut. part.* 4. *effect.* 37. *num.* 3. habeat talis minor iudicium 36 imperfectum, prout mulier invalidum, & statutum possit bene maiorem fingere, sed non efficere, ultra ea, quæ afferebantur da falsa causa, nempe quod fuerit illectus ad donandum eo quod credebat se remansisse debitorem suorum fratruum; quia plus expendisset, quando particulares redditus Commendæ dicebantur expensas superare.

Ex quibus omnibus, iunctis aliis inferius considerandis videbatur Iudex debere arbitrium ad læsionem accommodare.

Sed si magis rigorose agendo voluissemus illam tantum appellare enormissimam læsionem, ex qua non datur triplum, aut quadruplum, ut dixerunt *Corn. cons.* 214. *lib.* 4. *num.* 3. *Prætis* 37 *sibi contrarius cons.* 1. *n.* 9. *Menoch. cons.* 1. *n.* 494. *vers. sed clare magis.*

Attamen consideravimus non solum fuisse donata bona subiecta fideicommisso redditus scutorum 272. pro annuis centum, sed fuisse inter ea compræhensa, etiam bona libera, super qui-

quibus non tantum redditus, sed proprietas etiam extimanda erat; Ut prædium Cerro æstimatum valoris scutorum 1072. Domus magna sita Florentiæ æstimata scuta 8000. & declarata libera ex Sententia DD. Gori, & Morali, prædium delle Celle 3000. prædium Aioli 1070. quæ pro parte tangente d. D. Equiti dabantur libera; quæ omnia salvo &c. ascendebant circiter ad scuta 3336. quæ data ad vitam d. D. Equitis iuxta computum Hospitalis Sanctæ Mariæ reddidissent scuta sex cum dimidio, quando in fructu bonorum fuerunt computata circa duo pro centenario, ut supra diximus.

Unde ad quatuor cum dimidio amplius pro centenario augerent læsionem in scutis circiter 150. quæ computata cum sc. 272. effecissent summam sc. 422. circiter.

Unde bene poterat dici non recepisse triplum, nec quadruplum.

His poterant addi aliæ d. D. Equitis prætensiones tales quales, ut nomina debitorum, & signanter quod etiam de bonis fideicommisso subiectis fuit promissa evictio in forma amplissima iuxta Formularium Florentinum, ex quo compræhenditur etiam evictio illa, quæ provenit ex natura rei, & ex causa fideicommissi.

Nec obest si diceretur d. D. Equitem omnia sua bona donasse, & successive inanem esse actionem, quam inopia debitoris excludit.

Quia poterat acquirendo alia bona, vel ex causa dotium, vel ex hæreditate fratrum, ut evenit, vel ex aliorum successione, vel proprio marte ex suis redditibus bona congerendo ad meliorem fortunam devenire.

Ultra quod ipsæ pensiones potuissent retineri non obstante quod fuissent tali pacto promissæ, quod super eis creditores non possent ius habere.

38 Quia talis promissio generaliter facta non afficiebat solvere debentes de re donata, quando rei donatæ promissa erat evictio; Sermo enim loquentis non intelligitur contra se ipsum, maxime quando contra alios potest intelligi, *L. inquisitio* 8. *ff. de solut ubi gloss. & Bald.* optime *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 44. *per totam*.

39 Eo magis quia facillime conceditur retentio *L. per retentionem C. de usur.*

Unde non erat in totum spernenda hæc promissio ad augendam læsionem ex quo poterat dari casus, quod in totum ælderetur d. D. Eques, si aliquid eis de re donata fuisset evictum.

Nec

Nec dici minus potest talem donationem fuisse correspectivam usque ad pensionem, & in excessu habendam esse pro pura *Duran. dec.* 155.

40

Quia posita correspectivitate nunquam censetur donatum quod excedit dimidiam, *Covarruv. var. resol. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 6. *Rota dec.* 125. *part.* 5. *num.* 29. *&* 30. nisi expræsse dictum sit, quod donat totum id, quod plus est, quæcumque ea quantitas sit vel in modica, vel in magna quantitate, *Covarruv. d. lib* 2. *cap.* 4. *num.* 6. *Fab. de Monte de empt. & vendit. quæst. princ.* 8. *num.* 18. *Alex. cons.* 115. *lib.* 6. *num.* 3. *& ibi Add. litt. D Rota dec.* 125. *num.* 29. *&* 30. *part.* 5. *rec Duran. dec.* 121. *num.* 22. *qui in dec.* 155. loquitur ad diversum effectum, nempe ad effectum insinuandæ, non rescindendæ donationis; aliter esset sibi contrarius, & etiam tot auctoritatibus in contrarium allegatis.

41

42

Ex quibus, & ex supra positis resolvitur obiectum, quod donatio in excessu debeat considerari simplex etiam data maioritate; Et hæc ultra ea, quæ diximus, quod stante minoritate non possit considerari pura, quia Iudex super tali donatione Decretum nulliter interposuisset.

Resolvitur etiam obiectum, quod stantibus debitis per d. Dominos Donatarios solutis, quæ in instrumento erant scuta centum solvenda ipsi D. Equiti de tempore dictæ factæ renunciationis, ducentum D. Equiti de Magalottis, scuta centum quibusdam mercatoribus, & alia centum causa testandi, & alia sibi ipsis debita propter id, quod dicebatur super expendisse d. D. Equitem Carolum de sua portione; quæ summæ, quia erant datæ compensandæ cum bonis fideicommisso suppositis dicebantur pluris æstimandæ, quam bona quæ dabantur, quæ cum essent vinculata dabantur ad usumfructum durante vita d. Dominis Equitis.

Quia replicabatur d. D. Eques, quod ipse tametsi plus expendisset; nihilominus computatis redditibus suæ Commendæ, mediante qua longe pinguiorem habebat introitum, remanebat creditor, ut prætendebat ostendi ex libro rationis Actoris: Unde non solum negabat se debitorem, sed dicebat ex dd. redditibus, quæ supererant, potuisse dd. suos fratres persolvere scuta 400. quæ erant solvenda in instrumento donationis, & ulterius falsa causa non veri debiti fuisse inductum ad donandum.

Sed quidquid sit de hac prætensione, & replicatione hinc inde; claris iuris est, quod fuerunt donata etiam bona libera, cum quibus poterant d. scuta solvenda æqualiter compensari, unde læsio non impediebatur ex hoc, quod fuerint solutæ pecuniæ

niæ liberæ, & recepta bona fideicommisso supposita; De facili etiam tollitur, quod in donatione facta minoribus cum consensu Magistratus non possit dolus considerari.

Quia dolus re ipsa quoad rescindendum contractum equiparatur dolo ex proposito, *Franch. dec.* 227. *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 22. *Gratian. cap.* 823. *num.* 29. *Noguerol. alleg.* 18. *n.* 9. *Cabed. dec.* 70. *n.* 3. *part.* 1. *Duran. d. dec.* 121. *n.* 29. *Giurb. dec.* 105. *num.* 17. Et ideo non est opus dolo ex proposito. 43

Nec minori facilitate tolluntur argumenta desumpta, ex præsumpta scientia.

Tum quia scientia non operatur ubi læsio est enormissima, & longe ultra dimidiam *Alba d. cons.* 81. *n.* 51. *Socc. iun. cons.* 73. *n.* 21. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 412. *n.* 8. *Andreol. controv.* 246. *num.* 10. *Alex. cons.* 1. *lib.* 6. *num.* 3. Unde multo minus præsumpta. 44

Et ratio est evidentissima quia prout in ea præsumitur dolus re ipsa stante enormissima læsione, ita præsumitur ignorantia in donatore, cum nemo præsumatur velle se enormissime lædi *Socc. iun. cons.* 73. *n.* 22. *lib.* 2. 45

Tum quia fortiora argumenta militant pro ignorantia, cum ipse in diversa professione absens militaverit, nunquam sua bona administraverit, nec unquam computa aut rationes viderit.

Simili modo facile respondetur clausulæ *omni meliori modo*, quæ non potest maius habere robur apposita in contractu, eo quod habeat iuramentum, & Iudicis Decretum; Unde Suprema Tribunalia non curare de iuramento, neque de aliis clausulis dixit *Franc. dec.* 247. *n. fin.* 46

Immo, si non valet renunciatio facta in specie enormissimæ læsioni etiam cum iuramento, *Menoch. cons.* 412. *num.* 24. *Gamma dec.* 98. *& alii apud Giurb. decis.* 105. *n.* 17. *Gallerat. de renunc. centur.* 2. *cap.* 102. *n.* 25. *Rot. dec.* 318. *part.* 4. *rec. tom.* 2. *n.* 4. 47

Quomodo poterit obtineri per clausulam *omni meliori modo*, & alias clausulas, quod non potest obtineri per factam cum iuramento specialem renunciationem.

Unde bene non inveniri cautelam in iure, ex qua renunciari possit huiusmodi læsioni firmat *Menoch. cons.* 406. *n.* 63. *Gallerat. de renunc. d. centur.* 2. *num.* 102. *vers. itaque nulla*, *Giurba dec.* 105. *n.* 17. *Viv. dec.* 58. *n.* 3. *lib.* 1. 48

Et clari Iuris est, quod clausula *omni meliori modo* non potest supplere consensum, aut contractum factum correspective in purum transferre. 49

Ul-

Ultima oppositio fuit apposita in calculo ferendæ sententiæ, quod d. D. Eques Carolus non potuisset audiri tanquam periurus.

In facto enim obtinuerat absolutionem post obtentum rescriptum delegationis causæ, & postquam illud Iudici porrexit.

At nos hanc quoque obiectionem respuimus; quia stante enormissima læsione absolutio non est necessaria, sed tantum de consilio peti debet ad maiorem cautelam; Ratio est quia in 50 ea supponitur dolus, & ideo iuramentum non ligat, cum non debeat esse vinculum iniquitatis, *Dec. & alii quamplures apud Mancin. de iurament. part. 6. quæst. 4. Grammat decis. 76. num. 20. & seq. Gail. observ. 147. num. 10. lib. 2. Menoch. cons. 412. num. 33. Cristin. dec. 104. lib. 2. num. 5. Thesaur dec. 223 ubi testatur de communi Gratian. cap. 788. num. 1. Franc. & add. ad dec. 227. in fin. Rota nostra libr. motiv. 114. a 456. §. quandoquidem.*

Nec obstat si diceretur verum quando de enormissima læsione constat; sed dum adhuc non est detecta petenda est absolutio ad hoc, ut quis possit audiri.

Ratio est, quia si forte non probaretur læsio, auditus fuisset periurus, *Gratian. cons. 30. num. 11. lib. 1. Borgn. decis. 9. num. 42.*

Quia cum adsit Sententia Iudicis de die 19. Novembris 1652. admittentis d. D. Equitem Carolum ad probationem sine præiudicio partium, non obstante exceptione periurii, potuit d. D Eques audiri absque periurio: Maxime quia non fuit reclamatum, *Mancin. de iurament. part. 6. quæst. 21. per tot. Natta cons. 105. n. 9.*

51 Unde quia in processu temporis ante sententiam fuit allatus calculus, & detecta læsio, non fuisset necessaria absolutio.

Sed quando fuisset necessaria, eadem obtenta fuit.

Nec relevat, quod ante absolutionem non solum supplicaverit, sed etiam rescriptum iudici præsentaverit.

Quia cum pars citata non fuerit, verior, & humanior sententia est, quod in periurium non incurratur, & contrariam 52 opinionem rigorosam, & in praxi non servari dicit *Castr. in Leg. si quis maior C. de transact. num. 9. Iason. num. 17. Roman. num. 6. Fulg. cons. 160. num. 4. Felin. in cap. cum tenore de rescript. num. 1. Anna singul. 362. ubi adden. Paschal. de patr. potest. cap. 9. part. 2. num. 6. Alex. cons. 34. num. 3. volum. 1. Ricc. dec. 78. n. 5. & 6. & per tot. post Picum de statut. urb. dec. 51. n. 5.* qui fere omnes dicunt satis esse quod absolutio præcedat citationem.

Quæ

Quæ opinio pro communiori habenda videtur etsi, *Gabr. lib. 3. de transact. concl. 7. num. 9. & post eum Farin. in fragm. crimin. verb. iuramentum n.* 1167. distinguant inter eum, qui solum obtinuit supplicationes, & inter eum, qui etiam eas obtentas porrexit Iudici, quo secundo casu dicunt in periurium incurri.

Sed quando rigidiorem, quamvis minus communem amplectendo sententiam vellemus ex solo animo etiam absque effectu, & partis adversæ molestia periurium committi ponderando verba d. legis si maior factus „ ibi „ putaverit esse veniendum „ quæ ad solam cogitationem videntur referri, *Seraph. de iuram. priv.* 174. *n.* 2. *vers. sed periurius crimin.* 53

Quia tamen d. D. Eques Carolus ob enormissimam læsionem potuit iure credere absolutionem non esse necessariam, cum in ea præsumatur dolus, & absit consensus, & iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, nec possit supplere consensum *Mancin. de iuram. part.* 14. *effect.* 4. *num.* 9 & 10. excusari debebit; Quælibet enim causa excusat a periurio, cum non committatur absque dolo *Ridolph. in prax. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 89. *Grat. cons.* 50. *lib.* 1. *n.* 15. & 16. *Mantic. dec.* 221. *n.* 6. ubi dicit, quod non potest intelligi periurium, ubi non est perfidia, neque dolus. 54 55 56

Unde si quis dicit se deceptum, & ob id iuramentum non tenere potest agere absque metu periurii *Menoch. cons.* 412. *n.* 52. *Cristin. dec.* 67. *n.* 3. *vol.* 3. 57

Cum igitur non esset incursus in periurium, vel saltem non evidenter constaret potuit Iudex, prout fecit, exceptionem reservare discutiendam in processu causæ *Alex. in L. ait prætor L.* 2. *ff. de iur. iur. Gallup. in prax. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. In cuius processu cum iam de enormissima læsione constiterit per calculum de consensu approbatum; non potuit iam detecta læsione amplius apponi, quod ipse non potuerit audiri &c. 58

Ex quibus &c.

Flamminius Burghesius Rotæ Aud. & Rel.
Ioannes Argentus Rotæ Aud.
Franciscus Venturinus Rotæ Aud.
Cosmus Farsettus Rotæ Aud.
Petrus Matthæus Maggius Rotæ Aud.

DECISIO XX.

LIBURNEN. CONSERVATIONIS INDEMNITATIS.

Die 27. Mart. 1670. cor. Aud. FRANCISCO VENTURINIO.

ARGUMENTUM.

FIdeiussor indemnitatis, qui intercessit favore unius ex Hæredibus fideiussoris pro rata hæreditatis ad ipsum delatæ, tenetur quoque ad illum indemnem conservandum a damno passo, vel passuro pro alia parte hæreditatis in eum obventæ iure accrescendi propter repudiationem a cohærede factam, non attento quod portio ista, vel iure comuni, vel iure singulari, idest ope restitutionis in integrum accreverit. Rei iudicatæ exceptio quando agenti non obstat. Collusio inter Partes, etsi sanguine coniunctas nunquam præsumitur, nisi concludentissimis probetur argumentis.

SUMMARIUM.

1 *Sententia a qua non datur appellatio transit in rem iudicatam.*
2 *Res iudicata ad hoc ut obstat, requiritur idemtitas rei personæ, & causæ.*
3 *Rei iudicatæ effectus est, ut finis litibus imponatur, & pro veritate habeatur.*
4 *Fideiussio est stricti iuris.*
5 *Neque ullam extensionem recipit.*
6 *Quidquid non est expressum in fideiussione non censetur comprehensum.*
7 *Verba ambigua contra stipulantem interpretantur, qui sibi imputare debet si Legem apertius non dixit.*
8 *Fideiussio intelligenda est rebus stantibus, prout stabant tempore, quo fuit præstita.*
9 *Quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus.*
10 *Portio vacans ope restitutionis in integrum invito non accrescit ideo potest repudiari & n. seqq.*
12 *Imputandum est ei, qui se in necessitatem coniecit.*
13 *Damnum quod quis sua causa sentit sibi imputare debet.*
14 *Quod procedit etiam in fideiussore.*
15 *Fideiussor nequit convenire promissorem indemnitatis antequam solvat.*

16 *Fi-*

16 *Fideiussor ante pecunias solutas non dicitur Creditor nisi liberationis.*
17 *In hæreditatibus portio vacans accrescit ipso iure.*
18 *Si unus hæres partem hæreditatis adeat, cæteris deficientibus habetur ac si solus esset hæres.*
19 *Pars hæreditatis vacans accrescit etiam ignorantibus.*
20 *Et invitis.*
21 *Fideiussor datus pro parte principali, censetur datus etiam pro parte accrescente & n. 54.*
22 *Sive accretio interveniat ex parte fideiussonis, sive ex parte principalis.*
23 *Fideiussio licet non extendatur de casu ad casum hoc non procedit in dependentibus, & annexis ipsi fideiussioni.*
24 *Unitorum idem est iudicium.*
25 *Fideiussor dotis tenetur etiam pro augumenta.*
26 *Persona attenditur cuius nomire actus geritur.*
27 *Unus ex filiis non potest hæres fieri nisi pro virili, quandiu cæteri non sunt exclusi.*
28 *Rei indicatæ exceptio non obstat quando aliqua personæ, vel causæ diversitas concurrit & n. 30.*
29 *Et quoties alia ratio movere potuit.*
31 *In causis decidendis attendenda sunt iura, & DD. in individuo loquentes non in genere.*
32 *Verba universalia quascumque accessiones comprehendunt.*
33 *Verbum aliquod est universale, & in propositione negativa omnia negat.*
34 *Promissio indemnitatis de sua natura extenditur ad omnes accessiones, damna, & interesse.*
35 *Idem operatur clausula* uti principalis principaliter, & in solidum.
36 *Fideiussor si obbligans ut principalis, & in solidum, respectu creditorum est correus debendi.*
37 *Fideiussor qui favore alterius ex legatariis fideiussio si collegatarii portio accrescat, videtur & pro se fideiussisse.*
38 *Fideiussor qui in omnem causam, & casum promisit, ad omnia tenetur ad quæ ipso principalis.*
39 *Fideiussor in dubio censetur datus in omnem causam.*
40 *Limita si fideiussioni adsit quantitatis expressio per dictionem* tantum, aut solum.
41 *Amplia in actionibus bonæ fidei.*
42 *Actio negociorum gestorum, est bonæ fidei.*
43 *Portio hæreditatis vacans ope restitutionis in integrum, accrescit cohæredi volenti non invito.*

44 *Examini magis credendum est, quam de positioni factæ in fide.*
45 *Portio hæreditatis deficiens iure communi accrescit invito causative.*
46 *Quando ius accrescendi coniunctum est cum substitutione vulgari portio deficiens accrescit invito præcise, non causative.*
47 *Est in facultate cohæredis, vel sibi retinendi partem acceptatam iure singulari, vel eam dimittendi creditoribus.*
48 *Culpa adscribi nequit ei, qui aliquid facit Lege permittente.*
49 *Paria sunt damnum pati, & lucrum perdere, quando agitur de iure iam quæsito.*
50 *Nemo cogendus alieni compendii causa damnum pati.*
51 *Cuicumque de iure fas est ad damnum vitandum non solum alium non liberare a damno, sed illud aliis imputare.*
52 *Imputandum est ei qui se in necessitatem coniecit, si is est in culpa.*
53 *Fideiussor indemnitatis non tenetur de damno voluntario passo per eum cui promissa fuit indemnitas, non proponendo exceptiones sibi, vel eius principali competentes.*
55 *Collusio licet sit difficilis probationis, tamen probatur coniecturis.*
56 *Collusio est conventio latens, & fraudolenta.*
57 *Collusio non præsumitur nisi probetur.*
58 *Præcipue in causa civili.*
59 *Et ratio est quia cum dolus in ea exigatur, ista non præsumitur.*
60 *Collusio est concludenter probanda.*
61 *Cohæres potest licite suam partem repudiare, ut alteri cohæredi accrescat.*
62 *Dolo adscribi non potest, quod fit lege permittente.*
63 *Nemini iniuriam facit, qui iure suo utitur.*
64 *Damnum facere dicitur, qui facit quod sibi non est permissum.*
65 *Dolum committere non videtur, qui sibi prospicit.*
66 *Emptor sciens rem esse alienam potest collusionem facere cum Domino, at res ei evincatur.*
67 *Collusio non probatur ex tarditate repudiationis, si aliqua huius tarditatis causa concurrit.*
68 *Ex sola sanguinis coniunctione non præsumitur collusio.*
69 *Iuramentum calumniæ omnem collusionis suspicionem diluit.*
70 *Si fideiussor debitorem interpellat ut liberatur, & is negligat compellendus est ad solutionem eius quod interest.*
71 *Obbligatus ad factum si non adimpleat, vel sit in mora adimplendi tenetur ad interesse.*
72 *Id quod interest est solutio.*
73 *Regula quod fideiussor agere nequeat pro relevatione antequam solvat, limitatur primo si is obbligatus est ex instrumento habente executionem paratam.*

74 *Se-*

74 *Secundo, si petierit se liberari ab obbligatione.*
75 *Tertio, si ipsi fideiussori promissa fuit indemnitas.*

ANno 1650. sub die 19. Augusti D. Michael Clemens de Cerris, Aromatarius Liburnensis fideiussor extitit pro Mag. Horatio Targini, pro summa scutorum bis mille octuaginta uno, pro redditione rationum administrationis diversarum mercium, ac rerum, ad favorem Hæredum Dominici Filipponi, ut constare dicitur, ex apodixia privata eiusdem anni 1650. sub dicta die 19. Augusti, quod inter Partes non controvertitur. Anno deinde 1652. decessit dictus D. Michael Clemens post se relictis DD. Physico Io. Francisco, ætate maiore, & Ioanne in pupillari ætate constituto, eius filiis legitimis, & naturalibus, quos in eius, cum quo decessit, testamento instituit eius hæredes universales.

Dom. Physicus Io. Franciscus observans, quod d. Horatius male se gerebat in administratione prædicta, uti hæres Dom. Michaelis Clementis, iudicialiter eundem Horatium convenit, & ab eo petiit, ut sibi præstaret fideiussionem, pro eo conservando indemne, a damnis quæ pati poterat occasione fideiussionis præstitæ a D. Michaele Clemente eius Patre, ad favorem eiusdem Horatii, & iudicio prædicto favorabilem reportavit sententiam a DD. Consulibus Maris Civitatis Pisarum de anno 1652. sub die 22. Octobris.

Stante sententia prædicta, præfatus Horatius Targini sub die 5. Novembris eiusdem anni 1652. fideiussionem Indemnitatis dedit, ad favorem prædicti Phisici Io. Francisci, ut in Apodixia dictæ Fideiussionis infrascripti tenoris, videlicet &c.

= Essendo che il q. Sig. Michel Clemente Cerri Speziale in
= Livorno entrasse mallevadore al Mag. Orazio Targini della
= somma di scudi duemila ottantuno, per più mercanzie, e robe
= stimate, come per scrittura privata, consta sotto dì 19. Ago-
= sto 1650. alla quale &c. e stante la morte di detto Sig. Mi-
= chel Clemente Cerri Mallevadore, che sopra, il Sig. Gio.
= Francesco Cerri suo figliolo, & Erede del medesimo, abbia
= mosso giudizio contro d'Orazio Targini, che li deva dare ido-
= neo mallevadore d'Indennità, e ne sia seguita sentenza a fa-
= vore dell'istesso, confermata dai Sigg. Consoli di Mare per
= loro sentenza sotto dì 22. Ottobre 1652. e volendo al pre-
= sente detto Orazio Targini cautelare, e render sicuro d. Sig.

= Gio. Francesco Cerri di ogni danno, che potesse patire per
= la mallevadoria fatta dal sopradetto Sig. Michel Clemente Cerri
= suo Padre, e darne idoneo, e idonei mallevadori d'Indennità,
= di quì è, che per questa presente scrittura privata, la quale
= ambe le parti vogliano, abbi forza come se fosse contratto
= rogato per mano di Pubblico Notaro, il sopradetto Orazio
= Targini obbligandosi esso per la prima per la mallevadoria,
= che soprafatta dal Sig. Clemente suo Padre dà a d. Sig. D.
= Gio. Francesco Cerri mallevadori d' Indennità, tanto per il
= passato, che per l'avvenire, li Sigg. Romolo di Pietro Cre-
= moni, Girolamo Marini, Iacopo Galliani, & Angiolo Estor
= Tamagni, quali tutti sapendo non esser tenuti, ma volendo,
= promettono insieme, & in solidum, e come principali relevare
= indenne, e senza danno alcuno, detto Sig. Cerri per quello po-
= tesse aver patito, e fosse per patire per la mallevadoria so-
= pradetta, cominciata dal dì suddetto, e da finire in confor-
= mità era obbligato detto Sig. Michel Clemente Cerri, e stare
= appresso il medesimo Sig. Dottore mallevadore d'Indennità
= insieme, & in solidum come sopra, obbligando ciascheduno
= per osservanza delle sopradette cose loro persone, eredi, e beni
= presenti, e futuri in ogni miglior modo &c. =

Anno deinde 1663. sub die 29. Maii idem D. Physicus Io. Franciscus Cerri tam nomine proprio, ut hæres D. Michaelis Clementis eius Patris, quam nomine D. Ioannis eius Fratris cohæredis, coram Illustrissimo Supremo Magistratu convenit dictum Hieronymum Marinum alterum ex fideiussoribus Indemnitatis, & petiit dd. nominibus ipsum condemnari ad eum Indemnem relevandum, prout condemnationem prædictam ad relationem DD. Trium Iudicum secundarum Appellationum huius Almæ Rotæ Florentinæ, a supradicto Illustrissimo Supremo Magistratu obtinuit, pro rata tamen ad ipsum spectante dumtaxat, tenoris infrascripti *vid. &c. in proc.* 10. *a t*:

= Dei nomine invocato pronunciamus, sententiamus, & de-
= claramus dictum D Hieronymum de Marinis uti & tanquam
= fideiussorem Indemnitatis, teneri, & obligatum esse, prout
= hac nostra præsenti sententia condemnamus ad relevandum,
= & conservandum indemnem d. D. Franciscum Cerrum medi-
= cinæ Doctorem pro rata sibi tangente, uti unum ex duobus
= hæredibus q Michælis Clementis de Cerris eius Patris, ab
= omni, & toto damno passo, & in futurum patiendo, occasio-
= ne fideiussionis a d. Michæle Clemente de Cerris eorum Patre
= factæ ad favorem hæredum Dominici de Filipponis, & suc-
= cessive condemnamus d. D. Hieronymum de Marinis, ad sol-

= ven-

» vendum, & cum effectu exbursandum petias 981. sol. 3. den. 1.
» seu per d. D. Io. Franciscum solutas, & depositatas pro sua
» parte, ut supra, super Banca DD. de Bonaccursis de Liburno,
» ad favorem d. de Filippinis, nec non libras 142. & solidos
» 10. per eundem D. Io. Franciscum solutas, pro expensis ut
» supra testatis, & etiam libras 11. den. 8. pro expensis factis
» in Curia Liburni, & omnem aliam summam solutam per eun-
» dem D. Io. Franciscum pro eius rata, seu in futurum solven-
» dam occasione dictæ fideiussionis, iuxta liquidationem facien-
» dam, tam ex deductis, quam ex deducendis, & a petita In-
» demnitate nomine d. Ioannis alterius filii, & Choeredis dicto
» Michaelis Clementis de Cerris absolvimus dictum D Hiero-
» nymum de Marinis, & partes prædictas ab expensis absolvi-
» mus. »

Post latam sententiam prædictam D. Ioannes Cerri frater, & Cohæres dicti Physici Io. Francisci, ætatis annorum decem, E octo, expresse repudiavit hæreditatem paternam, ut constat ex publico documento diei 20. Maii 1665. ut in *proc.* 26. & 27.

Videns autem dictus Io. Franciscus, quod ei deficiebat Cohæres, ob repudiationem prædictam, & quod iure accrescendi remanens ipse hæres in totum, ad solutionem totius aeris alieni contracti per Horatium Targini, cogi poterat, stante fideiussione supradicta, per Michaelem Clementem illius Patrem, facta ad favorem eiusdem Horatii, convenit in Iudicio dictum de Marinis fideiussorem indemnitatis in Foro Liburni, & petiit, dictum de Marinis condemnari, ad ipsum indemnem conservandum ab alia medietate damni passi, & in futurum patiendi, occasione dictæ fideiussionis a d. Michaele Clemente de Cerris, illius Patre factæ, a qua fuerat absolutus idem Hieronymus de Marinis mediante supradicta sententia Illustrissimi Supremi Magistratus, in quo quidem Iudicio ab Illustrissimo Domino Gubernatore, & eius Excellentissimo Iudice Sententiam reportavit favorabilem sub die 21. Aprilis 1668. ut in *proc. fol.* 47. *tenore seq. vid. &c.*

» Diciamo, pronunciamo, e sentenziamo, le cose espo-
» ste &c. esser vero &c. e successivamente stante l'astensione di
» Giovanni Cerri dall'eredità di Michel Clemente Cerri dichia-
» mo detto Girolamo Marini esser tenuto, & obbligato, sicco-
» me lo condenniamo a relevare, e conservare indenne il me-
» desimo Cerri, come inoggi erede in tutto di Michel Clemen-
» te, da ogni danno patito, e che in futuro fosse per patire,
» per cagione della fideiussione fatta da Michel Clemente Cerri
» suo Padre, e Orazio Targini, a favore delli Eredi di Dome-
» nico Filipponi. secondo la liquidazione da farsi in esecuzione

» di

„ di questa nostra sentenza, assolvendo detto Marini dalle spese,
„ mentre si acquieti a questa dichiarazione. „

Ab hac autem sententia, appellationem interposuit præfatus Hieronymus de Marinis coram Excellentissimo D. Cosmo Farsetti Iudice causarum primarum appellationum Quarteriorum S. Spiritus, & S. Crucis huius Civitatis, instans cassari, & revocari sententiam dicti Illustrissimi D. Gubernatoris, & illius Excellentissimi D. Iudicis, & successive ipsum absolvi a petitis per d. D. Io. Franciscum de Cerris. Qui quidem Excellentissimus D Iudex sub die 6. Novembris 1668. sententiam dictorum DD. Gubernatoris, & Iudicis, revocavit, hisque sequentibus verbis.

„ Dicimus &c. bene fuisse per D. Hieronymum de Marinis
„ appellatum & male per D. Iudicem a quo iudicatum, & ideo
„ eiusdem D. Iudicis sententiam revocantes, dicimus dictum D.
„ Hieronymum esse absolvendum, prout eum absolvimus a petitis
„ per d. D. Io. Franciscum de Cerris, sicut etiam iustis ex causis
„ ambas partes ab expensis. „

D. Io. Franciscus Cerrus sentiens se ab huiusmodi sententia gravatum. ab ea appellavit, unde causa predicta per appellatione coram nobis Tribus Iudicibus secundarum appellationum, sit ut supra introducta, disputatum acriter fuit, an bene vel male fuerit per D. Excell. D. Iudicem primarum appellationum iudicatum.

Pro parte præfati D. Hieronymi de Marinis allegabatur primo sententia Illustriss. Sup. Mag. qui ex Voto DD. Trium Iudicum secundarum appellationum huius Almæ Rotæ Florentinæ, condemnavit d. D Hieronymum de Marinis, ad relevandum Indemnem dictum D. Io. Franciscum de Cerris solum pro rata ad se spectante, uti unum ex duobus hæredibus supradicti D. Clementis Cerris Patris præfati D. Io. Francisci, & a petita indemnitate nomine Domini Io. Fratris eiusdem Io. Francisci, & respective filiis alterius hæredis instituti ab eodem D. Clemente, eundem D. Hieronymum de Marinis absolvit, a qua quidem sententia cum appellari non posset (quandoquidem omnibus patet a sententiis latis ab Illustriss. Supremo Magistratu appellationem minime interponi posse) eam in rem iudicatam transiisse

1 perspicuum est *ad gloss. in Leg. 1. ff. de re iudic. & in Leg. elegant. de condit. indebit.* Concurrebat enim identitas rei, personæ & causæ, cum ageretur de sententia super eadem re, in eadem

2 causa, & inter easdem personas, lata prout de iure requiritur, ad effectum ut rei iudicatæ obstet exceptio *Leg. 1. ff. de re iud. cap. quoad consultationem eodem tit. latissime Giurb. dec. civil.* 20. *num.* 1. *Fontanell. dec.* 126. *n.* 5.

Qua-

Quamobrem, attenta re iudicata resultante ex supradicta sententia, dicebatur eamdem quæstionem per sententiam inter easdem Partes iam decisam, iterum per D. Io. Franciscum de Cerris in Iudicium minime deduci posse, cum rei iudicatæ effectus esse soleat, ut finis litibus imponatur, & pro veritate res iudicata habeatur *Leg. res iudicata ff. de reg. iur. cap. cum inter de re iudic. Surd. conf.* 435. *sub n.* 7. *lib.* 3. *Honded. conf.* 61. *n.* 9. *& seqq. lib.* 1. *& conf.* 21. *n.* 31. *n.* 3. *Magon. dec. Florent.* 78. *num.* 1. *Andreol controv.* 94. *n.* 1. 3

Secundo circumscripta rei iudicatæ exceptione, proponebatur fideiussionem indemnitatis per d. D. Hieronymum de Marinis præstitam ad favore dicti D. Io. Francisci de Cerris, unius ex hæredibus scriptis in Testamento D. Clementis eius Patris, & consequenter de ipsum relevando indemnem pro ratha ad se pertinente, nullatenus extendendam, atque ampliandam esse quoque ad portionem spectantem ad D. Ioannem eiusdem Dom. Io. Francisci fratrem, & Cohæredem nominatum in eodem Testamento tum quia fideiussio, quæ per stipulationem concipiatur, est stricti iuris, strictèque intelligenda *Leg. quidquid adstringendæ ff. de verb. obligat.* itaut minus obliget quam sit possibile *Leg. cum quid ff. Indic. solut. & Leg. fideiussores Magistratum ff. de fideiuss. Rot. dec.* 384. *n.* 2. *par.* 4. *rec.* quapropter fideiussio nullatenus extenditur de tempore ad tempus, de loco ad locum, aut de persona ad personam *Castill. quotid. contr. iur. lib.* 4. *cap.* 59. *n.* 41. *& seqq. Regens Valent. conf.* 9. *num.* 26. *&* 27. *Bellon. Taurin. conf.* 90. *num.* 4. Vel de casu ad casum *Ger. Spin. conf.* 39. *num.* 26. *Rot. dec.* 156. *per tot. par.* 5. *rec.* ubi quod fideiussio non debet extendi de casu ad casum, in quo mutatus sit, vel alteratus status, pro quo fuerat satisdatum, & penes *Merlin. dec.* 358. *per tot. tom.* 1. ubi firmat, quod fideiussio facta pro Iuvene tyroni, & novitio, tempore quo fuit admissus ad officium banchi, non extenditur ad casum, & tempus quo dictus Iuvenis fuit promotus ad officium Capserii. Unde eadem *Rot. dec.* 55. *num.* 6. *part.* 1. *in posthum. Farinac.* fideiussionem non posse extendi ultra formalitatem verborum, nam quidquid non est expressum in fideiussione non censetur comprehensum *dict. Leg. quidquid adstringenda ff. de verb. obligat. Pirrh. Maur. de fideiuss. sect.* 3. *cap* 5. *n.* 28. *& seqq.* ubi inquit, quod si in fideiussione verba sunt ambigua, contra stipulantem interpretantur, quandoquidem sibi imputare debet stipulator, si legem apertius non dixit *Leg. veteribus ff. de pact.* Tam quia cum prefatus D. Io. Franciscus tempore promissionis factæ a d. D. Hieronymo de Marinis, se immiscuisset in paternam hæreditatem, pro dimidia portione 4 5 6 7

tione ad ipsum delata, & pro dicta portione dumtaxat, Creditoribus paternis conveniri posset *Leg.* 2. *Cod. hæred. act.* & *Leg. in execut. in princ. ff de verb. oblig.* eadem promissio omnino limitanda videbatur ad portionem tantum, pro qua præfatus Hieronymus conveniri poterat; cum fideiussio sit intelligenda rebus stantibus, prout stabant tempore quo fuit præstita, *Castill. in præcitato loco num.* 43. *Menoch. cons.* 212. *num.* 24. *Ladercb. cons.* 198. *n.* 3. *vers. quarto quæcumque promissio*, *Giovagnon. cons.* 58. *num.* 18. *Cyriac. contr.* 101. *num.* 33. *tom.* 1. In dubio enim fideiussio videtur se restringere ad eum casum, de quo verisimiliter tunc temporis fuit cogitatum, & noluisse suam obligationem ampliare, ut ex pluribus comprobat *Pirrh. Maur. de fideiuss.* 5 *sect. cap* 2. *n.* 42 *Hering. pariter in eius tract. de fideiuss. cap.* 19. *n* 1.

8

Quod est generale in omni dispositione; siquidem quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, *Leg. quod servus ff de condit ob causam cap. in Parochia* 16. *qu.* 1. *Barbos. in eius tractat. variar. axiomat.* 73. *Surd. cons.* 27. *n.* 6. & *plenius cons.* 68. *n.* 18. *lib.* 1. ubi quod in omni dispositione, & omni contractu pariter, intelliguntur restringere se ad statum, secundum tempus contractus, & rebus sic stantibus, quod confirmat idem *Barbos. in dict. eius tractat. var. claus.* 129. *n.* 4. ubi ait quod promissio debet intelligi, secundum terminum, & statum, qui tempore promissionis vigebat.

9

Tertio in omnem casum, quando etiam præmissa cessarent, ponderabatur, quod cum ex parte dicti Hieronymi de Marinis prætenderetur dictum Ioannem fratrem, & cohærede phisici Io. Francisci; se immiscuisse in portionem hæreditatis ad se delatam, quamvis deinde idem Io. ut in minori ætate constitutus repudiaverit portionem hæreditatis ad se pertinentem, cum tamen portio repudiata non accreverit d. physico Io. Franc invito sed volenti, eo quia vacaverit iure singulari, & extraordinario, ope scilicet restitutionis in integrum, *Bellon. de iur accresc. cap.* 8. *qu.* 7. *n.* 1. & *seqq. lib.* 3. & consequenter retenta sua portione iam adita, abstinere se posset a d. portione Io. *idem Bellon. ibid. n.* 5. *ad finem in vers.* 1 & *n.* 6. Inde sequi videbatur, quod necessitas in qua se coniecerat idem Io. Franciscus persolvendi fideiussionem factam per Michaelem Clementem eius patrem, etiam pro portione Ioannis mediante illius retentione, ipsi erat iputandum. *Gratian. discept. forens. tom.* 5. *cap.* 920 *n.* 46. *Surd. cons.* 215 *n.* 29. & *seqq. lib.* 2. & per consequens etiam damnum quod passus fuerat, vel passurus est, occasione eiusdem fideiussionis, cum damnum quod quis sua causa sentit, sibi imputare debeat. *cap. damnum de reg. iur. in* 6. *cap. fin. de iniuris*, & *damni*

10

11

12

13

dat.

dat. Leg. quod qui de reg. iur. Francisc. Hyeron. Leo. dec. Valent. 41. *n.* 15. *lib.* 1. & in specie quod Fideiussor. cui promissa fuit indemnitatis conservatio, relevationem damni voluntarii passi eius facto, & culpa, petere non possit, probant *Text. in Leg. fideiussor. ff. mandat. Alex. in Leg. si quis iniquum §. si iis pro quo ff. quod quisque iur. Riminald cons.* 132. *n.* 13. *Paris. cons.* 104. *n.* 12. *lib.* 3. *Gratian. discept. forens. cap.* 594. *n.* 10. *Rot. apud Seraph. dec.* 1024. *n.* 2. 14

Quarto demum præfato Ioanni Francisco adversarii dicebatur, quod nullum adhuc damnum passus fuisset pro portione Io. occasione fideiussionis præstitæ per Michaelem Clementem de Cerris eius patrem, ad favorem hæredum Dominici Filipponi, quia nihil solverit præfatis hæredibus, unde sequebatur iuris regula communiter a Doctoribus recepta, quod non possit Fideiussor. convenire Promissorem indemnitatis ante quam solvat, *Gloss. in Leg. fin. C. de magist. convent. Alex. cons.* 114. *in princ. lib.* 3. *Gratian. discept. forens. tom.* 3. *cap.* 549. *num.* 5. *Benintend. dec.* 81. *n.* 12. *Rot. post Cenc. dec.* 194. *n.* 3. *Muscatell. in eius tract. de fideiussor. par.* 2. *qu.* 4. *Cenc. noviter impress. de censibus qu.* 75. *n.* 14. *& seqq. Henring. de fideiussor. cap.* 25. *n.* 10. *pag. mihi* 312. Hoc enim suadetur ex natura eiusdem promissionis, quæ significat omne dannum ab futurum, & in damno non dicitur, si damnum immitet, nec Fideiussor ante pecunias solutas dicitur Creditor, nisi liberationis, sive conservationis indemnitatis. *Bald. in Leg. si pro ea n.* 10. *Cod. mand. Cenc. de censib. d. qu.* 75. *n.* 15. *ad fin. & n.* 20. *Rot. post Cenc. dec.* 472. *n* 6. 15 16

Verum his non obstantibus unanimi voto, contrarium fuit per nos iudicatum, & successive confirmata Sententia Illustriss. D. Gubernatoris Liburni, & illius D. Iudicis; huius nostræ resolutionis ratio fuit, quia cum Dom. Io. frater dicti D. Io. Francisci hæres scriptus in Testamento D. Clementis eorum patris, una cum dicto D. Ioanne Francisco (qui hæreditatem prædictam iam adiverat, & in ea se immiscuerat) ab eadem hæreditatem se abstinuisset, ac eam expresse repudiasset, & consequenter portio ipsi Ioanni ex paternis Tabulis delata, attenta supradicta expressa repudiatione per ipsum facta, vacans remansisset; inde factum est; quod dicta eadem portio vacans, ipso iure accreverit præfato D. Ioanni Francisco cohæredi, cum regulare sit, quod in hæreditatibus, portio vacans ipso iure accrescit. *Leg. cui §. his ita definitis, & ibi Castr. n.* 6. *Cod. de cad. toll. Leg.* 2. *§. si duo ff. de bonor. possess. secund. tab. Gloss. in Leg. apud Iulianum* 11. *§. idem Iulianus in verbo hæreditatem* 17

ff. de

ff. de Trebell. Peregrin. de fideic. art. 48. *num.* 78. *Ruin. cons.* 26. *n.* 14 *vers. confirmantur etiam vol.* 3. cum iuribus aliis, & authoritatibus pleno calamo cumulatis per eruditissimum, & doctissimum *Io. Ant. Bellon. de iur. accrescend. cap.* 8. *qu.* 1. *n.* 2. *tom.* 3. Adeout hominis factum minime requiratur, & sic nova aditio, sed præcedens sufficiat, ut probant deducti per *Bellon. in præcit loco n.* 3. *&* 4 cuius rei illa videtur esse ratio (inquit idem *Bellon. in præallegato loco*) quia cum pluribus hæreditas defertur, si unus partem adeat, perinde cœteris deficientibus habetur ac si solus ad eam hæreditatem vocatus esset. *L. libero homo* 59 §. *ultimo ff de hæred. instit.* unde si solus vocatus esset, partem adeundo, totam hæreditatem adire censeretur *Leg. si solus* 79 *in princ. ff. de acquir. hæred.* Ita etiam totam adiisse censeri debet, cum postea cœteri deficiunt *d. Leg. si duo* 38. *ff. eodem*, ut propterea amplius, minime necessaria reliquarum partium aditio videatur, tanquam earum, quæ retrofinguntur aditæ. *Cephal. cons* 29. *n.* 9. *Bellon. in præcit. loco num.* 5. *ad fin.*

18

Hinc est quod pars hæreditatis vacans accrescit etiam ignorantibus, ex plene cumulatis per *Bellon. de iur. accrescend. d. tom.* 3. *d. cap.* 8. *d. qu.* 1. *n.* 13. quia hæc est natura eorum, quæ obveniunt ipso iure, ut etiam ignorantibus acquirantur, ut subdit idem *Bellon.*

19

Et non solum ignorantibus, sed etiam invitis hæredibus, in hæreditatibus pars vacans accrescit, *Leg. unic.* §. *bis ita definitis*, *& ibi Bart. in princ. & n.* 3. *cum aliis pluribus, quos refert & seqq. Bellon. d. cap.* 8. *qu.* 4. *n.* 8. *quod etiam dixerat in eodem cap.* 8. *qu.* 1. *n.* 14.

20

Si ergo portio delata Io., & per ipsum expresse repudiata, tanquam vacans ipso iure accrescit dicto Io. Francisco eius fratri, qui hæreditatem prædictam iam adiverat, & in ea se immiscuerat, etiam invito; & perinde est ac si ab initio totam hæreditatem adivisset, ut mox probavimus, utique ipse Io. Franciscus ad cuius favorem Hieronymus de Marinis intercessit Fideiussor, in solidum una cum aliis de quibus in apodixia fideiussionis superius registrata, in principio presentis decisionis, pro ipso uti hærede Michaelis Clementis de Cerris eius patris conservando indemne a fideiussione per præfatum Michaelem Clementem facta pro Horatio Targini, pro summa scutorum bis mille octuaginta uno, pro reddictione rationum administrationis diversarum mercium, ad favorem hæredum Dominici Filipponi, pro tota hæreditate non autem pro medietate tantum conservari debebit indemnis a damno, quod occasione su-

supradictæ fideiussionis præstitæ per Michaelem Clementem eius patrem, passa est, vel patietur integra hæreditas eiusdem Michaelis Clementis, & pro ea ipsemet Io. Franciscus, qui eam adivit cum Fideiussor datus pro parte principali, censeatur etiam datus pro parte accrescente, ut probant *Text. in Leg. si ab uno ff. ut legator. sive fideicomm. nom. cau.* ubi habetur, quod si alter ex cohæredibus cautionem præstiterit ad favorem Legatarii, censetur eam præstitisse etiam pro integra hæreditate, si altera portio ei postea accreverit, his quæ sequuntur verbis videlicet „ Si ab „ uno ex Legatorum satis accipimus, cum ab omnibus hæredibus „ nobis legatum esset, si pars cohæredis accrescat promissori, in „ totum Fideiussores tenentur, si solidum legatum his cœperit deberi, *& ibi gloss. & in Leg. 2. ff. quorum legatorum*, per quem deciditur quod si fuerit præstita cautio ad favorem alterius ex Legatariis, & ei postea accreverit portio Collegatarii, comprehendit totam rem legatam, etiam cum portione accrescente. Paulus enim ibi sic ait „ diversum est si postea pars „ legato accreverit, nam hoc nomine tenentur Fideiussores in „ totum „ *& ibi gloss.* „ ibi „ quasi in omnem causam, quæ „ ea occasione provenit fideiussisse videatur „ Cuius Textus quidem casus, est præcise casus noster. 21

Et ex his duabus Legibus inferunt, atque notant communiter Doctores, quod fideiussio præstita pro parte principali, extenditur etiam ad partem accrescentem, sive accretio interveniat ex parte Fideiussoris, sive ex parte eius pro quo intervenit Fideiussor, ut in casu proposito *Dec. in Leg. edita 3. n. 26. Cod. de edend. Alciat. in Leg. re coniuncti n. 60. ff. de leg. 3. & ibi Crot. n. 112. Duaren. de iur. accresc. lib. 2. cap. 4. Menoch. de adipisc. possess. remed. 2. n. 95. Peregr. cons. 109. n. 10. vol. 3. & cons. 155. n. 18. vol. 5. & in tractat. de fideic. art. 8. n. 4. Surd. dec. 212. n. 9. Bellon. de iure accresc. cap. 9. qu. 49. n. 9. vol. 3.* animadvertunt enim DD. prædicti, quod portio accrescens dicitur eadem cum portione, cui accrescit, & præcipue *Crott. in d. Leg. re coniuncti num. 212.* & quod hæres scriptus in dimidia, dicitur etiam institutus in altera dimidia si fuerit factus locus iuri accrescendi. *Peregr. d. cons. 109. n. 16. in fin. vol. 3.* 22

Et quamvis regula sit, quod fideiussio non extendatur de casu ad casum tamen hoc non procedit in unitis individuis, dependentibus, & annexis ipsi obligationi fideiussoriæ, *Maur. de fideiussor. 2. parte sect. 5. cap. 2. n. 75.* Unitorum enim idem est iudicium *Leg. eum qui ædes ff. de usucap.* hinc videmus etiam quod si Mulier stipulata sibi sit dotem reddi, deinde post annum contingat dictæ dotis augumentum, & de dote reddenda 23 24

receperit Fideiussores, tenebantur dicti Fideiussores ad tale augumentum, licet de eo mihi dictum sit, ut observat *Maur. ubi supra n. 76.*

25

Nec obstant in contrarium adducta, non primum respiciens exceptionem rei iudicatæ, quia etsi Illustriss. Supremus Magistratus ad relationem dict. Trium Iudicum secundarum Appellationum huius nostræ Rotæ Florentinæ condemnaverit dictum Hieronymum de Marinis fideiussorem indemnitatis, erga dictum Physicum Io. Franciscum de Cerris ad illum conservandum indemnem, pro rata ad ipsum spectante, uti unum ex duobus Hæredibus quondam Michaelis Clementis de Cerris eius patris; ex hac tamen sententia non oritur res iudicata in hoc iudicio, quia copulative non concurrunt illa tria requisita, de quibus supra in primo obiecto, *vers pro parte præfati Hieronymi*, prout necesse est, ad effectum ut intret res iudicata, ut iidem DD. allegati in eodem vers. expressis verbis dicunt; hic enim duo ex eis deficere nobis visum fuit, identitas scilicet personarum, & iuris, sive meritorum. Deficit personarum identitas, quia in iudicio coram Illustrissimo Supremo Magistratu a d. Physico Io. Francisco de Cerris intentato, in quo emanavit sententia, ex qua deducitur prætensa res iudicata, idem Physicus Io. Franciscus egit duplici nomine, nempe nomine proprio, & nomine Ioannis eius fratris, & cohæredis, qui tunc temporis nondum repudiaverat portionem hæreditatis ad se pertinentem: unde cum præfatus Physicus Ioannes Franciscus, respectu medietatis hæreditatis delatæ eius Ioanni fratri, & cohæredi, cuius nomine, & contemplatione actum fuit pro conservatione indemnitatis succubuerit, quia non habebat legitimam personam pro Ioanne eius fratre, ut mox dicemus; certum redditur quod eadem sententia tanquam lata contra diversam personam (persona enim illius dumtaxat attenditur cuius nomine, & contemplatione actus geritur) *ad Text. in L. fideicomm.* §. *interdum n. 2. ff. de legat. 3. Bartol. in Leg. interdum num. 2. ad Trebell.* cum aliis pluribus allegatis per *Fontanell. in dec.* 111. *n.* 4. *tom.* 1. *ubi n.* 5. subdit spectandam esse personam representatam, non autem personam representantem *ex Text. in Leg. denique* §. *fin. ff. de minoribus*, late *Surd. in cons.* 140. *n.* 16. *lib.* 1. respectu conservationis indemnitatis, pro ea parte hæreditatis quæ repudiata fuit a d. Ioanne, & quæ ipso iure accrevit eidem Physico Io. Francisco cohæredi, effectum rei iudicatæ minime parere potest adversus eundem Physicum Io. Franciscum, in hoc iudicio proprio nomine, tamquam hæredem etiam partis repudiatæ agentem.

26

Desideratur etiam identitas iuris, & meritorum, quandoqui-

quidem non aliam ob causam Hieronymus de Marinis fuit absolutus ab Illustrissimo Supremo Magistratu a conservatione indemnitatis respectu portionis hæreditatis ad Ioannem pertinentis, quam quia vel idem Physicus Io. Franciscus, Ioannis frater, & cohæres in tabulis paternis scriptus, non docuerat habere legitimam personam pro dicto Ioanne, qui nondum eius portionem repudiaverat, cum si ex pluribus eiusdem filiis, unus tanquam Patris hæres agat, & totum creditum petat, possit exceptione, vel ex officio a Iudice repelli, respectu portionum hæreditariarum, ab aliis adhuc agnitarum, ad alios spectantium, quia hæc non est proprie exceptio de iure Tertii, sed de non iure Agentis, cum non possit unus ex pluribus filiis, hæres fieri nisi pro virili, quandiu cœteri non sunt exclusi, *Bellon. de iure accresend. cap. 7. qu. 37. n. 29.* ubi reprobat *Surd. & Gratian.* contrarium tenentes. 27

Vel quia etiam si dictus Io. Franciscus habuisset facultatem agendi pro dicto Io. eius fratre a lege, vel ex mandato, fideiussio conservationis indemnitatis præstita ad favorem Ioannis Francisci, non erat extendenda etiam ad favorem Io. cohæredis: in illo enim iudicio per somnium disputatum minime fuit ius in præsenti iudicio per dictum Physicum Io. Franciscum proprio nomine deductum; an scilicet fideiussio indemnitatis obtenta ab uno ex Cohæredibus restringeretur ad dimidiam hæreditatis, quam tantum habebat de tempore obtentæ fideiussionis, an potius ad totam, quando altera portio ob repudiationem Cohæredis ei accrevit: passim etenim habetur apud Iuris Consultos, & Interpretes non competere rei iudicatæ exceptionem quando aliqua personæ, vel causæ disparitas insinuatur ut videre est ex DD. citati in primo obiecto in *vers. pro parte præfati Hieronymi*: *quibus addimus Petrum de Luna inter cons. diversor. Sicul. cons. 38. n. 52. & Larr. in dec. Granatens. disput. 34. sub n. 71. in vers. & passim apud Iuris Consultos*. Et quoties alia ratio movere potuit, ut notatur in *Leg. cum quæritur de except. rei iudic. Larr. dec. Granatens. disput. 47. sub n. 51 in vers. cum quoties alia ratio*. 28 29

Quibus add. potest quod cum eidem Physico Io. Francisco accreverit portio Io. fratris propter illius repudiationem, post latam supradictam sententiam ab Illustriss. Supremo Magistratu, & per consequens causa petendi supervenerit post prolationem eiusdem sententiæ, a qua ex parte Hieronymi de Marinis oriri prætenditur exceptionem rei iudicatæ, inde sequitur, quod non dicitur eadem, sed diversa causa, & sic rei iudicatæ, exceptio non obstat. *Leg. si mater §. eadem ubi Bart.* 30

& alii ss. de except. rei iudic. Surd. cons. 312. *n.* 4. *lib.* 3. *Fontanell dec.* 126. *n* 9. *tom.* 1.

Minus obstare censuimus secundum, in quo deducebatur obligationem dicti Hieronymi de Marinis fideiussoris indemnitatis, esse restringendam ad debitum vigens de tempore quo facta fuit eadem fideiussoria obligatio ad favorem supradicti Physici Io Francisci de Cerris, eo quia fideiussio est stricti iuris, & propterea est stricte intelligenda itaut minus obliget, quam sit possibile; nec extendatur de casu ad casum, in quo sit alteratus rerum status, nec ultra formalitatem verborum, & habebat annexam clausulam illam scilicet *rebus in eodem statu manentibus*.

Nam multipliciter responsum fuit, & primo quod cum habeamus cautionem præstitam ad favorem Legatarii, censetur eam præstitisse etiam pro integra hæreditate, si altera portio ei postea accreverit; sicut etiam si fuerit præstita cautio ad favorem alterius ex Legatariis, & ei postea accreverit portio Collegatarii comprehendit totam rem legatam, etiam cum portione accrescente, nec non DD. communiter inde inferentes, quod fideiussio data pro parte principali, extenditur etiam ad partem accrescentem, sive accretio interveniat ex parte Fideiussoris, sive ex parte eius pro quo intervenit Fideiussor, ut superius firmavimus in allegato *vers. si ergo portio* non est immorandum in regulis generalibus cum in decidendis causis attendi debeant iura, & Doctores in specie, & individuo; non autem iura, & Doctores in genere, iuxta traditam per *Cardinalem in Clem. sepe sub n. 6. in vers. sexto oppono, & per Hieronymum Gonzalez. super reg. Cancell. de mensibus & alternat.* §. 4 *proem n.* 41. *pag. mihi* 34. *ideo dixit Felin. in cap. cum ordinem ante n.* 3. *de rescript.* quod expedire consultantes per regulas generales, est officium Procuratorum, & eorum DD. quos vulgo positivos appellat; sed allegare in terminis, doctissimi Doctoris est, quem refert, & sequitur *Gonzalez in præcit. loco n.* 42.

51

Neque ad evitandam supradictarum legum dispositionem obiiciatur, nos versari in propositione indefinita, quæ in dispositione legis, æquiparatur universali, secus autem esse in dispositione hominis, ut in casu nostro.

Quandoquidem omisso quod hæc distinctio reprobatur a *Covar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. ea quidem applicari minime potest casui proposito; quia leges prædictæ expresse loquuntur de dispositione hominis ut in casu nostro.

Preterea obligatio Hyeronimi de Marinis fideiussoris, non est concepta per verba indefinita, sed per verba universalia, & per

& per consequens debet comprehendere quascumque accessiones, ut observat *Maur. de fideiussor. part.* 2. *sect.* 5. *cap.* 1. *n.* 13. *in fin.* 32

Est autem concepta per verba universalia, ut probatur ex eius lectura, & signanter ex illis verbis *& senza danno alcuno* ponderando verbum illud *alcuno* latine *aliquod* quod in propositione præsertim negaivat, omnia negat, & facit propositionem universalem negativam *Natt. cons.* 525. *num.* 7. *cum aliis relatis per Barbos. in eius tract. de dictionibus dict.* 22. *n.* 1. *& n.* 7. 33

Secundo responsum fuit nos versari in promissione indemnitatis, quæ de sui natura extenditur ad omnes accessiones damna & interesse *Rot. dec.* 138. *num.* 1. *part.* 10. *rec. & penes Buratt. dec.* 194. *num.* 2. *Maur. de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 17. *num.* 14. *pag. mihi* 101. *Herring. eod. tract. de fideiuss. cap.* 26. *n.* 53. 34

Eo magis quia in casu nostro in obligatione facta per dictum Hyeronimum fideiussorem non solum leguntur illa verba, *e fosse per partire* quæ respiciunt tempus futurum; sed etiam quia idem Hyeronimus se obligavit cum clausula *uti principalis principaliter, et in solidum*, quæ operatur, ut taliter se obligans, non solum teneatur ad quantitatem promissam, verum etiam ad accessiones damna, & interesse. *Rot. dec.* 195. *num.* 2. *vers. & hoc maxime part.* 1. *divers.* Tunc enim huiusmodi fideiussores se obligantes cum dicta clausula, respectu creditorum sunt Correi, & tenentur ad omnia ea, ad quæ erant obligati principales, ut multis *relatis optime observat Rot. in dec.* 77. *n.* 8. *part.* 11. *rec.* 35 36

Tertio, & ultimo responsum fuit, quod cum in casu, in quo fuit præstita cautio ad favorem alterius ex legatariis, vel hæredis, cui postea accrevit portio Collegatarii, vel cohæredis, ut in casu nostro, fideiussor censeatur fideiussisse, ut probat *Gloss. in allegat. text. in L.* 2. *ff. quorum legator*, & fideiussor qui promittit in omnem causam absolute, & remota omni prorsus dubitatione, ad omnia teneatur, ad quæ principalis ipse tenetur, *Add. ad Rovit. in dec.* 5. *sub num.* 1. *vers. contrarium tamen* „ ibi „ aut in omnem casum promissit fideiussor „ *Hodiern. ad dec.* 212. *num.* 2. *ad finem* „ ibi „ Nisi in omnem „ causam „ inde sequitur; quod quemadmodum Horatius Targinus principalis, tenetur indemnem conservare dictum Physicum Ioannem Franciscum, etiam pro portione Ioannis eius fratris, & cohæredis, quæ sibi accrevit; ita quoque ad eam teneatur Hieronymus de Marinis, qui fideiussor intercessit pro 37 38

dicto Horatio, ad favorem præfati Physici Io. Francisci.

Quinimo, quamplures magni nominis Doctores communiter asseruerunt, quod etiam si fideiussor expresse non promiserit in omnem causam obligationis sui Principalis, sed simpliciter, & indefinite se obligaverit, teneatur tamen non solum ad sortem, verum etiam ad damna, expensas, interesse, fructus, usuras, pœnas, augumenta, & ad omnem causam obligationis sui principalis, quia fideiussor in dubio censetur datus in omnem causam, ut multis relatis probat *Add. ad dictam decis. Rovit. 5. sub n. 1. in allegato vers. contrarium tamen Surd. dec. 212. num. 8. & 161. Hodiern. num. 1.* nisi tamen in fideiussione adsit quantitatis expressio per dictionem *tantum aut solum Add. ad Rovit. in d dec. 5. sub d. n. 1. in vers. ubi sic decisum refert Gait. de cred. cap. 4 quæst. 10. num. 1171.* ubi nisi specifice & limitate, *Surd. de aliment. tit. 8. priv. 50. n. 2. optime Merlin. Pignattell. in eius contr. cap. 43. ad fin. in vers. verum magna Curia, Centuria prima.*

39

40

Quam conclusionem per supradictos DD firmatam, sine ulla prorsus difficultate procedere affirmant in actionibus bonæ fidei, ut videre est ex cumulatis *per Add. ad d. dec. 5 Rovit. sub d. num 1. in vers verum revertes, & per Hodiern. ad decis. 212. sub num. 2.* qualis est actio propositi casus, agitur enim de actione negociorum gestorum, sive administrationis bonorum, quæ connumeratur inter actiones bonæ fidei §. *actionum autem instit de actionibus, in 5. actionum sect.* Quandoquidem Horatius Targinus suscepit administrationem mercium, & rerum heredum Dominici Filipponi, ad quorum favorem pro d. Horatio fideiussionem præstitit Michael Clemens de Cerris Pater supradicti Physici Io. Francisci; quem indemne conservare promisit Hyeronimus de Marinis.

41

42

Nullius ponderis etiam esse diximus tertium obiectum, in eo versans, quod d. Hyeronimus de Marinis fideiussor indemnitatis, indemnem conservare minime teneatur prefatum Physicum Io. Franciscum, quia se coniecerit in necessitatem solvendi debita hæreditaria, retinendo portionem Io. quam, retenta sua portione creditoribus dimittere poterat, & propterea damnum quod ipse passus est, vel patietur pro portione delata Ioanni, sit voluntarium non autem necessarium; & per consequens illud sibi imputandum.

Quia pro responsione, quod huiusmodi obiectum non subsistit in facto, nam quamvis verum sit in iure, quod quando post unius aditionem, vel immissionem alterius portio vacat non iure communi, sed iure singulari, id est ope restitutionis

in

in integrum, ob minorem ætatem, qui beneficio ætatis fuerit in integrum restitutus adversus aditionem hæreditatis accrescat cohæredi volenti, non autem invito ex cumulatis *per Bellon. de iur. accresc. in cap. 8. quæst. 7. n. 1. & seqq. lib.* 3. etiam si cohæres velit suam portionem retinere, ut firmatur per *Bellon. ibidem n. 5. ad fin. in vers* 1. *n* 6. 43

Non tamen verificatur ex actis, quod prædictus Ioannes se immiscuerit in hæreditate prædicta, vel eius portionem acceptaverit, & deinde implorato restitutionis in integrum, ob minorem ætatem beneficio, eam repudiaverit, & sic quod eius portio iure singulari vacaverit.

Quandoquidem licet Hyeronimus de Marinis ad probandum, quod dictus Ioannes se immiscuerit in hæreditate paterna, & eam adierit, allegaverit plures actus, qui fieri non possunt, nisi citra Ius, & nomen hæredis, venditionem scilicet nonnullorum bonorum hæreditariorum, Librum Æstimi sive Decimæ in quo leguntur descripta bona hæreditaria in capite Ioannis, & Physici Io. Francisci hæredum scriptorum in tabulis paternis: Libros Ministrorum Gabellæ Annonæ in quibus declarantur debitores hæredes supradicti Clementis Cerrj; & demum Fidem Trium Testium asserentium, prædictum Ioannem post mortem eius Patris, habitasse insimul cum d. Io. Francisco eius fratre paternam Domum, & administrasse bona paterna, insimul pariter cum eodem Io. Francisco.

Attamen nullus ex prædictis actibus iustificatur ex processu, ita & taliter, ut ex aliquo ex eis probetur asserta immixtio, ac bonorum hæreditariorum aditio. Nam quo attinet ad venditionem bonorum hæreditariorum animadvertendum est, venditionem prædictam, factam fuisse a Physico Io. Francisco; absente, & ignorante Ioanne, & quamvis eam fecerit etiam nomine ipsius Ioannis, pro quo de ratho promisit; idem tamen Ioannes nunquam eam ratificavit, vel approbavit, & sic huiusmodi actus gestus a Io. Francisco, sine scientia, & mandato Ioannis, ei præiudicare minime potest.

Minus ei officere potest descriptio bonorum hæreditariorum, etiam in capite d. Io. in Libro Æstimi, sive Decimæ, quia dicta descriptio facta fuit ad instantiam dicti Physici Io Francisci; non habentis legittimam personam pro Io. eius fratre, ipso Io. inscio; & dum erat in pupillari ætate constitutus; & ideo Io. Franciscus habita notitia de repudiatione facta a dicto Io. eius fratre, petiit & obtinuit describi omnia bona prædicta in eius capite.

Irrelevans quoque redditur descriptio debiti hæredum dd.

Mi-

Michaelis Clementis facta a Ministris Gabellæ Annonæ, in capite hæredum eiusdem Michaelis Clementis; Quoniam appellatione hæredum venit etiam unus solus hæres, ultra quam non est in facultate Ministrorum Gabellæ declarare an aliquis sit hæres nec ne eius Patris. Præterea verba prædicta Ministrorum Gabellæ possunt verificari etiam in hæredibus scriptis in Testamento paterno, erant præfati Io. Franciscus, & Ioannes.

Non obstat demum fides quam fecerunt supradicti tres Testes, quod scilicet præfatus Ioannes habitaverit in domo paterna, & administraverit, una cum Io. Francisco, bona hæreditaria, quia cum fidem facientes, deinde in eorum examine præcedentibus partis interrogatoriis deposuerint, quod tempore mortis Patris Ioannes remanserit infans, & quod solum Ioannes Franciscus post mortem Patris admistraverit bona hæreditaria, ac post biennium a die mortis, præfati Ioannes, & Io. Franciscus se contulerint ad Urbem Vulturni, ubi semper commorati fuerunt: cui quidem examini magis standum est, quam disposi- 44 tioni factæ in dicta fide *Post. de manut. observat.* 91. *sub n.* 3. *Seraphin. dec.* 1073. *num.* 9. *Rot. dec.* 774. *num.* 3. *part.* 3. *&* *dec.* 312. *num.* 4. *part.* 9. *num.* 1. Actus prædicti, & habitationis, & administrationis bonorum hæreditariorum, non remanent probati, & ideo præiudicare non possunt d. Ioanni.

Non probato igitur quod Ioannes se in hæreditate paterna immiscuerit, ac eam adierit: & contrario probata repudiatione eiusdem hæreditatis per ipsum facta; manifestum redditur, quod portio eiusdem Ioannis deficit, non iure singulari, sed iure communi; quo in casu portio hæreditatis deficiens, post partis 45 principalis aditionem, accrescit invito *ad text. in L. cum hæreditate* 55. *ff. de acquir. hæredit.* late *Bellon. de iure accrescen. in allegat. cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 1. *lib.* 3. non præcise tamen, sed causative velit suam portionem retinere, ut observat ibidem idem *Bellon. num.* 4. licet in casu nostro, in quo ius accrescendi est coniunctum cum substitutione vulgari, quia Testator invicem cohæredes substituit, *Bellon. de iure accresc. lib.* 3. *cap.* 9. 46 *quæst.* 31. *num.* 9. portio deficiens accrescat invito præcise non causative, ut latissime probat idem *Bellon. dict. libr.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 94. & latius *cap.* 9. *quæst.* 34. *per tot.* tunc enim non habet locum dispositio Textus in *dict. Leg. cum hæreditatis* 55. *ff. de acquir. hæredit.* Quo posito damnum eiusdem Physici Io. Francisci non fuit, nec erit voluntarium, sed necessarium.

Præterea quando etiam admitteremus quod portio Ioannis defecisset iure singulari, quia scilicet resoluta fuisset asserta aditio facta per Ioannem, mediante beneficio restitutionis in integrum

grum (quod tamen omnino negatur) & per consequens quod Physicus Io. Franciscus potuisset retinendo propriam partem hæreditatis Paternæ, ab alia Ioannis se abstinere, & eam creditoribus dimittere; non propterea ea tanquam sibi iure accrescendi, & Testamentariæ substitutionis delatam acceptando, & retinendo, diceretur voluntarie eius culpa damnum pati voluisse, ita ut indemnitatis conservationem, etiam pro parte Ioannis a dicto Hyeronimo minime consequi valeat.

Nam cum sit in facultate cohæredis, vel sibi retinendi partem acceptam iure singulari, vel eam dimittendi creditoribus *Bellon. de iur. accrescend. d. cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 93. & latius *quæst.* 7. *num.* 6. *d. lib.* 3. & propterea posset Physicus Io. Franciscus inspecta iuris communis dispositione, etiam portionem Ioannis retinere, ei nulla potest imputari culpa; cum culpa ei adscribi nequeat, qui aliquid facit lege permittente ex allegatis per *Surdum in cons.* 12. *n.* 31. *lib.* 1. *&* *in cons.* 365. *n.* 20. *lib.* 3. 47

Nulla etenim ratio suadebat, quod Physicus Io. Franciscus portionem Ioannis dimitteret creditoribus; cum ipsi cui debebatur indemnitatis conservatio, etiam pro parte Io. sibi accreta, ut constat ex superius deductis in *vers. huius nostræ resolutionis ratio.* futura esset lucrosa; licet Ioanni, vel eius creditoribus; quos non amplectabatur promissio conservationis indemnitatis, quam fecerat Hyeronimus fideiussor ad favorem Physici Io. Francisci, fuisset damnosa, & per consequens damnum hoc pateretur; paria enim sunt damnum pati, & lucrum perdere, quando agitur de iure jam quæsito, ut in casu nostro *Rol. cons.* 21. *num.* 58. *Barbos. assiomat.* 63. *num.* 4. *Surd. cons.* 440. *n.* 31. *lib.* 3. Ubi quod qui perdit ius quæsitum, damnum pati dicitur ut eximeret d. Hieronymum ab obligatione conservandi indemnem ipsummet Fisicum Io. Franciscum, ratione portionis repudiatæ a Io. & sibi accretæ, cum damnum pati alieni compendii causa nemo cogendus sit *Anton. Fab in eius Cod. lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 14. *n.* 3. *in alleg. pag. mihi* 76. *C.* 2. & cuicumque de iure sit fas ad evitandum damnum, non solum alium non liberare a damno, sed aliis imputare damnum *Santern. de assecur. & spons. mercat.* 4. *part. sub n.* 44. *versus fin. in vers. ut enim quis.* 48 49 50 51

Nulla igitur concurrente culpa in persona dicti Physici Io. Francisci in non dimittendo creditoribus portionem Ioannis sibi accretam, sed eam pro se retinendo, cessat omnino obiectum fundatum, tum in prætensa voluntaria necessitate solvendi debita hæreditaria etiam pro dicta portione Ioannis, in quam

se co-

se coniecit idem Io. Franciscus eam pro se retinendo, & creditoribus non dimittendo, tum in asserto damno voluntarie passo, cum iuris regulæ in dicto obiecto deductæ, se habentes, quod imputandum est ei, qui se coniecit in necessitatem, & quod fideiussor indemnitatis non tenetur de damno voluntarie passo per eum, cui promissa fuit indemnitatis conservatio, procedant quando adest culpa eius qui se ita adstrinxit, vel ipsius ad cuius favorem facta indemnitatis promissio, qui ipsius facto & culpa passus est damnum, non proponendo exceptiones sibi vel eius principali de iure competentes, ut optime primam iuris regulam declarat *Gratian. discept. forens. tom. 5. in cap. 520. sub num. 46. in vers. quia ista habent locum*, & secundum conclusionem ita interpretantur iura, & auctoritates in obiecto allegatæ.

52

53

Et id clare videtur probare Textus allegatus supra in *vers. si ergo portio delata* scilicet in *Leg. si ab uno pen. ff ut legator. sive fideicommiss. nom. cau.* cum per Textum prædictum expresse decidatur fideiussorem teneri etiam pro parte accrescente, & quidem sive accrescat iure singulari, sive iure Communi, quia indistincte loquitur, & propterea generaliter, & indistincte venit intelligendus ex allegatis per *Barbos. in axiomat. 136. num. 1. cum pluribus seqq.* & per consequens ibi per Paulum præsupponatur cohæredem retinendo partem sibi accrescentem, & ita se obligando pro ea creditoribus hæreditariis, se voluntarie in necessitatem coniecisse, & damnum voluntarie passum fuisse.

54

Et quamvis adversus præmissa ex parte Hyeronimi de Marinis obiiceretur de abstensione ab hæreditate paterna facta a Ioanne, & illius repudiatione per nos nullam esse habendam rationem, uti facta per collusionem inter dictum Ioannem, & Io. Franciscum cohæredes, ad effectum ut Ioannes etiam ab eodem Hyeronimo conservaretur indemnis, quam deducebant, tum ex tarditate dictæ repudiationis facta, postquam Ioannes se vidit exclusum a conservatione indemnitatis, mediante Sententia Illustriss. Supremi Magistratus, tum quia nulla probata fuerat læsio, tum demum ex stricta sanguinis coniunctione, cum præfati Ioannes, & Io. Franciscus sint fratres: Collusio enim licet sit difficilis probationis, probatur tamen coniecturis *Menoch. de præs. lib. 5. præs. 26. n. 1. Mascard. de probat. concl. 327. n. 1. Surd. cons. 371. n. 93.*

55

Attamen supradicta prætensa collusione, nullum fundamentum constitui posse putavimus: quandoquidem cum collusio sit conventio latens, & fraudolenta *Med. de definit. diffinit. 34. n. 1. inter tract. tom. 18. pag. mihi 300.* Colludens enim dicitur fal-

56

falsum committere, quia aliud agit, & aliud simulat *Bertazol. cons. crim. lib.* 2. *cons.* 407. *num.* 18. *subdens num.* 19. quod colludium fieri dicitur, ubi quia ex conniventia illicitum quid agit, illa non præsumitur nisi probetur *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 78. *num.* 3. *libr.* 6. *Buratt. dec.* 64. *num.* 8. *Bertazol. cons. criminal.* 455. *num.* 34. *d. libr.* 2. *Rot. decis.* 99. *num.* 1. *part.* 5. *rec.* & tanto minus in causa civili *Bertazol.* ibidem *n.* 35. & quod tanto clarius procedit, cum dolus exigatur in ea, *Bald. in Leg.* 1. *in fin. C. si quis omiss. Sacc. test. Bertazol. d. cons.* 455. *num.* 36. quæ æquipollet calumniæ, ut ibi subdit *Bertazol.* & dolus non præsumitur nisi probetur *Leg. dolum C. de dolo.*

57

58

Et licet non negaverimus collusionem probari coniecturis, & præsumptionibus; in præsenti tamen casu videbatur deficere probatio, quæ admodum concludens esse debet *Rot. decis.* 319. *num.* 6. *part.* 3. *rec.* nec afferri præsumptiones, aut coniuncturas, ex quibus sufficienter detegi posset prætensa collusio quinimmo cum Ioannes licite posset repudiare suam partem, & facere ut accresceret Io. Francisco cohæredi, cui substitutus erat, *Bellon. de iur. accrescend. lib.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 34. *sub num.* 33. *in vers. & simili modo.* Maxime iusta subsistente causa; quia ipsi, cui non fuerat a Hyeronimo promissa indemnitatis conservatio, dicta eius pars hæreditatis futura erat damnosa, & Io. Franciscus dictam partem Ioannis pro se retinere, uti sibi accrescentem, tanquam lucrosam, quia ius accrescendi operabatur, ut Hyeronimus fideiussor teneretur conservare indemnem d. Io. Franciscum etiam pro portione Ioannis, ipsi accrescente, ut diximus supra in *vers. huius nostræ resolutionis ratio.* Inde evidenter infertur, in Ioanne repudiante, & Io. Francisco, illius portionem sibi accrescentem retinente, cessare prorsus omnem fraudis, ac doli suspicionem, quia quod fit lege permittente non potest dolo adscribi *L. Gracch. de adult. Surd. cons.* 10. *num.* 47. *lib.* 1. Nemini enim iniuriam facit, qui suo iure utitur *Leg. quod Reipublicæ & Leg. iniuriarum ff. de iniur. Surd. d. cons.* 10. *num.* 45. & 15. solus damnum facere dicitur qui facit id quod sibi non est permissum *Leg. nemo damnum ff. de reg. iur. Surd. in eod. cons.* 10. *num.* 46. nec dolum committere videtur qui sibi prospicit *Bald. in Leg. qui natura §. si cum me absente ff. de negot. gest. in quarto notab.* quem refert, & sequitur in terminis prætensæ conclusionis *Bertazol. in allegat. cons.* 455. *n.* 40. *ad finem d lib.* 2. *in cons. crimin.* Ubi firmat, emptorem scientem rem esse alienam, posse etiam facere collusionem cum Domino, ut res ei evincatur, *subdens n.* 4. id

59

60

61

62

63

64

65

fieri

fieri posse, etiam causa iusti lucri consequendi, vel ne sibi
66 lucrum auferatur.

Cessante igitur fraude, & dolo, in supradictis Io., & Io. Francisco cohæredibus, cessare etiam debet collusio, quæ sine dolo non committitur, & solum habet locum quando fit aliquid illicitum, ut superius probavimus in *vers. attamen supradicta prætensa collusione*. Quod autem dicebatur de existentia coniecturarum assertæ collusionis, ex supra deductis omnino sublata remanet; ultra quam quod nullius ponderis esse videntur, quandoquidem quod attinet ad primam coniecturam deductam ex tarditate repudiationis factæ per Ioannem, de ea
67 fortasse aliqua habenda esset ratio, nisi concurrisset aliqua causa huius tardationis *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 26. num. 12. tom. 2.* Nam dicebatur quod Ioannes ea ratione distulit repudiationem facere, quia erat minor annis decem, & octo, & non erat informatus de viribus hæreditatis paternæ; & an fideiussio conservationis indemnitatis facta per Hyeronimum de Marinis ad favorem Physici Io. Francisci, compræhenderet etiam ipsius personam, ex cuius cognitione, & decisione dependebat, an pars hæreditatis paternæ ad ipsum delatæ, futura esset damnosa, an vero lucrosa, & propterea postquam cognovit, quod eadem fideiussio non extendebatur ad ipsius personam, & per consequens quod acceptatio eius portionis hæreditatis paternæ sibi potius damnum, quam lucrum allatura erat, maxime post latam, Sententiam ab Illustriss. Supremo Magistratu, de qua supra in factispecie in *vers. Dei nomine invocato pronunciamus* se nolle esse hæredem patris declaravit, quod concludendo eius indemnitati facere potuit, prout quilibet alius vir prudens egisset.

Secunda autem coniectura, ex eo elidi videbatur, quod notorie constabat dictam portionem hæreditatis ad Ioannem devolutam futuram sibi damnosam, si eam acceptasset: quia in casu acceptationis remanebat pro eius rata, sine credito conservationis indemnitatis promissæ per Hieronymum Io. Francisco, quæ ut superius non se extendebat ad Ioannem cohæredem.

Nullius demum ponderis nobis visa fuit tertia, & ultima coniectura fundata in stricta sanguinis coniunctione; quia coniectura prædicta non procedit in collusione, quæ aliquem actum requirit extrinsecum, ex quo colligi illa possit, ut de-
68 clarat *Menoch. in alleg. lib. 5. d. præs. 26. num. 11. d. tom. 2. ibidem subdens*, quod quando adest aliquis actus, qui collusionem potest modo aliquo ostendere, facilius illa præsumitur inter

san-

sanguine coniunctos, quam extraneos, nos autem versabamur in asserta collusione quæ actum requirit extrinsecum, ex quo illa argui posset, & in proposito casu nullus concurrebat actus allegatam collusionem præseferens, ergo de dicta asserta coniectura nulla poterat haberi ratio.

Præterea omnis prorsus removebatur assertæ collusionis suspicio ex Laudo sequto inter dd. Io. Franciscum, & Ioannem, antequam Hyeronimus de Marinis promoveret hanc eius prætensionem, rogatum per D. Ottavianum de Nardis; in quo quidem laudo ab Arbitris decisæ leguntur omnes controversiæ inter dd. Fratres ortæ, eo quia Ioannes hæreditatem paternam acceptare recusaverat; insuper in eodem laudo reperitur condemnatus Io. Franciscus ad solvendum d. Ioanni scut. 700. pro dote matris eiusdem Ioannis, qui fuit unicus filius secundæ uxoris supradicti Michaelis Clementis Cerri; & quia dd. scuti 700. non erant sufficientes pro constituendo patrimonio eidem Ioanni, ut ad sacros ordines promoveretur, Arbitri prædicti condemnaverunt præfatum Ioannem Franciscum ad supplendum id quod deficiebat dd. scutis 700. pro constitutione dicti patrimonii, & e contrario condemnaverunt dictum Ioannem ad faciendam donationem eius bonorum, præfato Io. Francisco eius fratri, quæ tamen effectum sortiri deberet, post illius mortem. Ex contextu enim huius laudi sequuti tempore non suspecto, manifeste detegitur abstensionem dicti Ioannis ab hæreditate paterna fuisse veram, non autem simulatam, & per collusionem factam.

Ulterius addebatur quod si quæ prætensæ collusionis suspicio ex ponderatis coniecturis oriri potuisset, quod tamen, quam absurdum sit dicere, satis superque patet ex superius deductis, ea quidem diluta remaneret ex iuramento calumniæ in causa prædicta præstito per Procuratorem supradicti Io. Francisci *Menoch. de præsumpt. dict. lib. 5. dicta præsumpt. 26. n. 2. ad finem.* 69

Superest modo ut de quarto, & ultimo obiecto circa damnum nondum passum per d Ioan. Franciscum hæredem Michaelis Clementis de Cerris Fideiussoris verba faciamus; nam pro illius responsione ponderatum fuit, quod licet iuris regula sit quod non possit fideiussor experiri de relevatione, nec agere ad solutionem, antequam damnum patiatur; si tamen promissorem interpellaverit petendo se liberari, & extrahi ab obligatione, prout fecit dict. Io. Franciscus deducendo etiam in iudicium intentionem suam, & debitor negliget id facere, sinatque fideiussorem molestari, compellendus est ad solutio- 79

nem eius, quod interest optime *Baldus in Leg. sancimus §. & cum antiquitas num.* 10. *C. de usur. rei indic.* omnino videndus ratio est, quia promissio indemnitatis continet factum; obligatus autem ad factum si non adimpleat, vel sit in mora adimplendi tenetur ad interesse *Leg. stipulationes non dividuntur in vers. Celsus ff. de verb. obligat. Leg. si quis ab alio in fin. ff. de re iudic. Rot. Genuens. de mercatura decis.* 21. *num.* 2. *& dec.* 28. *num.* 12. *Rot. post Cenc. de cens. dec.* 138. *n.* 1. *Merlin. dec.* 606. *num.* 1. *& seqq.* Interesse autem nihil aliud est, quam solutio eius ad quod fuit condemnatus d. Io. Franciscus nulla etenim reperiri potest via, qua idem Io. Franciscus possit aufugere molestiam, nisi solvat hæredibus Dominici Filipponi, & proinde solutio in casu de quo agitur, vocatur id quod interest, ut tradunt omnes *in d. L. stipulationes non dividuntur in d. versu Celsus, ubi Bart. n.* 12. *Alex n.* 15. *Iason. n.* 6. *Imol. n.* 2. *Paris. cons.* 109. *n.* 10. *& cons.* 110. *sub n.* 3. *vers. consequenter vol.* 1. *Mantic. de tacit. lib.* 14. *tit.* 34. *n.* 2. *Rot. decis.* 58. *n.* 25. *part.* 6. *rec.*

71

27

Præterea supradicta regula ex parte Hyeronimi de Maririnis allegata, multipliciter limitatur, & signanter quando fideiussor obligatus est ex documento, quod habet executionem paratam, ut in casu nostro *Bart. in d. Leg. fideiuss. ff. de fideiussori, Bald. in Leg. Caius num.* 1. *vers. quæ si fideiussor ff. eodem Alex. cons.* 17. *num.* 6. *libr* 2. *Mars. in Rub. de fideiussoribus n.* 293. *Magon. decis. Lucens. Vincent. de Franch. dec.* 414. *n.* 2. *ubi Add. n.* 5. *Caball. cons. civ.* 12. *n.* 3. *& seq. Cenc. de cens. quæst.* 75. *n.* 10.

73

Limitatur pariter eadem regula, si fideiussor in iudicium deduxerit suam intentionem, petendo se liberari, & extrahi ab obligatione, ut in casu proposito *Bart. in Leg. si quis mandatis in prima lectura sub num.* 4. *vers. quæris ff. de negot. gest. & in L. si pro ea n.* 3. *C. mandati, Cenc. cens. in allegata quæst.* 75. *n.* 20.

74

Limitatur etiam in eo, qui promisit indemnitatem ipsi fideiussori, hæc enim promissio pleniorem habet significationem, & operatur, ut ex molestia intret obligatio de conservando indemnem absque alia probatione damni *Rot. post Posth. de manut. decis.* 582. *num.* 5. *cum duobus sequentibus &c.* Et ita decisum &c.

75

Ioannes Argentus Rotæ Aud.
Flaminius Burghesius Rotæ Aud.
Franciscus Venturinius Rotæ Aud. & Relat

DE-

DECISIO XXI.

ARETINA VENDITIONIS APOTHECÆ.

Die 8. *Aug.* 1670. *cor. Aud.* Cosmo Farsetto.
Ex lib mot. 127. *pag.* 527.

ARGUMENTUM.

VEnditor Apothecæ, qui Emptori dilationem concessit ad solvendum pretium, potest interim absque labe usuræ annuos fructus recompensativos sibi stipulari. Contractus venditionis rescindi nequit pretextu læsionis non excedentis dimidium iusti pretii, in quo vere consistit enormis læsio.

SUMMARIUM.

1 *Fructus recompensativi non debentur pro re sterili vendita.*
2 *Distingue, ut hoc procedat in venditione mobilium, secus si venditum sit quid universum.*
3 *Fructus recompensativi percipi possunt pro venditione Tabernæ, ratione avviamenti.*
4 *Fructus recompensativi Apothecæ venditæ taxari debent habito respectu ad fructus, quos communiter huiusmodi Apothecæ reddere solent.*
3 *Venditor qui dilationem dedit ad solvendum pretium potest absque labe usuræ aliquid annuum stipulari.*
6 *Emptor dicitur enormiter læsus si plus dimidio dat quam quod accipit.*
7 *Verior tamen sententia est, quod tunc dicatur enormiter læsus quando solvit plusquam dimidium iusti prætii.*
8 *Contractus rescindi nequit quando læsio non excedit dimidium iusti prætii.*
9 *Iniustum est quod quis solvat fructus rei quam non habuit.*

DUo proponebat D. Bartholomæus Borrus Aretinus contra DD. Æquitem Io. Baptistam, & Franciscum de Fortis, unum quoad contractus venditionis Apothecæ aromatariæ inter eos initus sub annuo interesse recompensativo scutorum trium pro quolibet centenario, & anno donec pretium, de quo fides fuit habita, a dicto D. Bartholomæo solveretur, esset usurarius

eo quia res venditæ essent steriles, & ullum fructum naturaliter ferre non possent. Alterum, quod dictus contractus læsivus esset, & propterea rescindendus.

Sed in neutro obtinere illum posse declaravimus, & ita magistratui Medicorum, & Pharmacopolarum huius Civitatis retulimus.

Quoad primum, quamvis *Bald. in Leg. usuras n. 2. 6. C. de usur.* fuerit in opinione, quod etiam pro re sterili vendita, fructus recompensativi debeantur, & possint pacisci, & verior, & recentior sit opinio contra eum, quod immo nulli fructus eo casu peti possint, & pactum super eis initum, sit usurarium ex 1 textu satis claro *in Leg. curabit C. de act. empt. Roland. cons. 14. n. 3. vol. 2. Leotard de usur. qu. 27. n. 36. & seqq.* hæc tamen contra Baldum comunis conclusio locum habere in mobilium 2 venditione declaratur, si vendantur merces, vel alia similia particularia sterilia, ut tradunt *Cyriac. contr. 502. n. 10. Leotard. d. n. 36.* secus si quid universale sit venditum, uti taberna, vel negocium, quia tunc ratione illius, ut vocant avviamenti quem fructiferum reputant, licite aliquid annuum pro interesse re-3 compensativo, donec pretium solvatur percipi potest, dummodo excessivum non sit, sic *Rimin. iun. cons. 177. n. 16. & seq. vol. 2. Borgnin. dec. 13. n 61. par. 2 Rot. post secundum vol. cons. Farinac dec. 89. n. 2. & dec. 490. num. 4. & dec. 540. num. 4. part. 2 rec.* Cum itaque in casu præsenti non merces particulares, sed corpus apothecæ, & negotii aromatarii, ut præcise legitur in Instrumento fuisset venditum habita fide partis pretii solvendi intra annos quinque, & interesse interim conventum ad rationem trium pro centenario satis moderatum esset, præci-4 pue habito respectu ad id, quod comuniter Pharmacopolæ lucrari solent, ut considerat etiam idem *Borgnin. d dec. 13. n. 61. in fin.* optimo iure declaravimus validum, & iustum fuisse pactum prædictum, & propterea eumdem D. Bartholomæum emptorem ad fructus conventos solvendos teneri, cum quidquid asserant nonnulli, verior, & receptior sit opinio venditorem data ad solvendum pretium dilatione, posse absque usuræ labe aliquid an-5 nuum stipulari ut per *Covarr. var. res. lib. 3. cap. 4. n. 5. & post Mantic. Scacc & alios Leotard. de usur. qu. 27. n. 13.* latissime *Sperell. qui Soccin. Cravett. Less. & alios reprobat dec. 119. num. 27. par. 2. per tot. decis.*

Et quoad alteram prætensionem superdicta læsione a d. D. Bartholomæo propositam, pariter eidem non suffragari existimavimus, nam quamvis ex nova æstimatione coram d. Magistratu facta constet primam æstimationem Aretii factam fuisse excessivam,

vam, non tamen erat in eo excessu, ut contractus rescindi potuisset, sive enim sequamur illam opinionem quam *ex Spec. Rofred. Alber. Molin.* & aliis æquiorem appellat *Pinell. in Leg.* 2. *part.* 1. *n.* 7. *Cod. de rescind. vend. & Æscobar. de ratiocin. & comput. comput.* 6. *n.* 3. ut tunc emptor læsus enormiter dicetur, si plus dimidio dat, quam quod accipit, uti si pro re quæ valeret centum, dedisset plusquam ducentum, sive amplectamur alteram veriorem, & comuniorem sententiam, ut emptor læsus enormiter sit, quando solvat plusquam dimidium iusti pretii, uti si res valeat centum, & ipse solvat plusquam centum quinquaginta, quam sequitur *Gloss. in d. L.* 2. *Cod. de rescind. vend. & ibi Azon. Bart. Bald.* & alii, & post eos *Cagnol. n.* 15. *Pinell. d. par.* 1. *n.* 5. & late *Escobar. d. comput* 6. *num.* 4. semper apparebit d. D. Bartholomæum læsum minime fuisse, ad hoc ut contractum prædictum attenta iuris civilis censura rescindere possit cum dimidium iusti pretii læsio non excedat secundum computationem ex DD. etiam opinione supra traditam, faciendam, ut disponit *Text. in d. Leg.* 2. *Cod. de rescind. vend.* 6 7 8

Verum quia in aliqua saltem parte læsum ipsum fuisse constabat, satis æquum iudicavimus dictum emptorem pro excessu dicti pretii ad fructuum recompensativorum solutione absolvere nam cum fructus recompensativi, ut supra diximus, nonnisi ex æquitate debeantur, magna iniquitas in casu præsenti resultaret si ultra pretium excessivum rerum venditarum in summa scutorum ducentum in circa ad fructus etiam præfati excessus solvendos compelleretur, cum tunc vere, non rei tantum sterilis, cum potius rei, quam non habuit fructus solvisset contra *d. Leg. curabit* æquitatem ex late traditis *a Cagnol. in d. Leg.* 2. *n.* 26. *&* 27. *Lup. d.* §. 7. *n.* 141. *Leotard. de usur. d. qu.* 27. *n.* 36. 9

Ex quibus &c.

Petrus Matthæus Maggius Rot. Aud.
Cosmus Farsettus Rot. Aud. & Relat.

DECISIO XXII.

FLORENTINA DOTIS.

Die 9. *Aug.* 1670. *cor. Aud.* PETRO MATTHÆO MAGGIO.
Ex lib. mot. 127. *pag.* 390.

ARGUMENTUM.

SOcer non tenetur nurui dotem denuo restituere, quam eidem semel restituit. Restitititutio vero probatur ex apoca, quam con-

stat de ordine, & mandato ipsius nurus fuisse a tertio exaratam præcipue concurrentibus adminiculis.

SUMMARIUM.

1 *An Pater teneatur de dote a filia recepta, variæ sunt DD. opiniones, quæ hic referuntur.*
2 *Certum tamen est, quod si is dotem Nurui semel restituit, non tenetur ad illam denuo restituendam.*
3 *Apoca etiam aliena manu exarata plene probat in præiudicium illius de cuius mandato constat fuisse conscriptam.*
4 *Præsentia cum scientia rei inducit consensum liberativum, qui ei imputatur, si cum recusare potuit, maluit.*
5 *Testus non semper probant contra producentem, præsertim si de necessitate fuerint inducti.*
6 *Confessio dotis receptæ non probatur falsa per Testes deponentes tunc temporis non fuisse numeratam pecuniam, si illa non restringatur ad tempus confectionis apocæ.*
7 *Verbum* denari *verificari potest etiam in ficta receptione per conversionem unius debiti in alterum.*
8 *Apoca receptionis dotis si sit adminiculata plene probat quamvis facta per tertium, & nullo teste munita.*

RESpondimus Carolum de Bartolonis non teneri ad dotis restitutionem petitam per Sanctam eius nurum & uxorem q. Sebastiani eius filii.

Omissa namque quæstione an Pater teneatur de dote recepta a filio, in qua alii cum *Castr. cons.* 119. firmarunt simpliciter, & indistincte teneri, alii apud *Manent. dec.* 52. *n.* 11. e contra senserunt quod non teneatur, nisi intercedat Patris expressus iussus, ut dos filio solvatur, plures relati a *Capyc. latr. dec.* 36. asseruerunt sufficere Patris interventum in ipso contractu, ubi solutio dotis filio facta 1 est, cæteri apud *Fontanell. de pact. nupt. glos.* 3. *claus.* 7. *part.* 11. *n.* 56. existimarunt nihil aliud opus esse quam Patris consensum in filii matrimonio, illud certum est, quod in casu nostro cum descendentibus prædictis coniugibus a Laribus paternis Sancta de consensu Sebastiani viri dotem receperit, promiseritque se nihil amplius a Carolo socero petituram, ut constat ex apoca facta die prima Iulii 1665. & a Sebastiano viro, ac a tribus testibus, qui illam servatis servandis in Iudicio recogno-

ve-

verunt, subscripta, Patris pro dote denuo restituenda expiravit omnis obligatio iuxta doctrinam *Castr. in Leg. si cum dotem §. Transgrediamur n. 4. vers. item si de voluntate ff. solut. matrim.* quem sequitur *Barbos. in d. §. Transgrediamur n. 23. Merlin. de pignor. lib. 3. qu. 79. n. 62.* 2

Nec obstat, quod apoca nec manu propria Sanctæ exarata, nec ab ipsa firmata dignoscatur, itaut contra eam minime probet, fuit enim responsum, quod cum ex processu, & depositionibus testium constet apocam prædictam de ordine, & voluntate Sanctæ fuisse conscriptam, utique contra illam, & in illius præiudicium plene probat *Bald. cons. 98. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 174. n. 7. lib. 3. Cravett. cons. 73. n. 1. lib. 1. Papon. cons. 101. num. 6. Scacc. de iud. lib. 2. cap. 11. n. 1102. Gen. de script. privat. lib. 2. cap. ult. n. 95. & 96.* 3

Nec refragatur, quod tantummodo Lactantius Ioannis Loi, qui apocam propria manu scripsit, deponat de præciso ordine, & mandato Sanctæ pro confectione dictæ apocæ, cum alii duo Testes subscripti testentur minime sanctam locutam fuisse in eorum præsentia. Respondetur enim, quod quamvis dicti duo alii Testes de præciso, & expresso mandato Sanctæ pro confectione apocæ non deponerent, adhuc satis de illo constaret, animadvertendo quod testes prædicti, ut ipsi fatentur, accesserunt ad illam subscribendam post illius confectionem, quare nil mirum si mandatum ipsius Sanctæ iniunctum Lactantio de Lois pro confectione apocæ non audiverunt, cumque vocati postquam apocam legerunt, illam subscripserint ipsa Sancta præsente una cum Antonio de Venturinis eius Patre, & minime contradicente, utique ex hoc ipso mandatum optime resultat, atque probatur, nam præsentia cum scientia rei inducit consensum liberativum, qui ei imputatur, si cum recusare potuerit, maluit, ut docent DD. in *L. §. Si etiam ff. de tribut. act.* & post infinitos tradit *Mascard. de probat. conclus. 1156. n. 1. & seqq.* Prætérquamquod nobis satis suspecta visa fuit depositio prædictorum testium quoad silentium Sanctæ utpote eorum propriæ subscriptioni male conveniens, & quod magis est, contraria alteri depositioni factæ per ipsummet Franciscum Garbuglium unum ex prædictis duobus testibus, dum in alio examine sub die 11. Septembris 1668. in hac eadem causa super aliis articulis productis a dicta Sancta, ad interrogatorium 39. agendo de peractis in hac restitutione dotis, de qua loquimur, testatur = Carlo dimandò alla Santa se era contenta, e se quella fusse la sua roba, e lei rispose, sono contenta, questa è tutta la mia roba = 4

qui

qui que omnes alias examinati fuerunt ad favorem, & instantiam Sanctæ, & quorum unus inseruit famulus Antonii de Venturinis illius Patris, qui etsi tamquam testes producti per Carolum ab illo reprobari nequeant, attamen non impeditur Iudex ex causa illis fidem in aliquo denegare tota qualitate facti inspecta, maxime cum per Carolum de necessitate inducti fuerint tam-
5 quam testes Chirographari ad *Farinac. de test. qu. 62. n. 251.* accedente insuper in apoca de qua agitur, subscriptione ipsa Sebastiani viri Sanctæ, qui etsi ob illius mortem in Iudicium ad illam recognoscendam vocari non potuerit, maximum præstat adminiculum pro illius veritate.

Nec obstat, quod unanimiter testes omnes deponant nullam in eorum præsentiam fuisse numeratam pecuniam ad computum dotis per dictum Carolum, sed tantummodo restituta mobilia aliqua, & gemmas, cum tamen in Apoca Sancta fateatur se dotem recepisse in *roba*, *e denari*. Respondetur enim primo quod cum confessio dotis receptæ non respiciat, neque restringatur ad tempus confectionis Apocæ, fallitas confessionis non probatur ex depositione testium asserentium tunc temporis non fuisse nume-
6 ratam pecuniam, cum antecedere potuerit illius numeratio iuxta receptam distinctionem DD. in *Leg. singularia ff. si cert. pet. & in Leg. prædia ff. de acquir poss.* ubi *Bart.* & cæteri scribentes communiter, secundò fuit animadversum, quod cum ex depositionibus dictorum testium appareat fuisse Sanctæ tradita ultra vestes, pannos, ac lintea, etiam aurum, & gemmam, atque in Apoca dicatur *roba*, *e denari*, verbum illud *denari* sufficit, quod possit verificari in ficta receptione per conversionem unius debiti in alterum loco scilicet auri; & gemmarum,
7 ut ad rem respondit *Castr. cons. 120. n. 3. lib. 1.* maxime cum plura adminicula, & præsumptiones concurrant ad fulciendam confessionem prædictam, quod scilicet fuerit per Carolum dos integre restituta Sanctæ, & Sebastiano coniugibus, deducta ex qualitate personarum satis pauperum, & nihil aliud possidentium, ex restitutione mobilium, & gemmarum ad dictos iugales spectantium & illorum divisione, & discessu a domibus paternis, ex nulla alimentorum præstatione facta exinde per Patrem, prout tenebatur si dotem penes se restituisset, ex taciturnitate per plures annos in quibus post discessum vixere coniuges, quibus concurrentibus prout sane dotis solutio, & restitutio probatur, sic ipsa confessio de recepto, atque ipsa Apoca adeo ex illis adminiculatum, ut etiam si facta per tertium nullo etiam teste esset mu-
8 nita, adhuc istis intercedentibus plene probaret, ut dixit *Alex.* *cons.*

conſ. 113. *lib.* 4. quem ſequitur *Gen. de ſcriptur. priv. lib.* 2. *cap. ult. n.* 94. Ex quibus &c.

Petrus Matthæus Maggius Rot. Aud. & Rel.
Bartholomæus Bononius uti Aud. Sup. Magiſtr.

DECISIO XXIII.

PISTORIEN. SUCCESSIONIS.

18. *Aprilis* 1673. *cor. Aud.* Cosmo Farsetto.
Ex lib. mot. 117. *pag.* 622.

ARGUMENTUM.

HAbenti qualitates a Statuto requiſitas ſucceſſio inteſtata defertur, ſed tantum quoad bona in Territorio Statuentium ſita; Idcirco ſi in hæreditate adſint Loca Montium alibi poſita cum hæc, ſive pro immobilibus, ſive pro iuribus, & actionibus habeantur, ſemper dicantur eſſe de illo loco in quo conſtituta ſunt, iuxta eiuſdem loci Statuta ad Succeſſores ab inteſtato deferuntur.

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentia etiam in facto recenti eſt difficilis probationis.*
2 *Ideo probatur coniecturis, & præſumptionibus ſimul iunctis.*
3 *De iure Canonico quoto gradu perſonæ in linea æquali exiſtentes diſtant a communi ſtipite eo dempto, toto gradu diſtant inter ſe.*
4 *Statuta aliquem inhabilitantia ad ſuccedendum non excedunt limites Territorii, ſive loquantur in rem, ſive in perſonam & n.* 8.
5 *Cenſus vere dicuntur eſſe de loco, ubi fundati ſunt.*
6 *Eo magis ſi ibi etiam deſtinata eſſet ſolutio, & Debitor conveniri poſſet;*
7 *Mobilia quamvis alibi exiſtentia dicuntur de loco illius, ad cuius uſum erant deſtinata.*
9 *Hæreditas trahitur ad omnia bona Defuncti ubi vis ſita.*
10 *Habens bona in diverſis Territoriis, plures habere dicitur hæreditates, & ſucceſſio iuxta Statuti cuiuſque diſpoſitionem regulatur.*
11 *Atque poteſt quis pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere.*

12 *In*

12 *In Statutis fœminarum exclusivis copulative requiritur personæ, & bonorum subiectio; Et quare.*
13 *De iure communi fœmina proximior excludit a successione masculum remotiorem.*
14 *Pistorii Civitas quamvis non sit subdita Civitati Florentiæ, paret tamen dictioni Magni Ducis Ætruriæ.*
15 *Statuta cuiusque Civitatis extenduntur ultra limites illius.*
16 *Successio regulanda est iuxta Statutum loci in quo bona sunt sita vel sint concepta in rem, vel in personam.*
17 *de iure civili tot sunt gradus, quot sunt personæ ab utroque latere stipite dempto.*
18 *Loca Montium habentur pro immobilibus.*
19 *Iuxta alios tamen habentur pro nominibus debitorum, & pro iuribus, & actionibus.*
20 *Immobilia dici debent de loco ubi constituta sunt.*
21 *Nomina Debitorum censentur de loco in quo destinata est solutio.*
22 *Actio ad Loca Montium datur veluti pro re mobili.*
23 *Lex inverisimilis, & in Statutorum volumine non contenta producenda non est.*
24 *Mobilia sunt res incorporales, quæ loco circumscribuntur.*
25 *In casibus a Statuto omissis recurrendum est ad ius commune. Loca Montium vel sunt habenda pro immobilibus, vel pro iuribus, & actionibus. Ibid.*
26 *Non vero pro mobilibus.*

PRæcipua huius causæ vertentis inter Victorium de Salvatoribus, & Dominicam, & Sorores filias qu. Cosmi de Salvatoribus, & Litis Consortes controversia consistebat circa successionem ad loca 67. ¼ Montis Pietatis Florentiæ a Luca de Salvatoribus iuniore dicti Cosmi filio tempore eius obitus possessa, quia circa bona fideicommissaria qu. Petri de Salvatoribus, quæ erant sita in Territorio Pistoriensi a dicto Victorio prætensa non nimis dubitabatur, nam sive fideicommissum a dicto Petro ordinatum ad favore dicti Victorii fuisset purificatum, ut dicebat quædam Sententia lata die 14. Martii 1655. a Capitaneo Montaneæ Pistorii, sive terminatum fuisset in persona dicti Lucæ, ad dictum Victorium, uti proximiorem agnatum masculum in quarto gradu secundum computationem Iuris Canonici, ut infra dicemus ex dispositione Statuti Pistoriensis spectare

re existimavi, prout etiam parum, aut nihil dubitatur circa fideicommissum universale inductum a d. Cosmo ad favorem dictæ Dominicæ, & Sororum, ac aliorum Litis Consortum ob mortem dicti Lucæ sine filiis purificationem, solummodo ut dixi, maxima disceptatio erat circa dicta Loca Montium, in quibus maior pars utilitatis huius Causæ consistebat; Prætendebat namque dictus Victorius ad se uti proximiorem agnatum masculum in quarto gradu secundum Ius Canonicum dicti Lucæ exclusa dicta D. Dominica, & Sororibus d. Lucæ verioque coniunctis ex dispositione Statuti Pistoriensis Rubr. 102. lib. 2. pertinere, e contra vero præfatæ Sorores eadem Loca Montium uti empta ex pecuniis præfati Cosmi ad sese iure prædicti fideicommissi a d. Cosmo inducti, & ad eorum favore purificati, vel uti hæreditaria dicti Lucæ, cum non constaret de proximitate in dicto gradu prædicti Victorii, vel saltem si ipse proximior intra dictum gradum esset, uti posita extra Territorium Pistorii, vel ex Iuris Communis, vel Statuti Florentini Rubr. 130. lib. 2. & reformationis editæ die 18. Septembris 1620. dispositione ad sese attinere contendebant. Duo Sententiæ super hac Causa fuerunt latæ una a Iudice Montaneæ Pistorii sub die 16. Iunii 1670. in qua condemnatus fuit dictus Victorius ad relaxationem dictorum Locorum Montium, & aliorum bonorum sitorum in Territorio Pistorii uti suppositorum fideicommisso dicti Cosmi. Altera die 8. Augusti 1672. a Iudice Civitatis Pistorii confirmatoria eiusdem primæ Sententiæ, sed cum facultate reservata dicto Victorio probandi eadem Loca Montium ex pecuniis dicti Lucæ empta fuisse, in qua Sententia etiam declaratum fuit, bona fideicommissaria dicti Petri ad eumdem Victorium pertinere, ut latius in dicta Sententia constat. Causa per appellationem ad Supremum Magistratum iterum devoluta, & mihi ad referendum commissa, fui in voto referendi, in primis bona fideicommissaria dicti Petri, & alia hæreditaria dicti Lucæ posita tamen in Civitate, & Territorio Pistorii, una cum fructibus decursis spectare ad dictum Victorium &c.

De fideicommisso namque dicti Petri plene constabat ex eiusdem Testamento die 21. Martii 1625. Mors Lucæ sine filiis non ambigebatur; de agnatione vero, & proximitate in dicto quarto gradu dicti Victorii sufficienter constare mihi visum fuit ex arbore descendentiæ satis iustificato, tum ex Testibus examinatis, tum ex dicta Sententia die 14. Martii 1655. tum denique ex variis diversisque documentis productis, sufficienter probatum mihi visum fuit non solum quod dictus Victorius esset

set agnatus tam dicti Petri, quam præfati Lucæ, sed etiam quod esset in eodem quarto gradu, prout asserebat. Consanguinitatem
1 namque & descendentiam, etiam in facto recenti esse difficilis probationis dixerunt *Alb. cons.* 83. *n.* 8. *& Randen. cons.* 62. *n.* 9. & ob id præsumptionibus, & coniecturis præcipue simul co-
2 niunctis, cum quæ singula non prosint, simul unita iuvant, posse arbitrio Iudicis probari late tradiderunt *Alex. cons.* 90. *n.* 12. *& seqq. lib.* 6. *Alb. d. cons.* 83. *n. pr.* 8. *& per tot. & cons.* 355. *n.* 8. *& seqq. Curt. sen. cons.* 76. *sub n.* 4. *Menoch. cons.* 816. *n.* 25. *&* 29. latissime *Randen. d. cons.* 62. *per tot. &c.*

Ex præmissa quoque probatione alium articulum decidi, nempe quod cum dictus Victorius esset agnatus in quarto gradu dicti Lucæ secundum Decretorum regulam, ex qua in linea equali existentes quoto gradu a communi stipite, eodem stipi-
3 te non computato distant toto gradu inter sese coniuncti sunt, *cap. fin. de cons & affinit. Picard. inst. de grad. cognat. n.* 14. *&* 15. posito etiam, quod fideicommissum dicti Petri in persona dicti Lucæ liberum remansisset, illius tamen bona cum eiusdem Lucæ hæreditate ab intestato ad præfatum Victorium exclusis dicti Lucæ sororibus pertinuisse, sic dictante expressa Pistoriensis Statuti dispositione *Rubr.* 102. *lib.* 2. Declaravi tamen prædictam hæreditatem eidem Victorio deberi quoad bona tantum in Civitate, & Territorio Pistorii posita, cum veriorem agnoverim opinionem Statuta inhabilitantia personam ad successionem ad bona extra Statuentium Territorium absque ulla distin-
4 ctione sive in rem, sive in personam loquentia, suas vires non extendere ex late deductis a *Mart. de success. leg. par. pr. qu.* 13. *art.* 12. *Altograd. cons.* 93. *n.* 12. *& seqq. lib.* 1. *Bellon. iun. cons.* 74. *n.* 103. & latius *de iur. accresc. tom.* 3. *cap.* 10. *qu.* 2. *n.* 82. *Hodiern ad Surd. dec.* 20. *n.* 8. *Rot. apud Buratt. decis.* 188. *n.* 2. *& seqq & n.* 14. *apud Merlin. dec.* 353. *n.* 2. *&* 9. *& dec.* 68. *n.* 8. *par.* 6. *& dec.* 187. *n.* 7. *par.* 7. *rec.* & sic alias a Serenissimo Cosmo Primo Magno Ætruriæ Duce & rursus in alia Causa a Rota Florentina iudicatum testatur, *Archiep. Put. post cons Odd. cons. unic. num.* 24. prout re vera d. Rota Florentina iudicavit, ut constat ex decisione impressa post *Facbin. cons.* 87. *lib.* 2. *vers. moti &c.*

In Quibus tamen bonis d. Victorio in Pistoriensi Territorio adiudicatis procul dubio connumerandi erant census in dicta Civitate, & Territorio constituti, cum vere dicantur esse
5 de loco ubi fundati sunt, ut tradunt *Cenc. de cens. qu.* 30. *n.* 4. *& seqq. Thes. qu. forens. lib.* 2. *qu.* 5. *in fin. Bernard. Ianoc. de success. stat. qu.* 6. *n.* 2. *Bellon. d. qu.* 2. *n.* 138. *Barz. decis.*

109. *per tot. Magon. dec. Flor.* 107. *n.* 9. & eo magis, si ibi etiam esset destinata solutio, & debitor conveniri posset *Rota* 6 *post Merlin. de pign. dec.* 44. *num.* 17. *Innocent. dict. qu.* 6. *n.* 3. nec non etiam bona mobilia eiusdem Lucæ quamvis hic Florentiæ casu defuncti, nam cum idem Lucas Pistoriensis esset, in eius successione, quoad bona mobilia, etiam alibi existentia servandum erat Statutum, cum quodammodo dicant esse de lo- 7 co illius cuius personæ erant destinata, *Magon. d. dec.* 107. *n.* 11. *in fin. Rot. post d. cons.* 87. *Fachin. n.* 11. *vers. mobilia* latissime alios citatos, & referens *Bellon. d. qu.* 2. *n.* 147.

Quo vero ad bona supposita fideicommisso dicti Cosmi, cum constaret tam de dicto fideicommisso ex Testamento præfati Cosmi sub die 16. Maii 1640. condito, quam de eiusdem purificatione ad favorem dictæ Dominicæ, & Sororum d. Cosmi filiarum ex morte d. Lucæ hæredis instituti absque filiis, nullum dubium supererat, quod pro eis fuisset referendum &c.

Interque bona quamvis ex utraque Parte satis disceptatum fuisset, an deberent connumerari d. Loca Montium, an potius inter hæreditaria dicti Lucæ, & forte declarassem ad hæreditatem dicti Lucæ obtinere ex *Alb. cons.* 570. *&* 571. & aliis iuribus per me consideratis; Attamen cum in omnem casum, vel si fuissent fideicommisso Cosmi supposita tamquam ex eius pecunia, ut dicebant dictæ Sorores acquisita, & simulato nomine Lucæ empta, vel si fuissent hæreditaria dicti Lucæ, cum, ut dicebat Victorius, vero nomine Lucæ fuerint Viennæ empta, & nullæ simulationis conicecturæ & simulandi causa appareret, & pecunia vel dicti Lucæ, vel a Patre eidem emancipato donata præsumeretur; & in omnem casum de aliena pecunia emens sibi, non Domino pecuniæ acquirat, agnoverim ad dictam Dominicam, & Sorores spectare, omissa hac disputatione, & cognitione super dominio dictorum Locorum Montium, & posito pro constanti etiam quod essent hæreditaria dicti Lucæ, attamen cum dicta loca essent posita in hac Civitate Florentiæ, nullo pacto in tali successione esse attendendum Statutum Pistorii existimavi cum tale Statutum suas vires non extendat ad bona sita extra Territorium ut supra ex *Mart. Hodiern. Rot. Rom. & Florent.* ac aliis probavi, qui- 8 bus addi possunt *Grat. discept. forens. cap.* 431. *n.* 27. *Ludovis. dec.* 255. *n pr. & seqq. Merlin.* multos allegans *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 18. *n.* 20. *& plur. seqq.*

Cui conclusioni nec obstare videbatur illa propositio, quod hæreditas sit ius incorporeum, & universale, nec loco circumscribatur ideoque non ad unam tantum bonorum partem, sed 9 ad omnia defuncti bona, ubi vis sita, trahi debeat, ut opinatur

Merend. contr. iur. lib. 11. *cap.* 45. quæ cum aliqua tamen moderatione, sequutus fuit *Io. Bapt. De Luc. de success. ab intest. disc.* 4. *n* 12. *&* 14.

Quia quamvis dicta propositio generaliter sit vera, tamen deficit in casu, in quo, ut in præsenti, diversa ratio vigeat aliter iudicandi, nam tunc non est absurdum, quod qui habet bona in diversis, Territoriis, in quibus sit diversus succedendi modus statutus, placeet etiam patrimonia, & plures hæreditates habere fingatur, ad hoc, ut successio iuxta Statuta Territorii in quibus sita sunt bona diverso modo reguletur;
10 *Altograd. d. cons.* 93. *n.* 18. *Merlin. d. dec.* 353. *n.* 30. *& dec.* 447. *n.* 30. *& dec.* 828. *n.* 19. *Capic. Latr. dec.* 137 *n.* 49. *lib.* 2. *Ricc. ad Franc dec.* 93 late *Bellon. d. qu.* 2. *n.* 98. 99. *& seqq.* Videmus namque Legis, vel Statuti authoritate in simili,
11 quem pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere, & partim testabilem, & partim intestabilem esse posse. *Bellon. d. tract. de iure accrescend. cap.* 5. *qu.* 41. *n.* 12. *& seqq. & cap.* 3. *quæst. pr. num.* 9. *& dict. cap.* 10. *qu.* 2. *num.* 99. *&* 100. *Fontanell. dec.* 350. *n.* 21.

Ideoque successione ex Statuti Pistoriensis præscriptio quoad dicta Loca Montium exclusa, si attendamus illam opinionem quod in tali casu, & successione, nec Statutum personæ, nec Statutum bonorum ubi quodlibet imperfectum attendi debeat, sed Ius commune, & quod in talibus Statutis fœminarum exclusivis utraque subiectio copulative necessaria sit ex ea ratione,
12 quia Statutum ex potestatis defectu non ligat forenses, & cum fuerint edita favore agnationis non exterorum, sed subditorum utilitati consulere voluerit, quam opinionem sequti fuerunt *Bursat. cons.* 8. *n.* 26. *&* 34. *Peregr. cons.* 90. *n.* 25. *lib. pr. Honded. cons.* 11. *n.* 21. *lib.* 1. *Altograd. cons.* 93. *num. ult. Bellon.* late *d. qu.* 2. *n.* 127. *& plur. seqq.* ubi quidquid dixerit in *cons.* 74. *n.* 93. *& seqq.* hanc sequitur, & tuetur, & contra dictum eius consilium, & prudentum Virorum sententiam a Duce Sabaudiæ pro hac iudicatum refert, quam etiam inconcusse sequitur *Rot. Rom. ut apud Ludovis. d. dec.* 255. *Buratt. d. dec.* 188. *n.* 3. *& ibi Ferentil. n.* 19. qui alias decisiones concordantes refert, & adest magistralis decisio *Merlin. dec.* 353. *n.* 43. *& seqq.* & hanc aliquando etiam sequta fuit *Rot. nostr. Florent. apud Magon. d. dec.* 107. *n.* 11. *vers. & licet, & in alia Pisana Tutelæ de Formaginis* 24. *Iulii* 1627. *vers. Statutum autem lib. mot.* 97. *a* 324. Res indubitata erat pro dicta Dominica, & Sororibus, cum ex Iuris communis dispositione ad quam, ut dixi, esset recurrendum ad illas tamquam ex utroque latere

co-

coniunctas Sorores, & in gradu transversali proximiores hæreditas dicti Lucæ fratris dicto Victorio penitus excluso pertinere deberet §. *Si igitur auth. de success. ab intest. Leg. lege C. de legit. hæred. §. sed quia instit. de legit. agnat. success. Capriol. de success. ab intest. lib. 3. n pr. Grass. de recept. sent. §. successio qu. 30. n. 1. Forster. de success. lib. 8. cap. 1. n. 1. Hun. in Encycl. iur. par. 4. tit. 12. cap. 4. n. 1. & seqq. &c.* 13

Et quatenus dicta opinio tenenda fuisset, non obstare poterat, quod bona, & persona essent sub eodem Principe, quia cum Pistorii Civitas Florentiæ subdita non sit, quamvis dictioni Serenissimi Magni Ducis utraque parte, ut plene testatur *Magon decis. flor. 60. n. 6. & seq.* Statuta cuiusque Civitatis non extenduntur ultra fines cuiuslibet ipsarum ut tradidit *Rot. apud Merl. d. decis. 353. a n. 51. &c.* 14 15

Si vero alia opinio sequenda esset, quod successio regulari deberet iuxta dispositionem loci, in quo bona sita sunt, quam nulla habita distinctione pariter, an in rem, vel in personam sint concepta, sequti fuerunt *Alex. cons. 16. n. pr. lib. pr. ubi late Add Soccin. iun. cons. 62. num. 2. libr. 3. Curt. iun. cons. 5. lib. pr Bellon. d. cons. 74. n. 97. Fachin. cons. 87. n. pr. & seqq. lib. 2. & Rot. Flor. post eum relata Raudens. cons. 91. num. 38. Mascard. de int. stat. conclus. 6. n. 203. Ciriac. contr. 176. n. 14. Mart. de success. leg. part. pr. quæst. 13. art. 12. & Rot. nostra Flor* non nimis discusso articulo in *Posacben. seu Pallar. Successionis 20. Iulii 1650. lib. mot. 120. a 42. vers. non recedendum*, quæ sic in dicta Rota alias, & sæpe, ac in Magistratu Pupillorum decisum, & hanc consuetudinem ita iudicandi in ea introductam refert a qua recedere nefas putavit, pariter res pro dicta Dominica, & sororibus erat certissima cum ex Statuto Florentino, iuncta dicta Reformatione 18. Septembris 1620. *versic.* in secundo &c., sorores eatenus excludantur, quatenus agnati masculi intra sextum gradum Iuris Civilis regulam inclusive sint, intra quem non erat dictus Victorius quo quamvis in quarto gradu iuxta Ius Canonicum, ut dixi in octavo tamen erat d. Lucæ coniunctus secundum ius civile, ex quo graduum computatio exacta regula fit incipiendo a persona de cuius successione agitur, & ascendendo usque ad communem stipitem, & inde descendendo ad personam, quæ succedere intendit, & quot personæ reperiuntur, communi stipite dempto, tot gradus connumerantur *Leg. iuris consultus §. sunt & ex lateribus ff. de grad. affin. §. fin. ubi Aret. Fab. & alii inst. de grad. cognat. Covar. in epitom. de spons. part. 2. cap. 6. n. 7. Picard. instit. eod. tit. de grad. cognat. in princ. n. 10.* 16 17

Nec ad hoc controvertibile erat an dicta Loca Montium Pietatis dicerentur esse de Civitate Florentiæ, nam sive habeantur pro immobilibus, ut voluerunt *Thesaur. quæst. forens.* 5. *n.* 16. *lib.* 2. *Bellon. d. cons.* 74. *num.* 110. *&* *d. quæst.* 2. *n.* 143. *&* 155. *Peregr. d. cons* 90. *num.* 29. *in fine*, *&* *dec.* 104. *num.* 10. *Cenc. de cens quæst.* 29. *num.* 13. *Merlin. d. dec.* 353. *num.* 38. sive pro nominibus debitorum, & pro iuribus, & actionibus, ut dixerunt *Peregr. d. dec.* 104. *num.* 10. & in specie de tali Monte Pietatis uti fundato super sola Principis promissione *Boninsign. de Mont. cap.* 4. 5. *&* *aliis seq.* *&* *Ruin. cons.* 82. *n.* 8. *&* 9. *in fin lib.* 3. resolutio clarissima erat pro dicta Dominica & sororibus, quia si pro immobilibus habenda essent, dici deberent esse de loco, ubi constituta sunt, ut docuerunt *Thes. Bellon. Merlin.* & alii supra relati, si vero tanquam nomina debitorum essent censenda, & tunc cum eorum solutio Florentiæ sit destinata, nec alio in loco exigi possint, iudicanda per consequens essent de hac Civitate Florentiæ, ut per *Peregr. dicta dec.* 104. *num.* 10. *vers. communis lib.* 1. *Marescott. variar. resol. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 15. *Bellon. d. quæst.* 2. *num.* 155. ubi plene *Buratt. dec.* 474 *n.* 4. *Merlin. d. dec.* 828. *n.* 17. *Salgad. in lab. cred. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 3. *&* *seq.* *&c.*

18

19

20

21

Pariter nec obicem ingerere poterat quædam Lex edita anno 1620. & allegata in quibusdam Rotæ Motivis mihi præsentatis de quibus in *libr. motiv.* 24. *a* 490. *&* *lib.* 61. *a* 88. ex qua declarantur talia Loca Montium pro mobilibus iuribus, & actionibus esse habenda, nec sine ratione, nam cum conflata sint ex pecunia, & sic ex re mobili, actio quoque ad ea pro re mobili sit iudicanda ex nonnullorum assertione quos allegat *Bellon. d cons.* 74. *n.* 116. *&c.*

22

Nam ultra quod Lex de qua in dictis Motivis nunquam fuit actualiter producta, & tamen uti extravagans, & in volumine Statutorum non contenta producenda erat *Castrens. cons.* 135. *sub num.* 1. *vers. capio libr.* 2. adhuc d. Lex causam præsentem non afficiebat, cum, ut legitur in eius prohemio a dictis motivis relato, lata fuerit ad removendas ambiguitates quæ sæpe in testamentis, codicillis, donationibus, & aliis contractibus, in quibus fiebat mentio, & dispositio bonorum mobilium, & immobilium absque mentione creditorum montis oriebatur, & ad declarandum, an inter mobilia essent recensenda, ut erat casus de quo disputabatur Florentiæ, & super quo consuluit *Ruin. cons.* 82. *lib.* 2. nam disposuit dicta Lex, quod talia credita non dicerentur immobilia, sed mobilia, iura, & actiones, & hoc non semper, sed quando in dispositione testa-

23

men-

mentaria, vel contractu fieret mentio de mobilibus solummodo, tunc pro mobilibus haberentur, & quando de iuribus, & actionibus tantum ageretur, tunc appellatione iurium, & actionum venirent, ut egregie declaravit *dicta Rota in dicto motivo anni* 1563. *verf. nec obstat*, cum alias cum mobilia sint proprie 24 res corporales, quæ loco circumscribuntur *Barbof. appell.* 35. *n.* 5. & iura, & actiones sint quid incorporale, & sic sint inter se satis diversa, nec dicam contraria, impossibile est, quod uno eodemque tempore continerentur appellatione mobilium, & iurium, & actionum; quando vero de illis dispositio non tractaret, & ageretur, ut in casu præsenti; An pro regulanda successione, quæ circa hæc diversimode a Statutis defertur, potius immobilia, sive mobilia, sive iura, & actiones sint, & tunc lex prædicta de hoc nil loquitur; Unde ad ius commune recurrendum est, ex quo uno ex his tantum modis habeatur, 25 vel pro immobilibus, vel pro iuribus, & actionibus, ut optime tradiderunt *Gabr. conf.* 107. *num.* 4. *lib.* 2. *Peregr. d. decif.* 104. *num.* 10. *Ruin. d. conf.* 82. *num.* 9. *in fin. Parif. conf.* 96. *num.* 16. *vol.* 2. & post multos quos allegat *Ambrof. decif.* 11. *num.* 2. *part.* 1. nisi aliud ex Testatoris verbis suadentur, ut per *Ambrof. ibi num.* 5. & illorum opinio, quod pro mobilibus 26 talia credita sint habenda reiicitur uti vana, & levis a *Bellon. dicto conf.* 74. *n.* 110. *& seq. & Salgad. d. cap.* 12. *n.* 3. *cum plur. aliis seqq. &c.*

Ex quibus &c. *Cosmus Farsettus Rotæ Auditor.*

DECISIO XXIV.

LIBURNEN. DEPRÆDATIONIS.

Die 1. *Augusti* 1675. *cor. Audit.* PETRO MATTHÆO MAGGIO.
Ex libr. mot. 129. *pag.* 28.

ARGUMENTUM.

Dominus navis, qui officialem elegit notæ probitatis, atque integritatis non tenetur de delicto ab eodem postea commisso; Indubitantius vero si navis alteri locata fuerit, & in Domino exercitoris qualitas deficiat.

SUMMARIUM.

1 *Dominus præstare tenetur omne factum famuli, qui in officio deliquit.*
2 *Et tenetur etiam de excessibus famulorum, quorum opera præfectus utitur.*
3 *Id tamen dispositum est ob culpam Domini in eligendo malos, seu minus idoneos homines.*
4 *Ideo limitatur conclusio, quando huiusmodi culpa abfuit.*
5 *Nemo morti proximus præsumitur immemor salutis æternæ.*
6 *Dominus non tenetur de gestis per Magistrum Navis, si iste ab omnibus officialibus fuit concorditer electus.*
7 *Præcipue si alius magis idoneus non reperiebatur.*
8 *Delictum commissum ab electo non imputatur eligenti, qui in electione diligenter se gessit, & eum qui idoneus reputabatur præfecit.*
9 *Necesse tamen est probare integritatem, & probitatem electi in præciso exercitio ad quod fuit electus.*
10 *Intellige si delictum respiciat peritiam in officio quod exercebat.*
11 *Secus vero si processerit ex prava mente electi.*
12 *Administrator amoveri non debet sine causa.*
13 *Nautæ, & caupones &c. actione exercitoria, seu de recepto tenentur tantummodo respectu eorum, qui vehuntur seu quorum merces vehuntur, & recipiuntur.*
14 *Casum fortuitum neque caupo, neque stabularius, neque nauta præstare tenetur.*
15 *Ut Dominus Navis teneatur de delicto per officialem commisso, copulative requiritur, quod fuerit dominus, & exercitor.*
16 *Navis potest alteri concedi vel ex locatione per aversionem, vel ex quocumque alio contractu.*
17 *Et tunc pro damnis ab officialibus navis allatis, tenetur conductor.*
18 *Unius omissio alteri imputari nequit.*
19 *Præcipue si quod omissum dicitur, quamvis factum nihil profuisset.*
20 *Socius tenetur de delicto consocii.*
21 *Societas nunquam præsumitur, ubi contractus fieri poterat citra ius, & nomen hæredis.*
22 *Ubi unus tantum est Navis Dominus, Magister, & milites considerantur tanquam conductores, vel tanquam famuli.*
23 *Societas per mortem unius ex sociis resolvitur.*
24 *Socius tenetur solum ex contractu consocii, non autem ex delicto.*

25 *Præcipue si socius delinquens habebatur pro viro integræ probitatis, & fidei.*

26 *Animalia possunt pro damnis infectis retineri, & navis pro damnis ab officialibus illatis. Limita n. 28. & seqq.*

27 *Si damnum quis inferat cum alienis armis actio datur non contra arma, sed contra delinquentem.*

INstructa in Turcas per D. Capitaneum Ioannem Franciscum de Cardis Præsidiaria Navi in Portu Liburni, illam tradidit Io. Baptistæ Concino, qui cum anno 1666. solvisset a Porto Navem, deinde post menses in conflictu cum Classe Turcarum mortaliter vulneratus fortiter obiit, electo cum voto nautarum in navis regendæ præfectum, Paulo de Barberiis Locum Tenente, a quo cum postea cristianorum naves fuissent iniuste captæ, Michael Angelus Vaccarus Ianuensis unus ex dictarum navium Dominus egit coram Supremo Magistratu adversum D. Capitaneum de Cardis pro restitutione ablatarum mercium, atque damnorum, & interesse; Et causa nobis commissa respondimus D. Capitaneum de Cardis non teneri. Quamvis enim Dominus omne factum præstare debeat famuli qui deliquit in officio cui fuerat præpositus iuxta theoricam *Bart. in L.* 1. §. *familiæ ff. de public.* quam sequuntur communiter DD. *apud Farinacc. quæst.* 24. *n.* 50. *Afflict. dec.* 82. *num.* 4. *Boer. dec.* 56. *num.* 1. *Rocc. de nav. notab.* 11. *num.* 34. & 36. *Cyriac. contr.* 384. *num.* 27. 28. itaut teneatur etiam de excessibus famulorum, quorum opera Præfectus utitur *Farinacc. d. quæst.* 24. *num.* 51. Id tamen cum tantummodo dispositum in iure reperiatur ob culpam a Domino commissam in eligendo malos, seu minus idoneos homines ad *text. in Leg. vel per litteras ff. diment. falsf. &c.* „ ibi „ Quia dolo malo „ versatus es, qui tali homini credidisti „ & *in Leg. debet* §. 1. *ff. naut. caup. stabul.* „ ibi „ Culpæ scilicet imputaturus qui „ tales adhibuerunt „ & *in* §. *idem exercitor instit. de obligat. quæ ex quasi delict.* „ ibi „ Aliquatenus culpæ reus est, quod „ opera malorum uteretur „ ut notat *Cancer. var. resol. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 94. *Olea de cess. tit.* 5. *quæst.* 6 *num.* 28. *in fin.* hinc merito receptum est quod quoties huiusmodi absuit culpa ex eo quod Dominus elegerit viros comuni estimatione probos & idoneos, toties Dominus non tenetur de delicto præpositi, qui mores mutaverit, ut firmant *Oldrad. consf.* 92. *n* 1. *Alex. consf.* 19. *n.* 14. *lib.* 7. *Gabr. de malefic. concl.* 7 *n.* 9. *Zilett. consf.*

[1] [2] [3] [4]

crim. 116. *num.* 5. *Vermigl. conf.* 420. *num.* 10. *Giovagnon. conf.* 43. *num.* 49. *Farinac. d. quest.* 24. *num.* 64. *Felic. de fociet. cap.* 21. *num.* 88. *&* 89. *Mastrill. de magistr. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 42. *Amaya in C. lib.* 10 *tit.* 31. *de decor. L. nullius* 60. *n.* 49. *Petrus de Bell. in tractat. de bell. & re milit. part.* 10. *lib.* 2. *num.* 98. *Sbroy de Vic. Episc. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 7. *Grat. discept.* 625. *num.* 23. *&* 24 *Sanfelic. dec.* 179. *num.* 8. *libr.* 2. *Magon. dec. flor.* 111. *num.* 33. *Rovit. dec* 79. *num* 2. *Mastrill. dec.* 276. *n.* 11. *Donat. Anton. de Marin. in decis. Rever.* 206. *n.* 3. *Seraph. decis.* 528. *num.* 1. *Bich. dec.* 202. *num.* 7. Proinde cum ex testibus examinatis appareat D. Capitaneum Io. Franciscum de Cardis non solum navim tradidisse Ioanni Baptistæ Concinio viro valde probo, idoneo, & integræ fidei, ut res ipsa etiam demonstrat, dum nullæ in ipsum asseruntur accusationes, verum etiam eiusdem bonæ famæ, & probitatis fuisse universaliter habitum Paulum de Barberiis Navis Locumtenentem a Concino in articulo mortis substitutum in præpositum, & ducem navis, ut ipsimet testes late deponunt, utique D. Capitaneus de Cardis teneri non debet de delicto, quod mores mutando Paulus de Barberiis commiserit: Animadvertendo præcipue, quod vel agitur de prima electione facta dicti Pauli Barberii in navis Locumtenentem & sane cum hæc fuerit subordinata Concino viro integræ fidei, & notæ probitatis, a quo universa administratio navis pendebat, nihil erat, quod de Paulo timeri possit. Aut agitur de secunda electione facta ab ipso Concino in mortis articulo de ipso Paulo Barberio in navis ducem, & plura in factispecie concurrunt ad probandam iustitiam, & probitatem electionis. Primo quia fuit Paulus præpositus a Con-
5 cino in mortis articulo Animam Deo iudici reddituro, in quo nemo præsumitur immemor salutis æternæ; *Leg. fin. Cod. leg. iul. rep. Menoch. conf.* 25. *num.* 8. *Eugen. conf.* 64. *num.* 45. *lib.*
6 2. *Dunoz. iun. dec.* 566. *num.* 20. Secundo quia electus extitit unanimiter ab omnibus Officialibus navis, ut tali casu fieri debebat *Gregor. Lopez lib.* 8. *tit.* 18. *part.* 2. *num.* 22. *Rocc. de nav. notab.* 4. *num.* 8. Tertio quia, ut testes deponunt inter tot milites, & nautas, qui reperiebantur in navi, nemo aderat, qui esset magis idoneus, & melius vices defuncti Concini obire posset, licet adessent viri seniores, qui ad huiusmodi ducis
7 officium idonei non erant *Leg.* 1. §. 1. *vers. cuius autem ff. de exercit. act. Rocc. de nav. notab.* 3. *num.* 5. *& not.* 9. *num.* 20. Quarto quia agitur de electione necessaria, quæ omnino fieri debebat ob Concini mortem in medio maris, ita ut electio non debeat in hoc casu considerari, quæ in genere fieri debuisset,

sed

sed quæ habito respectu ad tempus, locum, & personas fieri poterat, quibus omnibus pensatis, nihil est, quod de mala electione arguat Concinum, cum sufficiat, quod eligens diligenter in electione se gerat, & eum qui idoneus reputabatur, præficiat iuxta conditiones casus ad hoc ut delictum postea per electum in officio commissum eligenti imputari nequeat *Alberic. in Leg. fin. ff. de cust. Reor. Oldrad. cons.* 92. *Mastrill. decis.* 276. *n.* 11. 15. *& seq.* 8

Nec obstat non fuisse probatam integritatem, & probitatem Pauli Barberii in individuo, atque in præciso exercitio Pyraticæ, ut videtur necessarium per ea, quæ notat *Ludovic. dec.* 233. *num.* 5. *Giurb cons.* 36. *num.* 17. prædicta enim procederent si Barberius aliquid commisisset, quod respiceret peritiam in officio, quod exercebat, quo casu pro damnis a mala directione causatis requireretur individua probatio peritiæ in ea re, in qua damnum aliis intulit *Amat. dec.* 8. *num.* 68. *Marc. decis. Delphin.* 525. *num.* 7. Secus autem ubi aliquod fuit commissum, quod respicit improbitatem, & pravam mentem electi, tunc enim sufficit ostendere, quod eligens diligenter in electione se gessit, & eum qui probus reputabatur substituit, atque præposuit virum bonum, ac talis conditionis, & qualitatis, ut de eo credi non potuerit, quod esset indigna facinera patraturus, ut docet *Paris. de Put. de Synd. in verb. an substitutus inter tract. Gregor. tom.* 7. *fol.* 312. *num.* 2. *Fulv. Constant. in comm. ad Leg. nullas* 60. *Cod. de decur. Anna alleg.* 57. *num.* 24. *Marin. in observ. ad Rever. dec.* 206. *n.* 3. *Oldrad. d. cons.* 92. Ubi miles cui a Rege commissa fuerat custodia Castri, & ipse aliud substituerat, qui castrum prodidit, excusatur, quia hominem communi æstimatione fidelem, & probum substituerat, licet numquam alia castra fideliter defendisse probaretur, quæ quidem communis fama probitatis D. Barberii cum fuerit satis probata per testes, Dominus de Cardis teneri non potest de illius delicto, quod mutando mores postea commiserit. 9 10 11

Nec imputari potest D. Capitaneo de Cardis, quod non revocaverit Barberium, qui pluribus annis permansit in administratione navis, nam ut difficilis erat revocatio, cum navis a die electionis Barberii nunquam ad oras Liburni appulisset, sic prædicta possent locum obtinere, dum de mutatione morum, & improbitate electi Barberii constare potuisset, secus autem hic, ubi lamentationes contra Barberium his novissimis tantummodo temporibus supervenerunt, cumque navis semper remotissimum mare secaverit, nulla urget præsumptio, quod ad aures D. Capitanei de Cardis pervenerit scientia ma-

læ

læ administrationis Barberii, itaut, dum a principio apud omnes aderat bona fama illius probitatis, & integritatis, & successive electio facta fuit a Concinio cum voto omnium nautarum non concurrente legitima causa, quæ ante hæc novissima spolia nunquam adfuit, nihil est quod imputari possit D. Capitaneo de Cardis, quod non revocaverit Barberium, qui sine causa amoveri non debebat, *ad Bartol. in Leg. si vero* 12 *§. mandavero ff. mandat. & in Leg. cum præcario ff. de præcar. Rocc. de nav. not. 33. num. 38. Cancer. variar. part. 2. cap. 2. num. 95.*

Nec obstat prædicta posse procedere in aliis actionibus, non autem in exercitoria, cuius vis ob illius necessitatem adeo patet, ut minister cuiuscumque conditionis sit in officio delinquens semper obliget Dominum; Respondetur enim, quod si proprie, & stricte de exercitoria actione agatur, ad hanc vere non pertinet damnum extra navim illatum, cum non concurrat necessitas, & ædicti, unde hæc actio oritur, ratio, qui enim spoliatus est extra navim, neque fidem ministri sequutus est, neque aliquod negotium cum eo gessit, neque pro eo necessitas commercii intercedit, itaut iure merito Prætor ædixerit nautas, caupones, stabularios, & similes exercitoria, seu de recepto actione teneri tantummodo respectu eorum qui vehuntur, seu quorum merces vehuntur, & recipiuntur, 13 ut habetur in *Leg. 1. §. fin & tot. tit. ff. naut. caup. stabul. & in Leg. unic. ff. furt. advers. naut. Vames cons. 86. num. 13. cent. 2. & prius cons. 54. num. 23. d. cent. 2. Dinor. instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. item exercitor num. 3. 4. 5. & ibi etiam Borcholt. num. 2. 3. 4. Pycard. num. 22. Roman. cons. 74. num. 1.* Quinimo etiam si huiusmodi damnum ad exercitoriam vere pertineret, adhuc illius cessat usus ubi Dominus nautas, & ministros elegit communi opinione bonos, & bonæ famæ, quia sufficit in hac etiam actione Dominum in adhibendo, & proponendo diligentiam adhibuisse, quo casu delictum ministri consideratur tanquam casus fortuitus, quem neque caupo, ne- 14 que stabularius, neque nauta præstare tenetur, ut docet *Bart. in Leg. 3. §. ut enim & Bald. in Leg. ex hoc edicto ff. naut. caup. stabul.* & optime *Bald. cons. 222. num. 2. lib. 2.* quos refert, & sequitur in terminis prædæ *Vames d. cons. 86. n. 39. & seq. cent. 2.*

Prædictis accedit, quod ad hoc ut D. Capitaneus de Cardis, tanquam Dominus navis teneatur de delicto commisso per officialem necesse est quod non solum fuerit Dominus 15 navis, sed quod copulative illius exercitor extiterit ut notat

Cy-

Cyriac. cons. 384. *num.* 40. & 55. Quare cum nihil prohibeat quod navis concessa fuerit a D. Capitaneo de Cardis dicto Ioanni Baptistæ Concino, vel ex locatione, ut appellant per aversionem, vel ex quocumque alio contractu nominato, vel innominato *Cyriac. d. contr.* 384. *num.* 4. *Adden. ad Franch. marc. dec.* 73. *num* 6. 7. ut sane hoc casu, etsi D. de Cardis remanebat Dominus, tamen omne ius exercitorium transibat in Concinum, adeo ut iste teneretur pro prætensis damnis allatis per Barberium, non autem D. Capitaneus de Cardis, ut late discusso articulo firmat *Cyriac. d. controv.* 384. *n.* 39. & *seq.* sic debebat plene probari, quod Capitaneus de Cardis non solum Dominus, sed exercitor navis extiterit, de quo valde dubitari potest, an constet per ea, quæ notat ipse *Cyriac. dict. controv.* 384. *num.* 43. 46. & *seqq.* & ex litteris patentibus Serenifs. M. D. Nostri contrarium deducitur, dum ad preces Concini, ipsi tanquam exercitori largitur licentia eundi in Turcas. 16 17

Nullius autem ponderis in nauta sunt, quæ dicebantur de culpa D. Capitanei de Cardis deducta ex eo, quod non curaverit Concinum fideiubere de non inferendo molestias Cristianis iuxta disposita in *cap.* 1. ordinum armamenti, nam præterquamquod in desuetudinem ivisse huiusmodi fideiussionem dicebatur, illud certum est obligationem prædictam impositam tantummodo armatoribus, & exercitoribus, inter quos si numeramus Concinum, illius erat obligatio fideiubendi, cuius omissio imputari non potest alteri, & D. Capitaneo de Cardis navis Domino *Leg. socius socio ff. pro soc. Leg. quod quis ex culpa ff. de reg. iur.* maxime cum illa per mortem Concini expirata fuisset, & nihil profuisset Vaccaro, qui non agit ex delicto Concini, sed ex delicto Barberii *Maur. de fideiuss. part.* 2. *sect.* 10. *cap.* 20. *n.* 1. *Felic. de societ. cap.* 22. *n.* 14. 15. *Surd. dec.* 260. *n.* 5. 18 19

Neque D. Capitaneus de Cardis teneri potest de delicto Barberii tanquam illius socius ad tradita per *Rot. apud Merlin. decis.* 606. & *dec.* 619. nam omisso, quod Rota in prædictis Decisionibus non disputat quæstionem, an ex delicto socii alter teneatur, sed supposita huiusmodi obligatione solum examinavit articulum, an quilibet ex sociis in solidum obligetur, unde extra id, quod vere ibi firmatum fuit adduci decisiones non possunt *Rot. dec.* 286. *num.* 12. *part.* 9. & *decis* 196. *num.* 38. *part.* 10. *rec.* fuit responsum nullam in præsenti casu probatam fuisse societatem, quæ poterat considerari in casu decisio- 20

cisionum Merlini, in quo plures erant navis Domini, seu armatores, qui inter se de prædis dividendis per contractum expresse convenerant, non autem in nostro in quo D. Capitaneus de Cardis solus fuit Dominus navis cui Præpositus extitit
21 Concinus, ut ad exclusionem societatis, quæ nunquam præsumitur, ubi contractus citra ius, & nomen societatis fieri poterat, docte considerat *Cyriac. d. controv.* 384. *num.* 41. *vers. neque ex eo usque ad num.* 53. *Stipman. de iur. marit. part.* 4. *cap.* 11. *num.* 5. 6. *&* 7. & confert evidens ratio, quia in hac hypothesi cum unus tantum sit Dominus, cœteri magister, & milites, isti considerantur, vel tanquam conductores, vel tan-
22 quam famuli, qui eorum operam locant accepta prædæ portione loco mercedis, ut animadvertit quoque *Ugo Grot. de iur. bell. & pac. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 24. *& cap.* 18. *num.* 2. præterquamquod etiam admissa societate, vel illa per mortem Con-
23 cini fuisset dissoluta *Leg. adeo, & Leg. nemo ff. pro soc.* vel D. Capitaneus de Cardis teneretur tantummodo ex contractu, ut est casus decisionum Merlini, non autem ex delicto, & præten-
24 so maleficio ad tradita per *Felic. de societ cap.* 29. *n.* 36. *Valenz. cons.* 147 *n.* 20. *& seq.* maxime cum fuerint electi Concinus, & Barberius, qui communiter habebantur pro viris integræ fidei, & probitatis, ut diximus, & placet *Felic. de societ.*
25 *cap.* 21. *n.* 88. 89

Firmato igitur quod D. Capitaneus de Cardis, nec tanquam Dominus, nec tanquam exercitor, nec tanquam socius teneatur pro delicto commisso per Paulum de Barberiis, facile fuerunt sublata ea, quæ dicebantur de actione persequtoria ipsam navim pro damno infecto ad instar eorum quæ inferuntur ab animalibus, quæ possunt retineri pro damnis *L. quintus*
26 *ff. ad leg. aquil.* Cum enim navis sit inanimata, non ipsa, sed illius rectores, & duces damnum inferunt, itaut inapplicabilis remaneat quæcumque actio non minus ac si damnum quis inferret cum alienis armis, contra quæ nulla actio datur, sed
27 contra delinquentem ad *Cyriac. d. controv.* 384. *num.* 53. & tantummodo competeret ubi ipsa navis spectaret ad illum, qui
28 damnum dedit, ac delictum commisit, & penes illum reperiretur *Merlin. de pignor. lib.* 3. *quæst.* 35. *num.* 1. 11. *&* 12. *Rocc. de nav. notab.* 36. *num.* 96. Secus autem cum navis ad alium spectat, qui cum ex delicto alterius personaliter non teneatur,
29 nec illius bona pulsari possunt hypothecaria actione, quæ non oritur sine personali, ut bene distinguit *Ias. cons.* 120. *lib.* 2.

Stracc.

Stracc. de nav. part. 2. num. 14. 15. Rocc. de nav. d. notab. 36. num. 96.

Et ita decisum utraque parte Informante &c.

Cosmus Farsettus Rotæ Audit.
Cammillus Finetti Rotæ Audit.
Petrus Matthæus Magius Rotæ Aud. & Rel.

DECISIO XXV.

FLORENTINA PARTICIPATIONIS.

Die 28. *Novembris* 1676. *cor.* Tribus *Rotæ Audd.*
Ex lib. mot. 129. *pag.* 228.

ARGUMENTUM.

PArs utilium relicta a Sociis indivisa, assignanda est illi, qui fideliter, atque diligenter Societatis negocia administravit, si appareat hac mente non fuisse ab initio distributam. Quidquid vero superaccedit per mortem, vel recessum unius ex Sociis inter omnes lucri participes proportionabiliter est dividendum. Quando inter Accomandantem, & Accomandatarium dicatur contracta Societas.

SUMMARIUM.

1 *Lucrum quod superest in Societate indivisum, distribuendum est inter socios pro rata participationis.*
2 *A parte ad totum licet in iure arguere.*
3 *Spes premii est laboris solatium.*
4 *Premium est quod redditur alicui in bonum eius.*
5 *Donaria quare fuerunt in Republicis introducta.*
6 *Premio est dignus, qui in negocio sibi commisso solertius, & cum diligentia se gessit.*
7 *Socii sagacitas, & industria presumuntur æstimatæ secundum assignationem inter Socios factam.*
8 *Societas coiri potest etiam inter eos, qui non sunt æquis facultatibus.*
9 *Semper conventum censetur, quod socius operari teneatur cum debita diligentia.*
10 *Premia conceduntur iis, qui voluntarie operantur, non iis, qui*

ratione officii, seu conventionis operari tenentur. Limita num. 13 & num. 18

11 *Officiales, vel alii, qui ex legis dispositione bannitos capere tenentur, turpiter recepisse dicuntur, quidquid ob eorum capturam receperint.*

12 *Sed in Hetruria attenta consuetudine contrarium servatur.*

14 *Argumentum a partium enumeratione desumptum est in iure validissimum.*

15 *Testatores in distributione assis haereditariae aliquando non omnes distribuunt uncias.*

16 *Contrahentes nil frustra facere praesumuntur.*

17 *Utilia, seu lucra considerari nequeunt nisi prius deductis impensis, & oneribus.*

19 *An auctis laboribus, & operibus augeri proportionabiliter debeant utilia, & salaria, quaestio est inter DD.*

20 *Distinguitur tamen, aut labores superventi connexionem habent circa munus, & officium quo quis fungitur, & tunc salarium non augetur.*

21 *Aut ad officia, & munera demandata in nihilo pertinent, & tunc augendum est salarium.*

22 *Quod exemplificatur in Iudice, Canonico, Doctore, & famulo & num. seqq.*

26 *An aucto capitali augeatur etiam lucrum, remissive.*

27 *Qui ponit operas in societate dicitur & ipse consocius & particeps.*

28 *Societas ita coiri potest, ut alter pecuniam conferat, alter non & tamen lucrum inter eos comune sit.*

29 *In Societatibus quoad utilium distributionem, primo attenduntur pacta, & conventiones contrahentium.*

30 *Secundo, consuetudo sociorum si quae sit, sive regionis.*
Tacite actum videtur, quod consuetum est fieri, ibid.

31 *Tertio, praedictis deficientibus, dispositionem text. in §. Et quidem si nihil instit. tit. de Societ. videlicet, quod partes tam in lucro, quam in damno sint aequales proportione geometrica & num. 34*

32 *Argumentum de parte ad totum in pluribus casibus non procedit.*

33 *Et signanter ubi eadem ratio non viget.*

35 *Inter accomandantem, & accomandatarium non intelligitur contracta societas, sed iste pro simplici institore habetur.*

36 *Limita si de Societate inter ipsos inita appareat.*

37 *Qui de utilibus participant veri socii dicuntur.*

38 *Non ita qui simpliciter praepositus fuit ad administrandum certa mercede conventa.*

39 *Par-*

39 *Participatio utilium nil aliud importat, quam dominium, & proprietatem in negotiatione.*
40 *Societatis definitio a Wulteio, & Vinnio tradita.*
41 *Societas ita contrahi nequit, ut lucrum sit unius tantum ex sociis.*
42 *De natura enim Societatis est, ut lucrum sit comune.*
34 *Contractus talis dici debet, qualem partes appellarunt.*
44 *Potest, quis simul esse institor, & Socius.*
45 *Text. in Leg. curabit Cod. de act. empt. locum habet etiam in mobilibus aptis fructus gignere.*

Nno 1662. die 24. Aprilis DD. de Pinadoris dederunt in accomandita Dominis de Gallettis Bertinis, & Rodulphis eorum Apothecam ad usum Pharmacopolæ cum fundo scutorum 10. m. monetæ cum pacto super divisione utilium, ut infra.

Dominis de Pinadoris pro qualibet libra occasione eorum capitalis solid. 13 & den. 4. Dom. de Gallettis solid. 2. & den. 8. Dom. de Bertinis solid. 2. & den. 8. & Dom. de Rodulphis solid. 1. & den. 8 relictis quatuor denariis indivisis ad libræ complementum absque ulla superius aperta conventione.

Anno vero 1665. die 24 Augusti eamdem accomanditam renovarunt aucto fundo usque ad summam scutorum 12. m. cum Dominis Moranis & Rodulphis pariter facta utilium divisione modo qui sequitur videlicet.

Dominis de Pinadoris solid. 13. 4. Dom. de Moronis solid. 2. 8. & Dom. de Rodulphis solid. 2. --

De aliis vero duobus solidis, qui supererant ad integram libram convenerunt, quod in singulos annos durante societate, & quod vixerit Dom. de Bertinis eidem solverentur scuta centum absque eo quod teneretur pro beneficio Apothecæ aliquod operati, & hoc in præmium fidelitatis solertiæ, & laborum alias in dicta Societate, & Apotheca adhibitorum, & scuta duo pro singulo centenario Dominis de Boccis, & Cocchinis donec, & quousque in servitio eiusdem negocii permanserint, reliquum vero, si quid supererit declararunt cedere debere ad favorem DD. de Pinadoris.

Obiit adhuc vivente accomandita Dom. de Bertinis, & a servitio Apothecæ recessit Dom. de Boccis.

Unde orta contentione infra dd. Partes hoc est infra Dominos de Pinadoris, & Dom. de Rodulphis super denarios qua-

tuor in prima Accomandita non distributos, & inter Dominos de Pinadoris ex una, & Dominos de Moronis, & Rodulphis ex alia super scuta centum, & alterum quæ ob mortem Dom. de Bertinis & recessum ab Apotheca Dom. de Boccis in Societate remanserunt. Et instante quoad denarios quatuor primi capitis Dom. de Rodulphis sibi eosdem in solidum assignari, contrarium dicentibus Dominis de Pinadoris, & petentibus eisdem adiudicari primus in præmium industriæ, & laborum, & propter quos ingens lucrum fecit Societas, secundus, quia capitale, sive fundus Societatis, & Apothecæ ad eosdem expectabat, & pertinebat iure proprietatis, & dominii, vel saltem dicebant, & esse distribuendos ad ratam participationum inter omnes Consocios, &

1 iuxta terminos *Text. in Leg. si non fuerit 29. ff. pro Soc. & in §. & quidem si nihil primo lib. 3. instit. tit. 26. de Societate.*

Et quoad scuta centum, & alterum secundi capitis petentibus Dominis de Moronis, & Rodulphis declarari ad eos pertinere eadem ratione industriæ, & laborum, & e converso replicantibus Dominis de Pinadoris fore iudicandum ad eosdem expectare eadem pariter ratione dominii, & proprietatis totius fundi Apothecæ prædictæ, vel quia sicuti ad eosdem pertinere, & expectare conventum erat omne residuum, si quid super fuisset ex dictis duobus solidis non distributis, ita quoque eorum favore cedere debere dicta scuta centum ob mortem Dom. de Bertinis

2 & alterum ob recessum Dom. de Boccis, arguendo a parte ad totum, & prout fieri de iure licet *ad tradit. per Barbos. in locis argumentor. loc. 82. n. 1.* cum concordantibus.

Causa nobis a Serenissimo Magno Duce Domino Nostro Clementissimo ad decidendum commissa, cunctis diligenter hinc inde deductis, perpensis, & Partibus pluries auditis sententiam protulimus per quam declaravimus denarios quatuor, de quibus supra in primo capite fore, & esse assignandos, prout assignamus Dom. de Rodulphis in solidum, scuta centum cum altero de quibus in secundo capite fore, & esse dividenda inter præfatos DD. de Pinadoris, Maronis, & Rodulphis ad ratam cuiuslibet eorum participationis.

Et ratio huius nostræ resolutionis quoad utrumque caput fuit.

Quoad primum, quia censuimus contrahentes ea mente indistributos reliquisse prædictos denarios quatuor, ut remunerare cum eiusdem valerent, sive recognoscere ministros, qui bene se gesserint in dicta officina Aromataria, & ut moris est in nego-

3 ciis, & hominum commerciis ad alicendos animos ad bene, & fideliter operandum, dum spes præmii laboris est solatium, ut *Seneca ait de morib. cap. 1. & dixit Div. Thomas* qui præmium

esse

esse definivit id quod redditur alicui in bonum eius *in 3. senten. distin. 29. q. 4.* & facit *Text. in Leg. contra publicam in fin. Cod. de re militar.* cum quo Ferdinandus Fornarius inter allegationes decisivas diversorum *Iur. cons. laboribus dec. Thom. Anell. Salernitan. alleg. 8. n. 5.* habet præmia esse concedenda, & hinc merito videmus in Republicis introducta fuere donaria, quibus homines alliciebantur ad fideliter, & summa cum alacritate se favore Reipublicam gerendos, unde *Cicer. lib. 1. Thusc. quæst.* dixit quis enim virtutem amplectitur ipsam præmia si tollat *Escob. de ratiocin. cap. 26. sub n. 33. prope fin.* & late *Giurb. d. cons. 11. n. 6.* Hinc proinde cum inficiari non possit, quin Dom. de Rodulphis solus ex aliis Sociis præfuerit semper d. officinæ Aromatariæ & summa cum diligentia, ac solertia in negociis ad eamdem pertinentibus se gesserit, ut massimum quæstum d. Societas fecerit, merito dignum præmio prædicto censuimus iuribus, & auctoritatibus mox relatis & argumen *Textus in d. Leg. contra publicam in fin. Cod. de re militar.* & per quem probatur præmia laboribus esse concedenda.

4

5

6

Nec obicem facere existimavimus, quod D. de Rodulphis in d. officina, & favore negocii prædicti teneretur cunctas operas præstare ex conventione, & ob participationem in Apocha Accomanditæ solidi unius, & denariorum octo assignatam eidem & secundum quam assignationem præsumendum est inter Consocios pretiatas fuisse diligentiam, sagacitatem industriam & labores eiusdem argumen. *Text. in §. de illa sane conventione vers. quia sæpe quorundam lib. 3. tit. de Societ. 26. instit. Corn. in cons. 24. n. 11. lib. 1.* & faciunt *gloss. in Leg. 1. C. pro Socio sub litt. L. in verb. obtinuit* & tradita in *Leg. Societas 5. ff. pro socio* ubi habetur, quod Societas coiri potest, & valet etiam inter eos qui non sunt æquis facultatibus, cum plerumque pauperior opera suppleat &c. & his adstipulantur scripta per *Felic. de Societ. in cap. 15. num. 42.*

7

8

Et proinde nil pluris prætendere possit ultra assignationem eidem a principio factam solidi unius, & denariorum octo, ratione operum, industriæ ac diligentiæ, quia quamvis hæc creverint, non inde inferri potast, ergo auctum fuit capitale ex parte eiusdem D. de Rodulphis, dum in operibus non dicitur unquam augeri, quia operibus non assignatur certa mensura a principio, sed semper conventum censetur, quod socius cum ea qua tenetur diligentia operari teneatur *Felic. d. cap. 15. sub n. 80.*

9

Et propterea sequitur, quod D. de Rodulphis non potuerit prætendere, & multo minus consequi dictos denarios quatuor in præmium laborum, industriæ, & diligentiæ, quia præmia, sive

donaria conceduntur his, qui voluntarie operantur non iis qui
10 ratione officii, sive conventionis operari tenentur iuxta *theoric. Bart.* desumptam *ex Leg. si quis in gravi* 4. §. *utrum autem ff. ad Sen. consf. Syllan. qui sub n.* 1. *& seqq.* probat donaria, sive præmia, quæ dantur iuxta dispositionem alicuius Statuti capientibus ex bannitos, non concedi iis, qui ratione officii, sive alterius Statuti dispositione ex necessitate exbannitos capere tenentur, sed solum iis qui nulla Lege cogente, seu obligatione, voluntarie, & ultro se ad exbannitos capiendos offerunt, & ad eo vera est prædicta Theorica, quod si Officiales, vel alii, qui legis dispositioni, sive conventione adstricti sunt ad exbannitos
11 capiendos, aliquid ob illorum capturam receperint, turpiter recepisse dicitur ad *Text. in Leg. fin. ff. de eo quod ob turp. caus. ec. Bart in d. Leg. si quis in gravi* §. *utrum autem sub n.* 2. *ff. ad Sen. consf. Syllan.*

Et hanc Bartoli sententiam amplexi fuerunt comuniter DD. ut videre est *ap. Bald. in consf.* 394. *sub n.* 1. *vol.* 1. *Munn. de Escob. de ratiocin. cap.* 26. *n.* 3. 4. *Cabal. ref. crim.* 279. *n.* 1. *& seqq. Guazzin. def.* 18. *cap.* 2. *n.* 10. *Giurb. in contr.* 11. *n.* 7. ubi plures congerit.

Quia huic obiecto satisfieri existimavimus advertendo cuncta prædicta procedere, quando per Legem, Statutum, sive hominis dispositionem simpliciter conceduntur præmia, nam in dd. casibus cum mentio in dispositionibus non habeatur de Ministris, Officialibus, aliisque, qui Lege; vel officio adstringuntur operas & diligentiam præstare profitentur DD superius allegati eos non comprehendi, cum ultro non se offerant ad operandum, sed ex necessitate obligationis (quamvis etiam in casibus prædictis non defuerint, qui contrarium tutati sunt, saltem attenta consuetudine regionis, prout est hic Florentiæ, & in toto Dominio Serenissimi Magni Ducis Domini Nostri Clementissimi, de qua te-
12 stantur *Caball. resolut. crim.* 279. *sub n.* 10. *& seqq. Guazzin. defens.* 18. *sub n.* 10. *in fin.* eamdem commendantes uti Reipublicæ favorabilem) non vero quando præmia Ministris, & Officialibus operantibus sunt concessa, quia tunc omni dubitatione procul res plana videtur favore Officialium, aliorumque Ministrorum quamvis legis obligatione, sive hominis conventione, & officio, & necessitate adstricti sint ad operas præstandum, ut in punctualibus terminis eiusdem conclusionis illam declarando tra-
13 dunt *gloss. in L.* 2. *Cod. de fer. Bald. in consf.* 394. *sub num.* 1. *vers. contrarium & n. seqq. lib.* 1. *Raudens. de analog. cap.* 33. *sub num.* 217. & alii quos referendo sequitur *idem Giurb. d. consf.* 11. *sub n.* 17.

Igitur

Igitur cum in casu nostro prædicti denarii quatuor fuerint indistributi relicti in præmium fidelis administrationis, & diligentis industriæ Officialium, & ministrorum d. Officinæ Aromatariæ, ut mox dicemus, & Dom. de Rodulphis ingentem diligentiam, & industriam in negociis d. Aromatariæ adhibuerit, adeout se dignum tali præmio præbuerit, opus fuit eidem assignare, & prout eidem assignavimus dictos quatuor denarios.

Fuisse vero indistributos relictos dictos quatuor denarios pro præmio, & ad effectum, de quo supra nos suadebat argumentum a sufficienti partium enumeratione desumptum, quod in iure validissimum esse probant iura, & DD. quos lato calamo congerit *Barbos. in loc. argument. loc.* 108. *num.* 1. dum observabamus Dominos Contrahentes hac tantum mente potuisse relinquere indistributos dictos denarios quatuor, vel quia applicari deberent Dominis de Pinadoris, tanquam fundi, & corporis aromatariæ Dominis, vel quia forent inter eosdem Contrahentes dividendos iuxta ratas in partitione utilium unicuique assignatas, vel quia inservire deberent pro sumptibus dicti negocii vel tandem quia voluerint cum eisdem remunerare ministros, & officiales d. officinæ aromatariæ dum aliæ causæ assignari non possunt, propter quas movere rationabiliter potuerint dd. Domini Contrahentes ad indistributos relinquendum prædictos denarios quatuor, nisi velimus dicere, vel quod id acciderit per incuriam, vel quia intellexerint libram componere de solidis 19. & den. 8. & ut evenit in testatoribus, qui in distributione Assis hæreditariæ minores distribuunt uncias numero duodecim ad *text. in §. hæreditas plerumque* 5. *& in §. videamus* 7. *lib.* 2. *tit.* 4. *instit.* & utrobique communiter scribentes cum concordantibus quod repugnaret ex diametro DD. Contrahentium intentioni, qui in libris aromatariæ particulare computum dd. quatuor denariorum constituerunt, & esset longe a verisimilitudine alienum.

14

15

Si igitur illæ tantum quatuor causæ movere potuerunt Dominos Contrahentes ad relinquendum indistributos prædicto denarios quatuor, & prima, secunda non sint rationabiles, & inverisimiles, quia si voluissent quod pertinerent ad Dominos de Pinadoris uti corporis, & fundi Dominos, vel voluissent inter socios ad ratam participationum dividere, utique potuissent æque bene a principio, vel eisdem Dominis de Pinadoris assignare, vel inter se dividere, prout assignaverunt Dominis de Pinadoris solidos 13. & den. 4. & prout diviserunt inter se alios solidos, & denarios, nec aliqua excogitari potest ratio, cur maluerint omittere dictam assignationem, sive

ve

ve distributionem respectu illorum denariorum quatuor, igitur ne superflua videantur, dicta omissio non est explicanda causis prædictis, cum Contrahentes nil frustra facere præsumat ad *L. non solum ff. de act. & oblig.*

16

Minus tertia videtur subsistens, quia illi quatuor denarii de utilibus, sive lucris deduci debebantur, ut ex verbis scripturæ „ ibi „ E degli utili, che gli resteranno &c. „ utilia seu lucra non possunt considerari nisi prius deductis expensis & omnibus oneribus *Rot. in dec. 126. n. 43. part. 14. rec.*

17

Dum ergo tantum quatuor causæ assignari possunt, per quæ potuerunt moveri Domini Contrahentes ad indistributos relinquendum prædictos denarios quatuor, quarum tres prorsus sint inutiles, elusoriæ, & insubsistentes, atque inverisimiles, unaque tantum rationabilis compariatur, utique illam fuisse, quæ impulit, movere potuit Domin. Contrahentes, fateri oportet, & proinde quod ideo non diviserunt a principio illos quatuor denarios utilium ad libræ complementum, quia in eisdem voluerunt posse recognoscere bene, & fideliter operantes in dicta officina aromataria, & sic dd. denarios fuisse indistributos relictos ob præmium officialium, & ministrorum d. apothecæ ad illorum animos alliciendos, ut supra probavimus, & moris est inter negociatores &c.

Irrelevans quoque visum fuit alterum obiectum, quod scilicet dicta præmii distributio in omnem casum veniret facienda inter famulos dicti officinæ, penitus excluso D. de Rodulphis illa ratione, quia ipse tenebatur operas præstare vi obligationis.

Quia huic obiecto ultra quam quod late satisfactum censemus ex iis, quæ iam dicta sunt *sub vers. quia huic obiecto &c.* ubi probavimus etiam iis, qui ratione officii, sive alterius obligationis adstricti erant ad operandum, præmium prædictum esse concedendum, responderi potest advertendo, nullam rationabilem differentiam constitui posse ad hunc effectum inter Dominos de Rodulphis, aliosque operantes, & famulos d. officinæ, nam si primi tenentur ratione officii, & participationis operari in beneficium accomanditæ, secundi non sunt diversæ conditionis, cum & ipsi ratione pariter eorum famulatus, sive ministerii propter quod operas locarunt, adstricti videantur in eorum exercitiis in obligationis operas præstare.

18

Ergo si nulla assignari potest rationabilis differentia inter D. de Rodulphis & famulos sequitur', quod sicuti ii secundi poterant dictos quatuor denarios in præmium laborum mereri, ita potuit etiam D. de Rodulphis, qui diligentem operam præ-

præstitit in dicta officina dignum se præmio prædicto exhibere.

Nec est præsentis quæstionis perquirere, an vera sit illa conclusio, quod auctis laboribus, & operibus, augeri proportionabiliter debeant utilia, & salarium, quam absolute, & affirmative resolvendam *Petr. de Ubald. in tract. de duob. fratr. part.* 4. *num.* 4 contrarium vero *Corn. in cons* 24. *sub n.* 11. *lib.* 1. & cum distinctione *Felic. de societ. quæst.* 5. *sub num.* 53. ubi habet quod si operæ augeantur ultra formam consideratam a principio, lucrum quoque augeri debet, si vero non augeantur ultra formam a principio consideratam, tunc verius est, quod non augentur lucra, & salarium per ea quæ tradit id. *Felic. de societ. d. quæst.* 15. *sub n.* 80. 19

Et hinc videmus non augeri salarium, quamvis augeantur labores, si tamen connexionem habeant circa munus & officium, quo quis fungitur, & ratio est, quia potuit is, qui suas operas in illo officio locavit præcogitare huiusmodi incrementum laboris *Zacch de salar. quæst.* 11. *num.* 31. *post med.* unde si duo ad idem negocium, sive officium deputati fuerint, & eveniat casus, quod unus decedat, vel efficiatur impotens, & alter tam pro parte sui, quam alterius consocii negocia expediat, non tamen habebit salarium, quod alter consocius habebat, & sic duplex, nam etsi expediat utraque negocia, ex quo officia non erant distincta, non dicitur aliquid egisse, quod suum ad officium non pertineret, ut exemplificando in duobus Ambasciatoribus missis pro eadem ambasciata firmat *Zacch. de salar. d. quæst.* 11. *sub n.* 35. *per doctrinam Bart. in Leg.* 1. *in fin. C. de legat.* & aliorum, quos idem refert. 20

At quando augumentum laboris provenit, quia emergant aliæ occupationes, & negocia, quæ ad officia, & munera demandata non pertineat, tunc verum est, quod aucto labore, augendum etiam sit salarium iuxta *cons. Rom.* 25. quem ita declarando sequitur *Zacch. de salar. d. quæst.* 11. *num.* 31. & hinc infertur augendum esse salarium collaterali, sive iudici, si collateralium, vel alterius iudicis officia exerceat iuxta theoricam *Baldi in Leg. qui duobus* 23. *ff. de condit. & demonstrat. Zacch. de salar. d. quæst.* 11. *num.* 10. Quemadmodum etiam accidit in Canonico, qui potest habere duplices quotidianas distributiones si duo exerceat officia ad mentem *Covarr. var. resol. libr.* 3. *cap.* 13. *num.* 6. *in fin.* & aliorum, quos pariter congerit idem *Zacch de salar. d. quæst.* 11. *num.* 1. Et in Doctore cui duplex debetur salarium, si duobus præponatur officiis per ea quæ notant *in auth. ut iudice &c. Alberic. Bald. & alii relati a Zacch d. quæst.* 11. *num.* 16. Et in famulo cui augendum est sala- 21 22 23 24

salarium, si fuerit eidem auctus labor ad *text. in Leg. Scio ami-*
25 *co ff. de an. legat.*

Dum nos non versamur in terminis quod D. de Rodulphis prætendat maiorem participationem in lucris, vel augumentum salarii, sed solum agimus de distribuendis dd. quatuor denariis, destinatis, ut supra firmavimus, pro recognoscendis officialibus, & ministris, qui bene, & fideliter in dicta aromataria se gesserint; casus quidem toto cœlo distinctus, atque diversus ab eo, in quo ratione maioris laboris quis maiorem prætendat participationem utilium, sive augumentum salarii, & in quo procedendum est cum distinctione, de qua supra,
26 vel cum terminis quæstionis, an aucto capitale, augeatur etiam lucrum, de quo per *Felic. de societ. cap. 15. n. 54.*

Quoad vero ad secundum caput, ideo diximus scuta centum, quæ ob mortem D. de Bertinis, & alterum quod ob recessum ab apotheca D. de Baccis in societate remanserunt, fore, & esse proportionabiliter dividenda inter DD. de Pinadoris, Rodulphis, & Moronis ad ratam cuiuslibet eorum participationis, quia nulla ratio nos suaderi potuit, cur potius uni, quam alteri forent assignanda, nam illud quod dicebatur ex parte DD. de Pinadoris, quod ideo eisdem forent adiudicanda, quia ad eosdem expectabat in proprietate, & dominium totum negocium d. Aromatariæ, non censuimus alicuius momenti, cum verum non sit suppositum negocium, etenim nedum pertinebat ad dd. Dominos de Pinadoris, verum etiam Dominis de Moronis, & Rodulphis pro illorum ratis, nam & ipsi ratione operum consocii erant atque participes in dicta societate per ea quæ tradit *Felic. de societ. cap. 9. sub n. 22. &*
27 *seqq.* & litteraliter probat *textus in §. de illa sane tit. 26. libr. 3. instit.* ubi sancitur societatem ita coiri posse, ut alter pecuniam conferat, alter non, & tamen lucrum inter eos commune sit, quia sæpe opera alicuius pro pecunia valet.
28

Nec possunt Domini de Pinadoris ratione capitalis in summa scutorum dodicimila in dicta societate positi, quid pluris ultra portionem eisdem assignatam in partitione utilium prætendere, dum in societatibus particularibus quoad distributio-
29 nem lucri, vel quæstus primo attenduntur pacta, & conventiones contrahentium iuxta *text. in §. & quidem si nihil vers. quod si expresse tit. 26. de societ. lib. 3. instit.*

Secundo consuetudo sociorum, si quæ sit, sive regionis,
30 & ratio est, quia quod consuetum est fieri, tacite actum videtur *L. item quantum §. qui impleto ff. locat. Felic. de societ.* & aliquos ipse refert in *cap. 9. n. 33.*

Et

Et tertio prædictis omnibus deficientibus dispositio *text. in d. §. & quidem si nihil*, ubi sancitur partes tali casu esse debere æquales in lucro, & in damno, non proportione arithmetica sed geometrica, videlicet, ut plus consequatur vel minus respective, qui plus, vel minus operæ, industriæ, & pecuniæ contulerit *Harprecht. in explicat. d. §. & quidem si nihil n. 4. tit. 26. de societ. lib. 3. instit.* 31

Igitur cum a principio contractus fuerit inter Dominos de Pinadoris, Moronis, & Rodulphis conventum, quod pro capitale in summa scutorum dodicimila ex parte DD. de Pinadoris in societate posito, quod idem consequi deberent solidos 13. & den. 4. ac omne reliquum, si quid superfuisset, ex illis duobus solidis, deductis scutis centum dandis Domino de Bertinis in singulos annos, & aliis scutis duobus pro singulo centenario tradendis Dominis de Boccis, & Cocchinis, non possunt hodie licite quid pluris petere.

Nec valet argumentum a parte desumptum, quia licet in iure videatur validum ad effectum trahendi consequentiam ad totum, attamen in pluribus casibus non procedit *Thusc. conclus. 499. n. 4. litt. A Barbos. in locis argum. loc. 82. vers. aliquando &c.* Signanter in his, quæ a mera voluntate contrahentium dependent, ut est utilium partitio, nec bene inferri potest voluerunt contrahentes uni certam portionem assignare, ergo & totum assignare voluerunt, cum non sit dicto casu par ratio partis, & totius, & ubi non viget eadem ratio nunquam procedit argumentum a parte ad totum *Cagnol. de reg. iur. in reg. 114. in toto & pars continetur sub num. 14. pag. mihi 131. & Dec. in Leg. cuius effectus ff. de reg. iur. reg. 190. num. 6. fol. 621.* Etenim in tantum illud residuum duorum solidorum ad Dominos de Pinadoris expectare debebat, in quantum circa idem concurrebat contrahentium consensus, qui cum deficiat in scutis centum, & alteris, quæ in societate remanserunt ob mortem D. de Bertinis, & ob recessum ab officina D. de Boccis, utique non est de illis iudicandum eodem modo, quo de residuo, sed veniunt dividenda proportionabiliter inter omnes consocios, iuxta terminos *text. in d. §. & quidem si nihil tit. 26. de societ. lib. 3. instit.* 32 33 34

Minus pariter turbat ponderatio altera ab Excellentissimo Domino Scribente pro Dominis Pinadoris, scilicet nos versari in negociatione per viam accomanditæ in qua inter accomandantem, & accomandatarium non dicitur contracta societas, sed accomandatarius, qui ponit operam & industriam in administrando accomanditam, intelligitur esse simplex institor,

nec

nec aliquam dominii, sive proprietatis portionem in negocio
35 acquirit, nec admittitur ad participandum de utilibus *Rot. in dec.* 640. *n.* 1. *& seqq. part.* 1. *rec.*

Quia prædicta vera censemus, quando inter accomandantem, & accomandatarium non est etiam contractu societas, secus vero in casu converso, ut in nostris terminis, in quibus non videtur in dubium revocandum, quin inter Dominos de Pinadoris, Moronis, & Rodulphis sit etiam contracta socie-
36 tas, ut probatur ex partitione utilium inter eosdem, quod non supponit *Rot. in d. dec.* 640. imo id excludit, dum sub *num.* 6. *&* 7. habet hæc verba ex quibus sequitur, quod si Philippus Dominus non esset negociorum, per consequens in huiusmodi contractu accomanditæ non potest considerari admissio participationis utilium durante societate, quæ solum datur veris Dominis negotiorum; Unde non est mirum si in *d. dec.* 640. firmatur Philippum accomandatarium, non esse socium, nec portionem habere dominii in societate, & solum esse considerandum ut simplicem institorem. In casu vero nostro, cum, ut dicebamus, Domini de Moronis, & Rodulphis admissi fue-
37 rint ad participandum de utilibus d. accomanditæ, non censeri debent simplices institores, sed etiam socii, nam ii, qui de utilibus participant veri socii dicuntur *Leg. cum in societatis C. pro soc. Rot. Gen. dec.* 14. *num.* 23. ad differentiam simplicis
38 præpositi ad administrandum cum certa mercede taxata a principio, ut optime distinguendo docet *Ant. Picard. in explicat.* §. *de illo sane instit. tit. de societ. sub num.* 11. per hæc præcisa verba „ Ergo si a principio conveniat, ut certa quantitate ac„ cepta in negociando cum aliena pecunia operam quis ponat, „ quia certa merces datur, nec lucrum dividitur, erit sine du„ bio locatio, quod si conventum sit, ut tu industriam ponas, „ ego pecuniam, & lucrum quale fuerit, dividatur, societas erit „ non locatio, quia certa merces constituta non est „ & probat *text. in C. si convenerit* 23. *ff. com. divid.* & hanc Sententiam ipsa Rota amplectitur in allata *dec.* 640. *part.* 1. *rec.* dum *sub num.* 7. admittit participationem utilium solis veris Dominis negociationum convenire, ergo potius pro parte nostra meretur allegari.

Et sane res plana videtur, dum participatio utilium nil aliud importat, quam habere dominium, & proprietatem in
39 negotiatione, & sic inter participantes esse contractam societatem, & proinde merito societas definitur *a Wltcio in comment. instit. de societ. in princ. num.* 1. Contractus consensu honeste initus de fortunis, & operis ad uberiorem quæstum, usum-

usumque commodiorem inter se communicandis; quæ concordat cum definitione allata, licet strictius ab *Arnoldo Vinnio in princ. explicat. tit. instit. de societ.* „ ibi „ Societas est con- 40
= tractus quo inter aliquos res aut operæ communicantur lu-
= cri in comune faciendi gratia „ & ideo infertur societatem ita contrahi non posse, ut lucrum non sit commune, 41
sed unius tantum socii, cum hoc sit contra finem societatis *Leg. si non fuerit* 29. §. *aristo ff. pro soc. Arnold. Vin. in explic. d. princip. tit. de societ. lib.* 3. *instit. post med.* de natura siquidem societatis est, ut lucrum sit commune *Harprect. in comm.* 42
instit. ad prim. tit. de societ. n. 9. imo *Bonellus in comment. iur. civ. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 40. *vers.* nondum satis censuit ad substantiam societatis desiderari, ut communio hunc in finem suscipiatur, ut inde lucrum fiat commune.

His omnibus accedit, quod non solum Domini de Moronis, & Rodulphis admissi in dicta accomandita fuerunt ad participandum de lucris, quod satis esset ad effectum ut Socii cum Dominis de Pinadoris accomandantes forent reputandi, ex his, quæ diximus, sed insuper conventum fuit, ut ipsi in casu damni subire deberent pro eorum ratis periculum, casus in quo nemo hesitat, quià inter eos vere, & proprie dici debeat contracta societas.

Præterea ipsimet Contrahentes prædictam accomanditam, societatem nuncuparunt in illis verbis apocæ „ ibi „ Dichia-
= rando ancora, e così convengono d' accordo sempre, che
= detti Sigg. Pinadori, o loro Sigg. Amministratori voiessero
= finire ello negozio di compagnia &c. „ unde intrare videtur altera iuris conclusio, quod talis dici debeat contractus 43
qualem Partes appellarunt *Bart. in Leg. idemque* 10. §. *si quis Titio ff. mandat. Dec. in cons.* 32. *volum.* 2. *Cravett. cons.* 20. *Andreol. controv.* 189. *num.* 2. *Cyriac. controv.* 145. *num.* 44. *Conciol. allegat.* 55. *num.* 56. *& Rot. in dec.* 336. *num.* 25. *part.* 12. *recent.*

Nec potest hic considerari aliqua repugnantia, cum bene insimul stare possit, quod quis sit alicuius negotiationis institor, 44
& socius *Felic. de societ. cap.* 30. *num.* 15. *& seqq & sub num.* 19. *&* 69. ubi loquitur de contractu accomanditæ, qui fieri solet Florentiæ, nec ab hac opinione verissima recedit *Rot. Gen. in dec.* 71. *num.* 4. in contrarium allegata, quia & ipsa admittit, ut ex ipsius lectura patet, quem esse posse socium, & institorem, vel quia ab aliis sociis præponatur negociationi, vel quia ipse habeat facultatem alium eligendi, qui societati præsit, & melius *in decis.* 14 *num.* 56. ubi habet socios tacite non fie-

ri institores, quia semper essent institores, sed requiri mandatum.

Minus pariter subsistere censuimus prætensionem DD. de Moronis, & Rodulphis quoad, dicta scuta centum, & alterum, de quibus supra videlicet, quod eisdem in solidum essent assignanda ratione operum, & industriæ eisdem rationibus, de quibus in prætensione DD. de Pinadoris, nimirum quia rationes laborum, & industriæ iam a principio in partitione utilium certa portio ex conventione eisdem fuerat assignata, unde non erat locus argumento per ea quæ diximus in primo capite *vers. nec obicem facere*.

Igitur si Domini de Pinadoris, & Domini de Moronis, & Rodulphis erant in dicta accomandita consocii, & scuta illa centum, quæ favore societatis cesserunt ob mortem Domini de Bertinis, cum altero, quod eidem societati obvenit ob recessum ab apotheca Domini de Boccis non poterant potius uni, quam alteri assignari, dividenda erant proportionabiliter inter eosdem ad ratam illorum participationem, & prout dividi in Sententia mandavimus ad æqualitatem inter socios servandam.

Et tandem in Sententia diximus teneri, & obligatos esse Dominos de Pinadoris consignare, & actualiter tradere in tot bonis d.' aromatariæ portiones, & ratas spectantes dd Dominis de Moronis, & Rodulphis una cum fructibus decursis, & decurrendis usque ad realem dd. portionum relaxationem ad rationem quatuor pro quolibet centenario, & anno, ad quam summam ex arbitrio eosdem taxandos duximns, iuxta terminos *text. in Leg. curabit C. de act. empt.* quem intrare, locumque sibi vindicare nedum in rebus immobilibus verum etiam mobilibus aptis fructus gignere, ut probant *Leotard. de usur. quæst.* 41. *num.* 32. cum aliis ab eodem relatis, & in nostris terminis officinæ aromatariæ *Borgnin. Cavalcan. in dec.* 13. *num* 61. *part.* 2. *Rimin. iun. in cons.* 177. *n.* 16. *& seqq. de Luc. de usur. disc.* 15. *n.* 3. qui loquitur in terminis tabernæ ad usum mercimonii, & plures hanc Sententiam comprobantes Rotæ Romanæ decisiones referens.

45

Et ita &c. utraque Parte informante &c.

Petrus de Angelis Prætor &c.
Joseph Urceolus Rotæ Auditor.
Cosimus Farsettus Rotæ Auditor.

DE-

DECISIO XXVI.

FLORENTINA PRÆTENSÆ EVICTIONIS.

30. *Aprilis* 1688. *cor. Aud.* Ascanio Venturini.
Ex lib. 2. *mot.* 132. *a* 412.

ARGUMENTUM.

SI bona fideicommissaria uni ex dividentibus eo sciente, & acceptante assignata, alius postmodum evincat ex causa fideicommissi, Condividens non tenetur ei de evictione, neque ad pretii restitutionem, etsi data fuerint tanquam libera. In nihilo favente, quod in contractu divisionis fuerit illius favore expresse promissa evictio etiam ex auctorum præordinatione, sed ex facto promittentis tantum proveniens, quia ista promissio ultra suos limites non protrahitur, nec comprehendit evictionem, cui promittens nullam facto suo dedit causam. Expenditur an, & quando censeatur Dividentes renunciasse fideicommisso in vim clausularum ad alienandum, ad habendum, & similium. Explicatur in quibus casibus locum sibi vindicet *Lex final. §. emptor Cod. commun. de legat.* concedens ementi scienter res oneri obnoxias pretii repetitionem evictione secuta.

SUMMARIUM.

1 *Concurrente scientia dividentium, si bona uni assignata evincantur ex præordinatione auctorum, alter non tenetur de evictione, nec ad pretii restitutionem & n. seqq.*
2 *Quia imputandum est ei, qui scienter voluit acceptare dicta bona & n. 9. & 20.*
3 *Nec ad pretii restitutionem agi valet. & n. 5. & 6.*
4 *Tradens rem gravatam scienti, & recipienti, non tenetur de evictione.*
7 *Limitatur conclusio de qua sub n. 1. ubi uni obvenissent in divisione omnia bona fideicommissaria, alteri omnia bona libera.*
8 *Contrarium tamen plures senserunt.*
10 *In dubio præsumendum est, in assignatione bonorum fideicommissorum uni ex dividentibus facta habitam fuisse rationem eorum qualitatis, & periculi evictionis.*
11 *Evictio ex natura rei proveniens præstatur etiam scienti, ubi expressa evictionis promissio accedat.*

12 *Promissio limitata, limitatam obligationem producit.*
13 *Promissio evictionis pro dato, & facto suo, non egreditur factum voluntarium promittentis.*
14 *Dictio* quod si *est adversativa.*
15 *Et repetit præcedentes qualitates, ac in eisdem terminis, & personis adversatur.*
16 *Dictio* alia *denotat diversitatem a supra expressis.*
17 *Verba non sunt impropríanda, quando iuxta proprium sensum possunt intelligi.*
18 *Qui quod voluit, expressit, quod non expressit, noluisse dicendum est.*
19 *Arbiter I. Consultus præsumitur unum verbum pro alio non usurpasse.*
21 *Obligatio eius, qui alias non tenebatur de evictione pro facto suo, est stricte intelligenda.*
22 *Evictio ex causa hypothecarum &c. debetur, quamvis promissa tantum fuerit pro facto suo.*
23 *Verba referenda sunt ad intellectum Iuris Communis.*
24 *Verba ita sunt intelligenda ut obligent minus quam sit possibile.*
25 *Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
26 *Quod est inverisimile, credendum non est.*
27 *Præcipue ubi agitur de interpetratione Laudi.*
Laudum est stricti iuris. Ibid.
28 *Verba sunt impropríanda ad evitandum absurdum,*
29 *Verborum proprietati est inhærendum ne absurdum sequatur.*
30 *Scientia non præsumitur nisi probetur.*
31 *Dictio* infrascripta *est relativa ad ea, quæ expresse nominantur.*
32 *Paria sunt scire, vel de facili scire posse.*
33 *Scientia contentorum in instrumento præsumitur in eo qui facile potuit illud videre.*
34 *Scire dicitur id, de quo quis facile certiorari potuit.*
35 *Arbiter præsumitur omnia inspexisse, ad recte suum munus gerendum necessaria.*
36 *Verbum* quomodocumque *est universale, & nihil prorsus excludit.*
37 *Verba generalia ab homine prolata, generaliter sunt intelligenda.*
38 *In præsumenda scientia, maxime inspicitur verisimilitudo.*
39 *Scientia probatur etiam coniecturis.*
40 *Et Scientia sic probata non est præsumpta, sed vera.*
41 *Expressio speciei non tollit generaliter superius enunciata.*

42 *Enu-*

42 *Enumeratio specierum post genus dicitur facta ad maiorem declarationem.*
43 *Geminatio verborum generalium iuncta dictione universali quomodolibet ostendit omnium comprehensionem.*
44 *Qui ignorantiam allegat, illam probare debet.*
45 *Ex re particulari non removetur genus.*
46 *Æquum non est, quod quis privetur re, & pretio.*
47 *Nemo locupletari debet cum aliena iactura.*
48 *In bonis quæ per saltum modo uni, modo alteri ex descendentibus deferuntur, successio refertur ad fruitionem unius ex illis pro eius vita, proprietas vero manet apud alios.*
49 *Ubi arbiter uni ex dividentibus assignavit bona fideicommissaria tanquam libera illorum evictio debetur, non obstante scientia oneris in acceptante.*
50 *Scienter acceptans bona alicui oneri subiecta, illam cum suis oneribus acceptasse censetur.*
51 *In generali sermone non includuntur ea, quæ manifeste sunt in contrarium.*
52 *Clausula* ad alienandum *inducit renunciationem fideicommissi.*
53 *Maxime ubi ea non sit in executivis, sed in dispositivis.*
54 *Clausula vero* ad habendum, *etsi cæterata id non operatur.*
55 *Nisi specialiter sit appositum verbum* ad alienandum.
56 *De clausula* ad habendum *non est curandum, nisi aliter constet dividentes voluisse remittere fideicommissum.*
57 *Per clasulam* ad habendum *non censetur renuntiatum fideicommisso nisi sequuta alienatione.*
58 *Per licentiam alienandi inducta dicitur renuntiatio fideicommissi etiam si non sequatur alienatio.*
59 *Contrarium tamen verius, & receptius.*
60 *Et prima opinio solum potest habere locum, ubi data esset facultas alienandi etiam heredibus.*
61 *Clausula* in perpetuum *non inducit renuntiationem fideicommissi, nec subiectam fideicommissi eiusdem materiam excedit.*
62 *Dictio* in perpetuum *operatur secundum subiectam materiam.*
63 *Ob promissionem evictionis ex præordinatione authorum, censetur renuntiatum fideicommisso.*
64 *Evictio ex causa fideicommissi proveniens, debetur tantum ubi fuerit specialiter promissa non attenta scientia dividentium.*
65 *Agenti ex fideicommisso pro quo specialiter evictionem promiserat, obstat regula* quem de evictione.
66 *Promissio limitata evictionis, non extenditur ultra limites pacti & num. seqq.*
68 *Si quid limitate exprimitur, cætera censentur exclusa.*

69 *Renunciatio est stricti iuris, nec facta pro uno, extenditur ad aliud.*
70 *Dictio* quatenus *respicit tempus futurum, & conditionem importat.*
71 *Conditio ubi non purificatur, interim nihil in esse ponit.*
72 *Emens scienter rem fideicommisso subiectam agere nequit pro plena evictione, sed tantum pro restitutione pretii.*
73 *Quod procedit etiam inter dividentes, quoties facta divisione unus ex illis alterius portionem emit, quæ postea evincatur.*
74 *Quod principaliter agitur, semper prævalet, & quidquid ei accedit, eiusdem est speciei.*
75 *Coheres scienter emens partem coheredis fideicommisso subiectam non potest agere de evictione.*
76 *Secus in Emptore extraneo.*
77 *Quia ubi agitur de Emptore coherede semper dicitur evictionem sequi facto sui auctoris, quod non procedit in extraneo.*
78 *Dispositio Text. in Leg. finali §. emptor Cod. communia de legat. procedit quando incertum est an eveniat, vel non eveniat casus restitutionis fideicommissi.*
79 *Emens scienter rem restitutioni obnoxiam, non dicitur emisse nisi ius venditoris.*
80 *Spes successionis quamvis incerta est æstimabilis.*
81 *Lex final. prædicta locum solum habet, ubi re evicta venditor retineret pretium sine ulla causa.*
82 *Emens ab herede potest a se ipso evincere eandem rem, quæ sibi ex testamento debetur, & repetere pretium a venditore. Intellige, & declara ut n. 83. 84.*
85 *Pactum sic servari debet, prout fuit ab initio conventum.*
86 *Ubi res est clara, aliud non est quærendum.*
87 *Verba sunt semper interpretanda contra se fundantes in illis.*

DOM. Horatius Clarissimæ, & Nobilissimæ Familiæ de Puccis donavit sua Bona, inter quæ Possessionem, seu Villam Montis Deorum, D. Nicolao Puccio, eiusque filiis, videlicet Iulio, Alexandro, & Horatio, & aliis ab istis descendentibus, his verbis „ dette, e donò al Molto Illustre, e Clariss.
„ Sig. Niccolò del già Sig. Giulio Pucci Gentiluomo, e Senat.
„ Fiorentino suo parente, e consorte, presente, e accettante,
„ e dopo di lui alli Molto Illustri Sigg. Giulio, Cavaliere, e
„ Balì di Bologna del Sacro Ordine di S. Stefano, Sig. Alessan-

„ sandro, Sig. Ottavio suoi figliuoli, ed a ciascuno di loro
„ durante la lor vita in questo modo, cioè, che morendo uno
„ di essi, la sua porzione vada a quello, che di loro, e loro
„ linee nei libri del Battesimo averà il nome di Orazio, e
„ non vi essendo, a chi se lo eleggesse, e così successiva-
„ mente vadino l' altre porzioni degli altri, che mancheranno
„ alla giornata; ed in caso, che vi fossero più d' uno, che
„ avessero il nome di Orazio al Battesimo sia preferito il mag-
„ giore, purchè, come sopra è stato detto, non sia possessore
„ della detta Commenda, e Maiorasco del detto già Clariss.
„ Sig. Lorenzo, nel qual caso succeda in essi Beni quello,
„ che di dette linee averà il nome di Orazio al Battesimo,
„ e non vi essendo, a quello, che si eleggesse tal nome con la
„ dichiarazione soprascritta di essere preferito il Maggiore, e
„ così vada sempre seguendo fino a che durerà la detta Linea
„ masculina di esso Clarissimo Sig. Niccolò, come sopra „ &
ut latius ex Instrumento dictæ Donationis de die 27. Septem-
bris 1624.

Mortuo D. Nicolao de die 27. Ianuarii 1624. dd. Dom. Iulius, Alexander, & Octavius filii volentes devenire ad divisionem, omnes eorum prætensiones, & controversias compromiserunt in olim Illustriss. & Clariss. D. Senat., & Aud. Alexandrum Victorium, qui suum promulgavit Laudum de consensu Partium latum, & ab eisdem Partibus acceptatum, in quo premissa declaratione, quod viderit, & diligenter inspexerit conditiones, & onera, quibus subiecta erant Bona, & ex diversis Testamentis, & præordinationibus authorum, aliisque conventionibus, ac dispositionibus, omnia stabilia tunc a dictis Dom. Fratribus possessa, cum nonnullis aliis effectibus ibidem enunciatis, & nominatim descriptis, inter quæ dictum Prædium Montis Deorum assignavit dictis Dom. Iulio, & Alexandro, Domino vero Octavio alteri fratri, Secretariatum Urbis, & nonnullas pecuniarum summas addita etiam annua præstatione scutorum 2400. durante eius vita, & inde ita dixit „ Et stan-
„ tibus prædictis summis dictam adiudicationem, & assignatio-
„ nem pro parte dicti Dom. Octavii ad favorem dd. Dom.
„ Iulii, & Alexandri facimus cum clausula ad habendum, con-
„ stituto, constitutione Procuratoris, cessione iurium, & cum
„ promissione evictionis in forma amplissima extendenda secun-
„ dum Formularium Florentinum, & secundum magis amplum
„ stylum Notariorum huius Urbis, cum declaratione, quod de-
„ beatur evictio etiam quatenus bona ex præordinatione autho-
„ rum, & ex natura rei fideicommissariæ, & quacumque alia

„ causa

= causa molestarentur, vel evincerentur, & hæc omnia quatenus sequatur evictio dato, & facto eiusdem Dom. Octavii, = seu etiam mediantibus personis filiorum ex eo forte nasciturorum, qui ex causa testamentorum, & donationum, de quibus supra &c. vel alia quacumque generaliter, & generalissime = bona prædicta quomodocumque directe, vel indirecte molestarent, quod si evictio sequatur ex alia causa, declaramus = tunc tanto minus de dicta annua præstatione dict. scut. 2400. = dicto Dom. Octavio per dictos Dom. Fratres solvendos esse, = quantum importabunt fructus bonorum evictorum, & ulterius tertio amplius, quam importent dd. fructus, & insuper = d. Dom. Octavium dicto casu teneri ad refundendum eisdem = Dom. Fratribus tantam summam, quantam importabit dicta = tertia pars supra fructus prædictos pro toto tempore a die = præsentis Laudi, usque ad tempus dictæ evictionis simul cum = interesse pro dicta ratha ad rationem quinque pro centenario = pro singulis annis, & hoc, quia in taxanda præstatione prædicta gravati per nos fuere dicti Dom. Iulius, & Alexander ad solvendum plusquam importet bonorum redditus = pro ratha prædicta cum supposito, quod bona illis perpetuo essent permansura, quo non sequente æquum est, summam plus iusto pro dd. Fratribus solutam eisdem restitui simul cum dicto interesse, tam ratione lucri cessantis, quam = damni emergentis, &c.

= Et pro maiori cautela dd. Dom. Iulii, & Alexandri pro = casu evictionis, quæ mediantibus personis filiorum forte ex d. = Dom. Octavio nasciturorum, sequi posset, declaramus, quod = in casu, quo ex d. Dom. Octavio aliquis nasceretur filius, = tunc ex dicta præstatione dictorum scutorum 2400. deponi = singulis annis per dictos Dom. Iulium, & Alexandrum debeant scuta 800. in loco cauto, & securo, ad Partium satisfactionem, ad effectum, ut ibi deposita maneant pro eorum = cauthela, & securitate, & pro habendis super dictis pecuniis = eorumque fructibus regressum in casu, in quo per filios ex = dicto Dom. Octavio natos aliqua in bonis prædictis sequatur evictio, &c. „

Decessit post hæc Octavius relictis D. Marchione Ioanne Baptista, & duobus aliis DD. eius filiis, qui illi in hæreditate successerunt, & interim Dom. Marchio Robertus Horatius filius dicti Iulii alterius ex dividentibus evixit dictum Prædium Montis Deorum, tamquam ille, qui appellatur Horatius, & uti maior ex linea dicti D. Nicolai vocatus in dicta donatione facta a dicto D. Horatio donatore, quapropter Dom. Laurentius

tius tam nomine proprio, quam uti hæres quond. Dom. Laurentii dicti quond. D. Baiulivi Iulii, & alii DD. fratres, & descendentes dicti Dom. Alexandri prætendentes esse factum locum pacto adiecto in Laudo *quod si evictio sequatur ex alia causa ec.* egerunt contra dictos DD. Filios, & hæredes dicti D. Octavii pro reintegratione pro ratha ad ipsos Dominos Comparentes spectante modo, & forma, prout præscribitur in dicto Laudo &c.

Adversus quam petitionem prædicti Domini Fratres, & hæredes dicti quondam Dom. Octavii opposuerunt, ex causa dictæ sequutæ evictionis per dictum Laudum non constare de aliqua obligatione dicti quond. D. Octavii, & eius hæredum, & successive institerunt absolvi a petitis, & prout ita per nos tamquam in hac causa Iudices Delegatos fuit iudicatum *dissentiente tamen Excellentiss. Dom. Auditore Farsetto*.

Nam nobis visum fuit ex Laudo prædicto in casu evictionis dicti Prædii Montis Deorum, de qua agitur non apparere de aliqua obligatione, dicti Dom. Octavii, seu dd. eius hæredum, nec pactum adiectum eidem Laudo ullo modo, importare restitutionem accepti a dicto Dom. Octavio pro sua portione, etenim dictum Prædium Montis Deorum, quod inter alia bona stabilia in divisione obvenit in partem dd. DD. Iulio, & Alexandro fratribus fuit affectum restitutioni iuxta ordinata a dicto Reverendiss. D. Horatio, ut supra narratur, & liquet ex Instrumento dictæ Donationis, cumque pariter bona prædicta adiudicata legantur per dictum Dom. Arbitrum dictis DD. Fratribus visis ab eo oneribus, ac conditionibus, quibus subiiciebantur, ut manifestant verba dicti Laudi ,, ibi ,, Visis, ac diligenter inspectis = conditionibus, atque oneribus, quibus subiecta sunt infrascri- = pta eorum bona ex diversis Testamentis, & præordinationibus = Authorum, aliisque conventionibus, ac dispositionibus = & dictos Dominos Fratres dividentes, & præsentes, & audientes, sic illa acceptaverint ,, ibi ,, & intelligentibus suprascriptis par- = tibus, & dictum Laudum, & omnia, & singula in eo con- = tenta de prima usque ad ultimam lineam, hisque mature pen- = satis, & consideratis hac prædicta die, sic omnia supradicta = agentibus, tractantibus, ratificantibus, & approbantibus = succedit ea communiter recepta conclusio, qua habemus, concurrente scientia dividentium, si ex præordinatione Authorum bona evincantur, alterum ex eis non teneri de evictione, & neque ad precii restitutionem erga condividentem, qui passus est dictam evictionem, ex quo iste, qui dicta bona sic scienter acceptavit, sciebat etiam hoc posse evenire, ut dixit *Gloss. in Leg. si familiæ in fin. Cod. familiæ erciscundæ & ibi Bald. Salycet. &*

alii,

alii, *ac sequuntur Mangill. de evict. quæst.* 25. *n.* 1. *&* *quæst.* 51. *num.* 36. *lib.* 1. *Dec. cons.* 411. *num.* 4. *Cyriac. contr.* 325. *n.* 16.
2 & ubi quamplures alios citat, asserens eamdem rationem, quia imputandum est ei, qui scienter voluit acceptare dicta bona *Peregrin. de fideic. art.* 52. *n.* 68. qui pariter intelligit, ut neque ad precii restitutionem agi valeat, & hanc dixit esse magis communem opinionem adducens similiter illam rationem, quia eli-
3 gendo, & acceptando in partem suam res conditionibus affectas illas cum suis causis sciens accepit, quod & firmavit *Rot. ut in decis.* 14. *n.* 13. *par.* 15. *& dec.* 397. *n.* 14. *part.* 9. *rec.* ubi
4 quod tradens rem gravatam recipienti non tenetur de evictione *& cor. Mill. dec.* 3. *n.* 1. *Card. De Luc. de fideic. disc.* 175. *n.* 2. *& in tract. de feud. discurs.* 44. *n.* 13. ubi ex veriori senten-
5 tia, in qua residet Rota, quod neque ad precii restitutionem agatur *Michalor. de fratr. par.* 3. *cap.* 39. *n.* 15. ubi quod neque agere potest ad precium, & in his præcisis terminis, ubi est alter agnatus, qui ex eadem præordinatione communis Authoris in illa re restitutioni obnoxia succedit, & ab altero ex dividentibus
6 ad quem res obvenit, avocatur, loquitur *Phanucc. de invent. quæst.* 244 *n.* 204. qui sic ait: *quod est verum etiam, cum alius ut agnatus ex eodem iure præordinationis communis Authoris evinceret, ut assignans in divisione, vel eius hæredes de tali evictione non teneantur ei, cui obvenisset in partem in contractu divisionis per antedictam rationem, ut in terminis dicit Paris. in d. cons.* 72. *& Ruin. in d. cons.* 146. *in* 2. *col. ubi dicit, nihil referre, an ipse dividens, eiusve hæredes an alius evincat rem, dum tamen id contigat ex facto, & præordinatione communis Authoris, quoniam tunc militat eadem ratio (dicit ipse) & quidem recte, & hoc intelligunt præfati DD. ut hoc casu ne quidem ad pretii restitutionem teneatur, ut per Dec. in d. cons.* 411. *& alios ubi supra &c.* hactenus Phanuccius &c.

Nec refert quærere an prædicta conclusio procedat etiam ubi in divisione uni obvenissent omnia bona fideicommisso subiecta, alteri vero omnia bona allodialia, & quo in casu ex equitate saltem locum non habere dictam conclusionem, sed tantum ubi
7 in portione utriusque obvenisset de dictis bonis, quia tunc Partes videantur in se suscepisse mutuum periculum voluit *Alciat. in Leg. qui Romæ §. Duo fratres n.* 36. *ff. de verb. obligat.* & sequuti sunt *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 13. *n.* 20. *& & præsumpt.* 118. *n.* 15. *& in cons.* 87. *n.* 3. *in* 3. *dubit. sub num.* 83. *vers. re tamen ac Fusar. de subst. quæst.* 599. *n.* 13. *& Michalor. de duobus fratrib. d. part.* 3. *d. cap.* 39. *n* 23. Contrarium tamen senserunt *Becc. cons.* 24. *n.* 33. & ubi ait, quod

non

non est mutui periculi ratio, sed scientia dividentium, quæ est 8 inspicienda, & quod ideo non potest dividens agere de evictione, nec ad æstimationem, quia postquam scivit illam rem posse evinci videtur suscepisse in se omne periculum, & pro qua opinione plures refert *Peregrin. de fideicom. art* 52. *n.* 68. ubi ait primam rationem, quod partes mutuum suscepisse videantur periculum, esse verissimam, ubi in portione utriusque obvenisset de illis bonis conditionatis, sed si in portione unius tantum, tunc cessat dicta ratio, & subingreditur alia, quod sibi imputandum sit, cur sciens dicta bona sic conditionata in suam portionem acceperit, & hanc opinionem in dividente magis com- 9 muniter receptam affirmat, sicuti & alios addit *Fusar. d. quæst.* 599. *n.* 15. *ac sequitur Cyriac. d controv.* 325. *n.* 16. & reprobans *Alciatum* aliter sentientem cum eadem opinione stat *Fachin. controv. iur. litt. C. & litt. D.* nam sumus extra hanc difficultatem, quia d. Dom. Octavius solum habuit Secretariatum Urbis, & quamdam summam pecuniarum scut. 2719. & ultra eius ratham redditus stabilium in summa scut. 1600. annuorum alios annuos scut. 800. ex portione dd. DD. Fratrum, ubi viceversa dd. DD. eius Fratres, ut constat ex eodem Laudo, habuerunt omnia bona stabilia, nedum condictionibus, & vinculis subiecta, sed & alia stabilia libera a dd. DD. Fratribus, tunc in communi possessa, omnia credita in communi spectanria cum Colonis, & Laboratoribus Villarum, & Possessionum ipsis adiudicatarum, & similiter consecuti fuerunt omnes grascias, & fructus dd. bonorum, & omnem ratham quorumcumque mobilium, arnesiorum, & masseritiarum, tam in Palatiis dd. Villarum, quam Florentiæ in communi existentium, & ulterius omnem ratham ad eumdem Dom. Octavium spectantem de omnibus, & singulis Bestiaminibus in dd. Villis, eorumque bonis, vel alibi existentibus, sicuti, & omnes census, & omnia credita censuum & cambiorum, tam pro sorte, quam pro fructibus. Item omnem ratham ad dictum Dominum Octavium spectanctem de Locis Montium seu Montibus Graticularum, nec non Montium, seu Locorum Montium Urbis, exceptis fructibus usque in illam diem decursis, veluti, & si in partem dicti Domini Octavii d. Dom. Arbiter posuerit tertiam partem redditus dd. bonorum, in d. summa scut. 800. quæ ad dd. DD. Fratres spectasset, attamen hæc assignatio extinguebatur per mortem dicti Domini Octavii, & ulterius dicti DD. Fratres consequebantur cum proprietate etiam omnem ratham redditus spectantis ad eumdem D. Octavium in dicta summa scut. 1600. statim eo mortuo, ac similiter remittebatur spes succedendi in eisdem bonis, quæ competiisset eius

eius filiis pro illis se obligando de evictione, & Doctores, qui dictam aliam æquiorem opinionem sectantur, loquuntur, ubi eiusdem valoris fuissent bona allodialia uni Parti obventa, cuius erant bona conditionata alteri Parti assignata, & cuius contrarium hic evincitur, & tamen etiam in dubio id non esset præsumendum nisi probetur, sed potius bona fideicommisso subiecta seu feudalia, aut alias conditionata assignata fuisse, habita ratione eorum qualitatis, & quod alter ex dividentibus, qui illa scienter acceptavit, tanti æstimaverit utilitatem ipsorum, ut corre-
10 sponderet periculo, sicuti declarat *Fachin. d. contr. 68. in 8. concluf. verf. his ergo non assentior*, *& Cyriac. d. controv* 325. *n.* 18. *&* 19. & indubitatum redditur, cum, ut dictum fuit, dicti DD. Fratres habuerint tot alia ex bonis liberis, & adesset ulterius mutuum periculum, quod poterat contingere respectu dictæ annuæ responsionis, quæ non excedebat vitam dicti Domini Octavii, & cum qua tam damnum consequi potuissent dicti Fratres, ubi tardius accidisset, quam lucrum, ubi cito evenisset &c.

Neque obstat, quod ista conclusio de evictione non præstanda ex natura rei, seu ex prærordinatione Authoris, ubi evictus bona scienter acceptavit, limitetur si expresse accedat promissio pro evictione etiam dictorum bonorum, & ut promiserat
11 dictus Dom. Octavius, ex collectis per *Peregrin. & Fusar. supra citat. Capyc Latr. consult.* 148. *n.* 47. *Card. De Luc. de feud. d. discurs* 44. *n.* 14 *Rot. dec.* 152. *n.* 2. *part.* 2. *divers. Mangil. de evict. quæst.* 152. *n.* 5. *Menoch. de præs. d. lib.* 3. *d. præs.* 115. *num.* 18

Quia promissio dictæ evictionis non est extendenda ultra casum, quem consideravit Arbiter, qui respexit solum factum ipsius Octavii, & eius filiorum; & clara sunt verba dictæ promissionis „ ibi „ quatenus sequatur evictio dato, & facto eiusdem = Dom. Octavii, seu mediantibus eius filiis = qui casus non evenit, nam evictio non successit facto Octavii ex aliqua eius obligatione, & minus quia ipse, seu eius filii evicerint, & promissio facta in eo casu intra limites illius est solum observanda,
12 nec ultra obligat *ad Text. in Leg. si unus §. Ante omnia ff. de pactis Mangil. de evict. quæst.* 114 *n.* 86. & in fortioribus terminis ubi Donatrix, quæ alias non tenebatur de evictione, promiserat pro dato, & facto suo, quod non egrediatur eius fa-
13 ctum voluntarium scripsit *Dec. in cons.* 492. *per tot. & signanter num.* 1. *&* 2.

Nec apud nos relevare visum fuit, quod etsi Arbiter obligaverit Octavium de plena evictione, etiam si illa sequuta fuisset ex præordinatione Auctorum, ubi evictio successisset facto Octavii,

vii, vel filiorum suorum, qui casus non evenit, voluit, tamen obligatum eundem Octavium pro restitutione accepti, & si evictio sequebatur ex præordinatione Authorum sine facto Octavii, & filiorum, sed ab aliis, & qui casus credebatur evenisse, cum dictus Dominus Marchio Horatius Robertus ex præordinatione Auctoris avocaverit dictum Prædium *Montis Deorum*, & hoc propter illa verba sequentia: „ Quod si ex alia causa &c. declaramus tunc tanto minus de annua præstatione scut. 2600. &c. « propter quæ verba dicebatur, quod cum iam supra expressisset Arbiter omnes causas evictionis, illa verba, utcumque adversativa verificari non poterant nisi quoad personas, intelligendo dicta verba: *Quod si ex alia causa &c.* idest ex aliis personis diversis ab Octavio, & eius filiis.

Fuit namque responsum hanc exceptionem esse omnino impropriam, & prorsus alienam a proprietate dictorum verborum, quæ cum dicant: *quod si ex alia causa &c.* non possumus absque eo quod vis inferatur verbis mutare, illa explicando *pro personis* cum maxime dicta adversativa, prout est illa dictio *quod si* [14] *ut ex Barbos. tract. var. dict.* 327. *n.* 9. ex sui natura sit, quod adversetur nedum personis, sed & causæ evictionis, ut ita importet, quod si evictio ex alia causa, quam ex præordinatione Authorum ex facto Octavii, & filiorum sequitur (in quibus terminis dictus Octavius tenebatur de omnimoda evictione) teneatur solum ad restitutionem accepti, si sequatur ex alia causa & quæ poterat esse propter hypothecas alterius, seu alias obligationes, etiam contractas ab Auctoribus Octavii, & dictorum DD. eius Fratrum, & in quibus omnes fuissent obligati ex natura contractus, & si ipsi non evicissent, nec dedissent causam evictioni, & sicuti ita regulariter dicta adversativa exponitur, quod repetat præcedentes qualitates, & in eisdem terminis, & personis adversetur, ut tradunt *Bolognett. in Leg. transigere sub* [15] *num.* 74. *circa med. vers. nam supra dictum fuit Fusar. cons.* 3. *n.* 8. *vers. maxime Bellon. de iur. accresc. cap.* 10. *quæst.* 24. *n.* 27. *&* 28. *Rot. in exadv. allegata dec.* 528. *n.* 24. *par.* 14 *rec.* & quæ non dicit (ut supponitur) quod debeat adversari personis, sed quod repetat præcedentem qualitatem, ac in eisdem debet consequenter terminis, ac personis verificari, ut hæc sunt verba decisionis, & ut sic in nostro casu retento eodem themate, si Octavius tenebatur de plena evictione, etiam ex præordinatione Authorum, quatenus ex facto suo, & filiorum, in eisdem terminis, in quibus dicta verba sequentia debent adversari, non teneretur nisi pro acceptis, si sequebatur ex alia causa, quam ex præordinatione Authorum, & facto Octavii, & filiorum, iuxta etiam

illam dictionem *alia*, quæ denotat diversitatem a supra expressis
16 *Leg. si fundus sub condictione §. Libertus ff. de legat.* 1. *Honded. cons.* 69. *n.* 25 *lib.* 2.

Nec vim facit, quod replicetur, istam explicationem esse impossibilem, quia supra Arbiter expresserat omnes, & quascumque causas cuiusque evictionis, proinde si explicarentur dicta verba, quod si ex alia causa pro alia causa diversa adversarentur suo generi &c.

Quia Arbiter obligavit Octavium, primo pro evictione generali, & quæ continet omnes causas dictæ evictionis iuxta Formularium, ut in illis verbis. = Et cum promissione evictionis = in forma amplissima extendenda secundum Formularium &c. = Secundo addidit evictionem specialem ultra illam generalem Formularii „ ibi „ cum declaratione, quod debeatur evictio = etiam quatenus bona ex præordinatione Authorum, & ex na- = tura rei fideicommissariæ, & quacumque alia causa molestaren- = tur, vel evincerentur = & tam generalem, quam specialem evictionem, quoad plenam evictionem restrinxit Arbiter ad factum Octavii, & filiorum, & per hæc verba = Et hæc omnia = quatenus sequatur evictio dato, & facto dicti Dom. Octavii, = seu mediantibus personis eius filiorum, qui ex causa testamen- = torum, & donationum, de quibus supra, vel alia quacumque = generaliter, & generalissime bona prædicta quomodocumque = directe, vel indirecte molestarent &c. = Cum ideo Arbiter, nedum expresserit evictionem generalem, & omnes causas dictæ evictionis, quæ compræenduntur in Formulario, sed etiam evictionem specialem, & quæ poterat esse in præordinatione Auctorum ex quacumque causa donationum, testamentorum, & aliarum dispositionum, concessionum, emphiteusis, retractus, & similium quæ non comprehenduntur in Formulario, & pro his omnibus, ac ubi, & ipsimet Octavius, ac eius filii bona evicissent obligaverit Arbiter Octavium pro plena evictione illa verba adversativa, quæ statim sequuntur, post dictam evictionem specialem, negatur quod adversari debeant omnibus causis, cum ultra generalem evictionem, & causas dictæ evictionis iuxta Formularium, exprimatur etiam evictio specialis, ex quacumque ipsius causa, & cui satis est, quod adversetur, & ut dicta verba ne adversentur suo generi, significent alias causas propter hypothecas, & obligationes alterius etiam contractus ab Authoribus dd. DD. Fratruum erga suos creditores, & quæ non continebantur in dicta speciali evictione nec in causis quibuscumque eiusdem specialis evictionis sufficit, quod ita exponi possint dicta verba non recedendo a proprietate, quamquod accipiantur

in

in alio improprio, & nimis extraneo sensu *Leg. quia ratio ff. de condict. instit. Ruin. cons. 127. n. 3. & cons 163. num. 10. lib. 3. Rot. dec. 354. n. 24. par. 4. tom. 2. recent.* 17

Cui etiam repugnant plures circumstantiæ, & præsumptiones, quæ ultra proprietatem verbi, indicant voluntatem Arbitri. Primo, quia si Arbiter sensisset compræhendere per illam adversativam solum personas unico verbo, & proprie, & in suo sensu germano loquendo dixisset, quod si evictio sequatur ab aliis personis, & cum dixerit, si evictio sequatur ex alia causa, bene ostendit eum respexisse ad causam evictionis, non autem ad personam evincentem *ad Text. in cap. inter corporalia extra de translationib.* in illis verbis = unde si circa translationem idem = fieri voluisset quod de cessione dixerat, de translatione poterat = exprexisse &c. = 18

Potissimum, quia agitur de interpretando Laudum Arbitri I. C. & quidem eximii, cui bene nota erat significatio verborum quique sciebat diversam esse causam evinciendi a personis evincentibus, & proinde unum pro alio non usurpasset, ad tradita per *Asyn. in sua prax. §. 22. cap. 4. n. 11. ubi alii.* 19

Secunda, quia Octavius ubi sequuta fuisset evictio ex præordinatione dicti communis Auctoris, etiam si bona evicissent eius filii, seu etiam ipsemet Octavius, non tenebatur ipse neque ad restitutionem accepti, ex quo dicta bona conditionata dicti DD. eius Fratres scienter acceptaverant, iuxta supra firmatam conclusionem, de qua per *Gloss. in d. Leg. si familiæ in fin. C. famil. ercisc. cum ibi citatis* quare satis est quod Arbiter eum obligaverit etiam pro facto filiorum, pro omnimoda evictione, & sic dicti eius fratres essent tuti ab eius molestiis filiorum, absque eo quod eum gravare debuerit restituere acceptum ex facto ipsorum fratrum, seu eorum successorum, prout quod ubi obligatio eius, qui alias non tenebatur de evictione pro facto suo, sic obligatio sit stricte intelligenda *Dec. in d. cons. 122. num. 2. & seqq.* quæ quidem ratio cessat respectu aliarum causarum propter hypothecas, seu alias obligationes, ex quibus debetur evictio ex natura contractus etiam absque ulla promissione, & si promissa fuerit pro dato, & facto tantum, adhuc debetur restitutio pretii, ut ex *Natt. cons. 181. in princ. Surd. cons 36. n. 22. Mangill. de evictiom. quæst. 11. n. 33.* Ideoque ex diversitate rationis quæ est in primo casu, ubi sequitur evictio ex præordinatione Authorum, pro qua dividens in nihilo tenetur, ubi aliter scienter acceptat rem dictæ evictioni subiectam, ab alio, ubi ex natura contractus, si bona propter credita evincuntur, restitutio accepti debetur, & si evictio promissa fuerit pro dato, & facto 20 21 22

tantum, potuit Arbiter obligatum velle Octavium pro suo facto, & filiorum pro dicta evictione speciali, ex natura rei fideicommissariæ, nec ultra, cum sine dicto pacto, nec pro facto suo, seu filiorum fuisset obligatus pro restitutione vero accepti, ex

23 dictis aliis causis, ex quibus ex natura contractus tenebatur, etsi promisisset pro facto suo tantum, ut sic verba referantur, ut decet ad intellectum Iuris communis *argum. Leg quæro inter locatorem ff. locat.* & ex illa lege *Mantic de coniect. lib.* 11. *tit.* 24.

24 *num.* 3. & minus quam sit possibile obligent *Leg. quidquid adstringenda* 99. *ff. de verb. oblig. & L.* 27. *ff. de reb. dub.*

Tertia ex cautela, qua usus fuit Arbiter pro indemnitate dictorum Fratrum condividentium, dum obligavit Octavium solum in casu, in quo ei nasceretur aliquis filius ad deponendum ex dicta annua prælatione singulis annis scuta mille in loco cauto pro habendo super dictis pecuniis, eorumque fructibus regressu in casu, quo per filios ex dicto Dom. Octavio natos, aliqua in bonis prædictis sequeretur evictio, ex qua cautela dignoscitur, quod Arbiter non intellexit obligare Octavium, nisi pro evictione, quæ ex causa præordinationis Authorum sequuta fuisset mediantibus filiis, ut qui solum ex dicta præordinatione evincere potuissent dicta bona, nam si intellexisset obligare Octavium ad restitutionem accepti, & fructuum etiam ubi ex præordinatione Auctorum sequuta fuisset evictio ab aliis personis descendentibus a dd. DD. Fratribus ordinasset dd. pecunias deponi, etiam, si Octavius non habuisset filios, & præsertim cum indubitanter statim mortuo Octavio accidere debuerit evictio d. Prædii Montis Deor. ex dispositione d. D. Horatii communis Authoris, ut statim dicetur.

Nec replicetur, quod minus fuit ordinatum dictum depositum in casu, quo facto Octavii vel ubi ex natura contractus ob alienas obligationes fuissent evicta dicta bona, & tamen etiam in eo casu idem Octavius tenebatur de plena evictione, si sequebatur facto suo, seu ad restitutionem accepti, si sequebatur ex natura contractus sine suo facto, ut ex dictis. Nam respon-

25 detur, quod respectu facti Octavii si ipse evincere voluisset, repellebatur ex vulgari axiomate, quem de evictione tenet actio, eumdem repellere exceptio *Leg. exceptione doli & Leg. si ob causam & Leg. si cum possessio C. de evict.* & sic tuti erant dicti fratres, & eorum hæredes, ac successores a facto suo sine alio deposito, si vero sine aliqua sua obligatione, vel absque sua causa, vel ob alienas obligationes bona evincebantur, istæ obligationes tunc non erant detectæ, & pro illarum cautione satis erat habuisse Octavium obligatum cum hypoteca omnium eius bono-

bonorum, quia illa Arbiter æstimaverit sufficientia, in casu quo detegerentur, non autem ita sufficerent pro eadem evictione, & obligatione sua, & aliorum, & simul etiam ex evictione, quæ post mortem Octavii ob præordinationes authorum sequi potuisset mediantibus filiis, quia dicti fratres fuissent posteriores antecedentibus obligationibus Octavii, seu aliorum eius Authorum, quatenus extitissent. Ideo providus Arbiter in casu, quo filii evincerent dicta bona indemnitati dictorum fratrum consulere voluit per dictum depositum, non autem in alio casu evictionis magis incertæ, & pro qua satis cautos, putavit eosdem fratres per hypothecam propriorum bonorum Octavii.

Quarta si animadvertitur, quod dicta Primogenitura, cuius vigore fuit evictum dictum Prædium stare debebat penes dd. DD. Iulium, Alexandrum, & Octavium, quousque ipsi vixissent, sed statim illis mortuis in illa succedere debebat maiornatu ex dd. DD. Fratribus, qui vocaretur Oratius, nec debebat expectari mors omnium, sed statim sequuta morte unius ex dictis Fratribus, in eius portione succedere debebat ille maior natu nomine Oratius, & sic successive in portione aliorum, qui in dies decessissent, ut clara sunt verba dictæ dispositionis „ibi„ = dette, e donò al Molto Illustre e Clarissimo Sig. Niccolò = Pucci Gentiluomo, e Senatore Fiorentino suo Consorte, pre= sente, et accettante, e dopo lui alli Molto Illustri Signori = Giulio Cavaliere Balì di Bologna del Sacro Ordine di S. Ste= fano Sig. Alessandro, e Sig. Ottavio Pucci suoi figliuoli, e = a ciascuno di loro per durante loro vita in questo modo cioè = che morendo uno di essi la sua porzione vadia a quello di = loro, e loro linee, che nei Libri del Battesimo averà il no= me di Orazio, e non ci essendo a chi se lo eleggesse, che fosse = però il maggiore, e così successivamente vadino le altre por= zioni delli altri, che alla giornata mancheranno &c. = Nam cum iuxta hanc dispositionem esset indubitata evictio dicti Prædii in portione dicti Dom. Octavii ad favorem dicti Dom. Marchionis Horatii Roberti, seu alterius ex descendentibus dictorum Iulii, seu Alexandri fratrum, qui idem nomen habuisset, statim sequuta morte Dom. Octavii quis credet Arbitrum obligasse eumdem Octavium ac suos hæredes, ut eo defuncto restituere haberet omne quod annuatim de dicta præstatione idem Octavius receperat, & simul cum interesse? Quid enim, si id dicemus dedisset Arbiter Octavio pro sua portione nisi sub fænore pecunias illico restituendas eo mortuo? Quod quidem nimis inverisimile, & ab omni cogitatu alienum videtur, & consequenter nec credendum, ut inquit *Iuris Consult. in Leg. cum* 26

in testamento 75. *ff. de verb. obligat.* in illis verbis *quid in testamentis ambiguum, seu perperam scriptum est interpetratur, & secundum id quod credibile est, cogitatum credendum est* multo magis ubi agitur de interpretatione Laudi, quod est stricti iuris *Surd. cons.* 313. *n.* 14. *Rot. cor. Merlin. dec.* 697. *n.* 13. *& in recent. dec.* 8. *n.* 1. *part.* 18. *recent.*

27

Quinta omissis aliis, quia purificato casu dictæ Primogenituræ favore filiorum Octavii, illi minime consequi valuissent successionem dicti Prædii propter dictam obligationem Octavii, si postea viceversa ubi succedebat aliquis ex Descendentibus dictorum DD. eius Fratrum, hæredes eiusdem Dom. Octavii diceremus remittere habuisse quid Pater Octavius habuerat, sic de annua præstatione portionis Fratrum nihil apud ipsos remansisset, & simul sine iure successionis, quam Octavius ex sua obligatione ipsis abstulerat, hoc vero tamquam nimis absurdum, & iniquum, ut esset, si Octavius, & eius hæredes filiis carere habuissent re, & pecunia in compensationem suæ obligationis accepta, quod Arbiter voluerit pariter non est credendum, cum verba, & si sint præcisa, ne illud resultet sint impropriánda, ut per *Cravett. cons.* 867. *n.* 3. & multo magis eorum proprietati inhærendum sit, ne sequatur, ut per *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 9.

28

29

Nec opitulatur, quod dicitur filios Octavii succedere potuisse in dicta Primogenitura, si evenisset casus ad eorum favorem post mortem Octavii, quia obligatio eiusdem Octavii non contineat remissionem dictæ Primogenituræ, sed solum aliorum bonorum, pro quorum tertia parte succedere valuissent filii, ut supponitur colligi ex Laudo, ubi cum condemnetur Octavius solum ad remittendum eius tertiam partem, sic remisisset etiam alias duas partes, quas possidebant Fratres cum dicta Primogenitura fuerit constituta favore eorum descendentium ex dictis tribus partibus, & ut individua transire haberet post eorum mortem in maiorem natu ex illis, hoc que neque velle potuisse Arbitrum, cum in Laudo non dicat vidisse dictam donationem Horatii, prout dicit vidisse Testamenta, & alias dispositiones eorum Authorum, nec aliter constet tunc habuisse illius scientiam, quæ ubi non probatur, non præsumitur, sed ignorantia *Rot. dec.* 705. *n.* 2. *par.* 2. *rec. Cavaler. dec.* 189. *num.* 8. *& dec.* 246. *num.* 14.

30

Nam cum clara sint verba dicti Laudi, per quod Arbiter obligat Octavium pro suo facto, & filiorum pro plena evictione ex præordinatione Authorum, ex quacumque causa non poterat impugnari, quod in dicta obligatione non compræhenderentur

filii

filii Octavii, etiam pro evictione dictæ Primogenituræ, & consequenter verba adversativa *quod si ex alia causa &c.* non adversentur etiam causæ ex præordinatione Horatii per dictam donationem, ut quæ includebatur in omnibus quibuscumque causis ex præordinatione Authorum, & ob quas obligatur Octavius etiam pro filiis.

Non attento, quod dicatur, quod Octavius non intellexisset remittere portiones aliorum, & quod neque Arbiter id intelligere potuisset, quia non habuerit scientiam dictæ donationis. Quoniam immo Octavius tunc non remisit nisi eius tertiam partem, quam tunc possidebat, non autem alias duas rathas fratrum licet post mortem ipsius remiserit pro filiis etiam ius, quod ipsi habuissent succedendi in toto dicto prædio iuxta naturam dictæ Primogenituræ, & quod id intellexerit Arbiter, non est dubitandum, cum, ut diximus, obligaverit Octavium pro facto suo & filiorum pro evictione ex quacumque causa præordinationis Authorum, & scientiam revera non minus habuerit huius donationis, quam aliarum dispositionum dictorum Auctorum, prout de hoc apud nos non fuit dissensio, ac liquet ex laudo, cum in illo legantur hæc verba = Visis, & diligenter inspectis conditionibus, atque oneribus, quibus subiecta sunt infrascripta eorum bona ex diversis Testamentis, ac præordinationibus Auctorum, aliisque conventionibus, & dispositionibus Authorum, = *cum enim ibi dicatur*. Visis conditionibus, atque oneribus, = quibus subiecta sunt infrascripta bona, & ex diversis dispositionibus = & inter alias dispositiones reperiatur dicta donatio, quæ continet Primogenituram dicti Prædii Montis Deorum, quod in Laudo legitur descriptum inter alia bona, quæ ab Arbitro dicuntur subiecta dictis præordinationibus, infici nequit, quod si Arbiter vidit dictas alias dispositiones, & inspexit alias conditiones, quibus ex dictis dispositionibus erant subiecta dicta infrascripta bona, pariter non viderit conditionem dicti Prædii Montis Deorum quod similiter cum aliis bonis ibi describitur iuxta proprietatem dictæ dictionis *infrascripta*, quæ est relativa[31] ad ea, quæ expresse inde numerantur, & descripta apparent *Paris. cons. 93. n. 24 & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 86. n. 71. Barbos. tract. var. dict. 162. n. 2.*

Simul si advertatur in eodem Laudo esse descriptam etiam Decimam dictorum Fratruum ibi „ Visis attestationibus Decimarum „ ubi pleraque dicta bona stabilia sunt descripta cum diversis demonstrationibus eorum dependentiæ, & originis alia eorum bona respicientium; Item & Testamentum dicti D. Horatii „ ibi „ Viso Testamento Illustris. Dom. Octavii, quond. Dom.

= Iulii

= Iulii de Puccis, necnon Rever. Dom. Horatii de Puccis „ quod Testamentum conditum legitur anno 1619. & in eo dictum D. Horatium destinasse scut. 4000. implicandos in tot bona stabilia, aut perpetuos redditus, casu quo ipse in sua vita illos non reinvestivisset, super illis instituendo dictam Primogenituram eodem ordine, sicut inde emit dictum Prædium Montis Deorum, quod cum aliis bonis subiecit eidem Primogenituræ, ut habetur in dicta subsequenti Donatione dicti anni 1624. & quæ simul cum dicto Testamento enunciantur in dicta Decima, quam in Laudo Arbiter dicit vidisse, & cuius Decimæ tenor est „ quali beni sono pervenuti nel Senatore Nic-
= colò Pucci stante la morte del Rever. Sig. Orazio Pucci
= seguita sotto il 1. Marzo 1624. e per suo Testamento fatto
= sotto il dì 25. Novembre 1619. rog. Andrea di Giorgio
= Mari sotto suo dì detto di sopra, come per fede in filza
= di n. 46. anco per donazione fattagli a detto Sig. Niccolò
= dal Rev. Sig. Orazio, come per Contratto rog. Andrea di
= Giorgio Mari sotto dì 27. di Settembre 1624. „ & subddit omnia necessaria vidisse per hæc verba „ visisque demum ge-
= neralissime omnibus, & singulis ad infrascripta rite, & re-
32 = ćte peragenda quomodolibet necessariis, & opportunis „ dicta
= etenim Donatio, ibi in dicta Decima, quam vidit Arbiter nominatur, & quæ ideo cum esset ad notitiam eiusdem Arbitratoris, facile fuit habere notitiam totius illius tenoris, & paria sunt scire, vel de facili scire posse, *Leg si duo in fine ff. de acquir. vel omittend. hæredit. Rot. dec.* 152. *n.* 7. *par.* 16. *rec. Cost. de facti scientia, & ignorant. inspect.* 65. *n.* 7. & in his terminis *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 26. ubi Doćtores ibi per eum relati firmant, ut Emptor (in quibus terminis ipse loquitur) submoveatur ab evićtione, sufficere quod facile scire potuerit rem esse alicui oneri obnoxiam, quorum Doćtorum opinionem, & si ipse non sequatur propter solam diuturnam cohabitationem, cum scientia non præsumatur in Testamentis, & Instrumentis, ex sola cohabitatione, cum aliquando non soleant in notitiam devenire, nos certi sumus, quod Arbiter habuit notitiam dicti Instrumenti dictæ Donatio-
33 nis sub suo die, anno, & rogitu Notarii, quia legitur in dićta Decima, quam dictus Arbiter habuit sub oculis, ac ideo facillime poterat illam videre, & inspicere, optime *Gratian. discept. forens. cap.* 944. *n.* 3. ubi quod scientia præsumitur de contentis in Instrumento, in eo qui potuit eum legere, & copiam accipere, *Rot. dec.* 295. *n.* 12. *par.* 10. ubi quod scire dicitur id, de quo quis facile certiorari potuerit; Item idem Arbiter

ter profitetur vidisse omnes conditiones, & onera quibus subiecta erant dicta bona, ac generalissime vidisse singula, & omnia ad peragendum quomodolibet necessaria, & postea dicere volumus neglexisse videre, & inspicere dictam Donationem in dicta Decima expressam, & quam pariter non minus erat necessarium inspicere, quam alias dispositiones si scire volebat, conditionem etiam dicti Prædii, prout conditiones omnium aliorum bonorum ibi descriptorum scire voluit, optime *Rota dec.* 316. *n.* 10. *par.* 15. *rec.* quæ loquitur de Arbitratore, ut præsumendum sit omnia respexisse ad recte gerendum eius munus, & tradit quoque *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 66. *n.* 11. cum maxime idem Arbiter dicat vidisse omnia *quomodocumque*, quod verbum *quomodocumque* est universale, & nihil prorsus excludit, *Rot. dec.* 316. *n.* 5. *par.* 15. *rec.* sicut eadem verba generalia, tamquam ab homine prolata, generaliter sunt intelligenda, *Altograd. contr.* 3. *n.* 19. Et sane si dictus Arbiter vidit Testamentum, quod simul cum dicta Donatione enuntiatur in dicta Decima, non est verisimile, quod non viderit etiam dictam Donationem, ut sciret, an bona in dicta Decima enuntiata essent, quæ ex pecuniis relictis in dicto Testamento Testator comparasset, prout in eodem Testamento facere professus fuit.

34

35

36

37

Sicut, & minus verisimile est, quod si vidit omnes dictas alias dispositiones, non viderit etiam dictam Donationem, quæ ei per dictam Decimam demonstrabatur, non minus quam dictum Testamentum, & alias dispositiones ab eo visas, & in præsumenda scientia, maxime inspicitur verisimilitudo, *Altogr. contr.* 2. *n.* 42. *Honded. cons.* 80. *num.* 49. *&* 50. *lib.* 2. & in specie dum Arbiter dicit, vidisse attestationes Decimarum, ubi pleraque dicta bona stabilia sunt descripta cum diversis demonstrationibus eorum dependentiæ, & originis, aliorumque eorum bona respicientium, nam istius dependentiæ originis, & demonstrationis bonorum prædictorum scientiam non habuisset Arbiter, nisi quoque vidisset dictam donationem, in qua continetur dictum Prædium, & quomodo illud esset, itaut omnibus saltem simul iunctis negari nequeat, quin scientia Arbitri, & Partium remaneat sufficienter probata, dum ea etiam coniecturis probatur, *Bald. cons.* 392. *n.* 1. *lib.* 1. *Rot. dec.* 190. *n.* 9. *par.* 9. *rec.* nec tunc est scientia præsumpta, nam aliud est esse præsumptam, aliud vero oriri ex presumptionibus, & coniecturis, & ex quibus vera scientia probatur *Rot. dec.* 40. *n.* 9. *&* *dec.* 285. *n.* 8. *par.* 9. *rec. & post Merlin. de pignor. dec.* 50. *n.* 35. & quod ex verisimilibus coniecturis illa probetur, *Cost. de scientia, & ignorantia inspect.* 64. *n.* 2.

38

39

40

Nec

Nec aliquid obest, quod Arbiter in Laudo non faciat specialem mentionem dictæ Donationis, sicuti specificat diversas alias donationes, quas ibi dicit vidisse, & inspexisse.

Quia advertendum est, quod prius generaliter dicit, vidisse conditiones, & onera, quibus subiecta erant dicta bona ex diversis Testamentis, prærordinationibus Authorum, aliisque conventionibus, & dispositionibus, & licet postea exprimat in specie aliquas ex dictis dispositionibus, hæc expressio speciei 41 non tollit generaliter supra enunciata, & apta in illis verbis, aliisque dispositionibus includere etiam dispositionem dictæ donationis per *Text. in Leg. nomen debitoris*, §. *fur. ff. de leg.* 3. *Bart. in Leg. quæsitum* §. *fin. ff. de fund. instruct. Gratian.* 42 *cap* 921. *n.* 6. *&* 7. ubi quod enumeratio specierum post genus dicitur facta gratia maioris declarationis, non ad remotionem, *Rot. cor. Coccin. dec.* 444. *n.* 7. *& dec.* 247. *n.* 21. *par.* 9. & tanto minus, quia post hanc specierum expressionem, iterum redit ad generalitatem cum illis verbis „ Visisque demum = generalissime omnibus, & singulis ad infrascripta rite, & re- = cte peragenda quomodolibet necessariis, & opportunis „ quæ 43 geminatio verborum generalium & cum illa dictione universali *quomodolibet*, ostendit omnium comprehensionem, *Rota dec.* 377. *n.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *& d. dec.* 316. *d. num.* 15. *par.* 15. *recent.*

Nec ad ostendendum Arbitrum sub pacto compræhendere non sensisse dictum Prædium, nec illius qualitatis habuisse scientiam, dicatur id apparere, quia ita similiter sub eo non comprehenderat aliud Prædium nuncupatum *di Careggio*, dum illud non legitur divisum, nec dictis DD. Fratribus assignatum, utcumque eidem Primogenituræ suppositum.

Quoniam tollitur obiectum, ex quo Arbiter per dictum Laudum non divisit nisi bona stabilia, quæ eo tempore dictos Fratres in communi habebant, & possidebant, ut habetur in illis verbis „ & in effectu omnia bona stabilia ad dict. DD. Fra- = tres nunc in communi spectantia, & de præsenti ab eisdem = possessa „ dicto autem tempore divisionis prædicti Dom. Fratres dictum Prædium non possidebant tamquam venditum per dictum Rever. D. Horatium donatorem anno 1621. Bartholomæo Antonii Ioannis Borboni pro se, & eius Uxore, durante vita dictorum Coniugum, & propter quorum obitum longe post dictam divisionem, scilicet anno 1642. prædicti Dom. Fratres dictum Prædium recuperarunt, ut constat ex Decima coram nobis exhibita.

Verum nec dubio carebat, quod cum dict. Dom. Fratres allegent

gant sub dicto pacto non comprehendi evictionem dicti Prædii sub prætextu, quod Arbiter ignoraverit qualitatem dictæ primogenituræ, ipsi, qui deducunt, & allegant dictam ignorantiam, ut se eximant a pacto, quod alias generaliter continet evictionem ex quacumque præordinatione Authorum, habuissent illam probare, nam sicut, qui allegat scientiam, tenetur illam probare, sic qui allegat ignorantiam, ex quo se fundat in illa *Rota cor. Cavaler. dec.* 15. *n.* 2. ubi quod tunc non militat, quod ignorantia in dubio præsumatur. 44

Quinimmo nihil obesset scientia, vel ignorantia qualitatis unius ex dictis effectibus divisis, cum omnes comprehendantur sub generalitate dicti pacti, nec ex re particulari removeatur genus, *L. duobus* §. *si quis*, *&* *ibi Bart. ff. de iureiurand. Everard. in sua topic. legali*, *loco* 62. 45

Quod postea subiungitur, Arbitrum assignasse dictam annuam præstationem Octavio, cum supposito, quod perpetuo dicta bona remanere debuissent penes dd. Dom. Fratres, ideoque cum ab uno ex ipsis evicta fuerit portio, quæ obvenit dicto D. Alexandro, iustum, & æquum sit, quod remittatur ei, seu eius Hæredibus quod pro dicta rata præstitit dicto D. Octavio, ne alias dict. Hæredes priventur re, & pretio, contra *Text. in L. curabit Cod. de act. empt.* & ne Hæredes Octavii locupletentur cum alterius iactura contra *Leg. nam hoc natura ff. de cond ind.* 46

Minus officit cum illa verba *in perpetuum* intelligi debeant iuxta subiectam materiam, ut infra dicetur, & iuxta quam, & si ex ordinatis per d. Rever. D. Horatium hodie d. Prædium possidet unus ex dd. Descendentibus d. D. Iulii, alio tempore illud possidebit alter ex Descendentibus d. D. Alexandri, sic semper modo penes unum, modo penes alium existente eadem primogenitura, & interim penes omnes iure, & spe illius successionis, & quia cum Octavius in perpetuum privaverit eius filios propter d. eius obligationem, non retinent illius Hæredes, nisi quod Octavius accepit propter exclusionem sui, & filiorum a dicta successione. 47

Et in istis bonis, quæ deferuntur per saltum modo uni, modo alteri ex dictis Descendentibus, successio referenda videtur ad fruitionem unius ex ipsis pro illius vita, ipsa re individualiter in proprietate remanente quoque penes alios ad instar ususfructus, quem Testator pluribus separatim alternis annis reliquit, & quorum si unus uno anno, alius alio anno utitur, illius rei continuis tamen annis proprietas est penes hæredem, ut in *L.* 2. *&* *ibi gloss. ff. quibus modis ususfructus amittatur*, *&c.* 48

Vim faciebant dict. Dom. Actores, in eo quod Arbiter assignasset dictis Dom. Fratribus dicta bona tamquam libera, & quo-

quorum evictio eo in casu debetur, & si alter scienter dicta bona oneribus affecta acceptasset, ut ex *Rota dec.* 469. *n.* 14. *par.* 9. *rec.*

49

Sed nec hæc ratio subsistebat, cum regulariter scienter acceptans Bona fideicommisso, aut alicui oneri subiecta, illa acceptasse dicatur cum suis oneribus, & conditionibus, non autem ut libera, sicuti tradunt *Menoch. cons.* 418. *n.* 19. *Marescott. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 21. *Dec. cons.* 88. *num.* 5. *Becc d. cons.* 24. *n.* 30. *Card. De Luc. de feud. d. disc.* 44. *n.* 13. *Peregr. de fideicomm. d. art.* 52. *n.* 68. *circa fin.* ut enim aliqua res conditionata data sit ut libera, si tam qui dat, quam qui recipit scit illam esse oneri subiectam oportet, quod id exprimatur, adeout nec sufficit, ut in genere dicatur, quia in generali sermone non includuntur ea, quæ manifeste erant in contrarium, *Leg. ea quæ ff. de contrahend. empt. & per d. L. Surd. cons.* 15. *n.* 19. ubi scripsit contrarium, quia in suo casu fuerat expressum in individuo, quod bona dabantur in liberum, & francum allodium, ut ibi per eum in *vers. nam respondetur &c.*

50

51

Non obstantibus clausulis, quæ leguntur in dicto Laudo, & super quibus Dom. Actores se fundabant, ut ostenderent dicta bona fuisse adiudicata tamquam libera; nam clausula illa *ad alienandum*, ob quam dicebatur fuisse renunciatum fideicommisso, ad *Bart. in L. qui Romæ §. Duo fratres qu.* 8. *n.* 21. *ff. de verb. oblig.* cum maxime dicta clausula non sit in executivis, sed in dispositivis, ut ex *Ladercb. cons.* 1. *n* 12. siquidem in d. Laudo respectu bonorum fideicommissorum, & quorum evictio non debetur iuxta Formularium, ut clausulæ extendi valeant quoad hæc bona, prout illud disponit, non legitur, quod adsit hæc clausula *ad alienandum*, sed solum ibi legitur clausula *ad habendum*, & quæ minus est cœterata, & tamen etiam si esset cœterata, & non extensa cum licentia alienandi, nullum operaretur effectum, ut dicunt *Gratian. cap.* 17. *n.* 49. *Gabriell. comm. concl. tit. de fideic. concl* 1. *n.* 30. *Fusar. de substit. qu.* 593. *n.* 17. ubi quod clausula *ad habendum* non importat fideicommissi renunciationem, nisi specialiter sit appositum verbum *ad alienandum*, *Censal. dec. Lucen. dec.* 28. *n.* 11. *Torniel. cons.* 26. *per tot.* & præcipue *n.* 66. & qui satisfacit quoque respectu aliarum clausularum *cum constitutione Procuratoris, & cessione iurium*, ut ibi per eum *n.* 91. & 102. *Rot. dec.* 624. *n.* 4. *par.* 1. *rec. Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 40. *n.* 47. & 48. ubi quod de tali clausula non est curandum, nisi aliter constet dividentes voluisse remittere fideicommissum.

52

53

54

55

56

Pariter, & ubi dicta clausula contineret facultatem alienandi

nandi, non ideo sequeretur, quod bona fuissent data uti libera quod manifeste patet, quia si censerentur data uti libera, censeretur renuntiatum per dictam concessam facultatem fideicommisso, tam sequuta alienatione, quam illa non sequuta, & tamen dicta clausula vim non habet nisi sequuta alienatione, ut per *Bartol. communiter receptum in d. Leg. qui Romæ § Duo fratres ff. de verb. oblig. & ibi etiam Alciat. n. 37. Peregr. de fideic. art. 52. n. 44. Fusar. de substit. qu. 593. n. 29. Bellon. de iur. accresc. cap. 10. n. 29. Rot. d. dec. 624. n. 4. par. 2. rec. Torr. de pact. futur. successf. d. lib. 2. cap. 40. n. 52.* & propterea *Menoch. præsumpt. 115. n. 52. lib. 3.* dicit quod ob dictam clausulam taliter renuntians solum consentire videtur Fratri alienanti, ut vendat ius, quod ipse consentiens posset habere eveniente conditione, & quamvis plerique senserint per dictam licentiam alienandi induci fideicommissi renuntiationem, etiam quod bona non fuerint alienata, ut pro hac opinione plures refert, *Fusar. de substit. qu. 593. n. 30.* attamen quod dicta prima opinio sit verior, & receptior, ac communis testantur dicti DD. & de veriori, *Bellon. de iur. accresc. d. cap. 29. n. 89.* & de communi *Fusar. d. qu. 593. n. 29. & Rot. d. dec. 624. n. 4. par. 2. rec. ac idem Menoch. d. præsumpt. 115. n. 55.* qui, & si videatur esse contrariæ opinionis, nihilominus, & ipse fatetur, quod ab opinione *Bart.* in iudiciis difficile esset recedere, nisi data sit facultas alienandi etiam hæredibus, nam tunc etiam non sequuta alienatione, fideicommisso censeretur renuntiatum, per *Fusar. d. qu. 593. n. 31.* & cum pluribus aliis *Torr. d. lib. 2. cap. 40. n. 52.* Alia vero clausula *in perpetuum* hanc vim pariter non habet, quia potest intelligi iuxta subiectam materiam, & satis operatur, quia perpetuo, aut bona, aut respectu dictæ primogenituræ ius succedendi in illa vicissim consequebantur dicti Dom. Fratres exclusis filiis Octavii propter dictam obligationem Patris, ex quibus alias competiisset idem ius illius successionis iuxta ordinationem Donatoris, quod Octavius pro ipsis remisit dictis Fratribus, filios tollendo de medio, sicuti in his terminis dicta clausula *in perpetuum* non excedere subiectam materiam fideicommissi dicunt *Torniol. d. cons 26. n. 56. Rot cor. Millin. dec. 3. n. 8.* ac propterea quoad bona libera habet suum effectum iuxta illorum qualitatem, quo vero ad alia bona fideicommissi pariter, sicut dicta bona patiuntur, & hoc est vulgatum dictum, quod eadem dictio *in perpetuum* operetur secundum subiectam materiam ex congestis per *Barbos. tractat. var. d. dict. 254.*

57 58 59 60 61 62

Magis relevans videbatur promissa specialis evictio ex præordi-

ordinatione Authorum, & ob quam fideicommisso censeri re-
63 nuntiatum indubitatum est, ut per eumdem *Fusar. de substitut. qu.* 593. *n.* 69. Verum DD. quos ibi refert *Fusar. in dict. qu.* 593. *d. n.* 69. solum dicunt, quod non attenta scientia dividentium, ob quam non deberetur evictio, ea debetur si promissa fuit evictio specialis, etiam pro dictis bonis conditionatis scienter divisis, & inter alios ibi a *Fusar.* relatos *Alexandr. in cons.* 21. *n.* 6. *in fin. Decian. cons.* 116. *n.* 17. *lib.* 3. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 115. *n.* 18. *lib.* 3. & qui omnes moventur ex *Gloss. in d. L. si famil. in fin.* quam similiter ibi refert *Fusar.* & quæ aliud non dicit, nisi quod *pacto interveniente de evictione nihilominus agitur*, ut illa sunt verba dictæ glos-
65 sæ, ex quibus infert *Fusar.* quod videatur renuntiatum fideicommisso, quia in effectu taliter promittens, non potest ex illo agere, quia repelleretur per regulam, *quem de evictione tenet actio eumdem repellit exceptio*, & sic respondet ibi *Decian. in d. cons.* 116. *n.* 18. *lib.* 3. sed etiam supra satisfactum fuit, nam non negatur, quod non debeatur evictio, sed iuxta pactum li-
66 mitatum pro facto Octavii, & filiorum, & non ultra, quod in specie declarat *Peregr. de fideic. d. artic.* 52. *num.* 70. nam & si iuxta dictos Doctores, & præcipue *Menoch. dict. præsumpt.* 115. *n.* 17. *& seqq.* ubi inter dividentes adiecta est dicta specialis promissio, hoc in casu præsumitur inter eos remissum fideicommissum, & debeatur evictio, ut ibi *n.* 20. nihilominus
67 ea non debetur, nec pro restitutione pretii, si dicta promissio limitata fuit pro facto suo tantum, & hæredum suorum, ita
68 ibi *Peregr. d. n.* 70. & iuxta illud dictum, *quod si quid limitate exprimitur, cætera censentur exclusa*, *Venturin. in cons.* 42. *num.* 76. sicuti quod cum renuntiatio sit stricti iuris, si fuit
69 pro uno, non porrigitur ad aliud, *Leg. domus ff de servit. rustic. præd Leg. nec is ff. de acquir. hæredit. Torr. de pact. futur.*
70 *success. lib.* 2. *cap.* 24. *n.* 57. & quia illa verba, *quateuus evictio sequatur facta Octavii, & filiorum*, respiciunt tempus futurum, ac conditionem important ut de dicta dictione *quatenus*, *Barbos. tract. var. dict.* 312. *n.* 1. quæ conditio ubi non purifi-
71 catur, interim nihil in esse ponit, *L. si quis sub conditione ff. si quis omissa causa test. Rot. dec.* 401. *n.* 5. *par.* 9. *rec.*

Obiiciebatur ulterius Laudum non continere divisionem, sed emptionem, quia dicti DD. Fratres dando dictam annuam præstationem emissent partem bonorum fideicommissariorum debitam Octavio, & ubi non est divisio, sed emptio, quamvis taliter emens scienter rem fideicommisso subiectam agere nequeat pro plena evictione semper tamen recuperet pretium, ut est

est *Text. expressus in Leg. fin.* §. *emptor. C. commun. de legat.* & distinguit *Peregrin. de fideicommiss. dict. art.* 52. *num.* 78. ac novissime *Urceolus in tractat. de transact. in eius doctissimis annotat. ad decisiones Rot. Roman. ibi impressas decis.* 47. *num.* 7. *vers. contrarium*, *Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 46. 72

Sed ex pluribus hoc obiectum cessat. Primo, quia non sumus in emptione, prout esset, si postquam dicti fratres diviserunt, unus ex illis portionem alterius emisset, ut ex *Michalor. de duob. fratrib. part.* 3. *cap.* 39. *num.* 18. Arbiter namque nihil vendidit ex dictis bonis alteri, sed divisionem fecit inter eos, ut ex Laudo habetur, & si aliquam quantitatem pecuniarum uni ex illis assignaverit, nam ubi unum est negotium, prævalet, quod principaliter agitur, & si quid ei accedit, eiusdem est speciei, *Leg. partem fundi ff. de contrah. empt. Mant. de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 5. *& seq.* ubi ad plura infert *Tiraquell. de retract.* §. 30. *gloss.* 1. *num.* 35. Secundo, eadem conclusio, quam supra firmavimus, inter dividentes scienter res obnoxias restitutioni ex præordinatione Authorum ob passam evictionem, procedit etiam in cohærede scienter emente partem cohæredis fideicommisso subiectam, cum eadem vigeat ratio, sic tradunt, *Ruin. in cons.* 146. *num.* 3. *& seq. lib.* 1. *Michalor. de duob. fratrib. dict. part.* 3. *dict. cap.* 39. *num.* 17. *& Mangil. de evict. quæst.* 115. *num.* 4. non attenta *dict. Leg. fin.* §. *empt. C. communia de legat*, quia illa locum habet in emptore extraneo, non autem in cohærede, ut declarat *Bart. in d. Leg. qui Romæ* §. *duo fratres in* 12. *quæst.* Extraneus enim licet fuerit sciens, agit ad pretium, quia evictio non fuit sequuta facto sui authoris, quia Testator non erat author emptoris, unde idem est, ac si evicta fuisset facto ipsius venditoris, quod secus est in cohærede emente, in quo semper verum est dicere, evictionem fuisse sequutam facto authoris, ut per *Ruin. loco citato*, & sic fere his verbis *Michalor. dict. part.* 3. *dict. cap.* 39. *dict. n.* 4. & magis late *Mangil. de evict. dict. quæst.* 115. *dict. num.* 4. *& num.* 7. *& seqq.* quicquid in contrarium dixisse videatur *Peregrin. dict. art.* 52. *num.* 68. ubi ait, quod non omnino similis est ementis, & dividentis causa, quia intelligitur ubi emens est extraneus, cum tunc eadem non sit ratio, ut supra. Tertio, quia dicta *Lex finalis* loquitur in casu dubio, quando scilicet est incertum, an eveniat, vel non eveniat casus restitutionis fideicommissi, ut sic dictam legem declarat, *Menoch. d. cons.* 418. *num.* 20. Verum hic, ut iam ostensum fuit, certum erat mortuo Octavio, quod dictum Prædium ex præordinatione communis authoris erat restituendum uni ex descendentibus dicto- 73 74 75 76 77 78

ctorum DD. fratrum, ubi enim certum est, quod res est restitutioni, seu alicui oneri subiecta, & emptor sciens emit, ac venditor pariter sciens vendidit, non videtur, quod agere possit, neque ad restitutionem pretii, nam tunc emptor non dicitur emisse, nisi ius venditoris *Gloss. in Leg.* 1. *C. si pign. dat. sit*, *Ias. in Leg. si domus*, §. *fin. num.* 14. *ff. de legat.* 1. *Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 21. *Menoch. dict. cons.* 418. *num.* 19. *& seq.* Quarto tandem, quia ultra quod excedere non licet limites pacti appositi per Arbitrum, qui non obligavit Octavium pro restitutione accepti, nisi ubi evictio sequebatur ex alia causa diversa a dictis causis præordinatorum authorum, iuxta superius allegata, non potest dici, quod hæredes Octavii sine causa retineant ab eo acceptum, dum, ut supra diximus, adhuc durat ius, & spes successionis penes dictos DD. hæredes, & descendentes dictorum DD. fratrum propter dictam obligationem Octavii privative quoad omnes eius filios, & quæ spes, & si incerta æstimabilis erat, *Ladercb. in terminis fideicommissi cons.* 27. *n.* 8. late *Olea de cession. iur. tit.* 3. *quæst.* 10. *num.* 10. *& seq.* Lex vero prædicta *finalis dict.* § *emptor*, locum solum habet ubi re evicta venditor sine ulla causa prætium retineret, sicuti explicat *Fanut. d. quæst.* 144. *n.* 213.

79

80

81

Nec obstat, quod & si quis emat ab hærede, possit sibi evincere eamdem rem, quæ sibi debetur ex testamento, & repetere pretium a venditore, *Leg. fundum ff. ad L. falcid. Leg. si vendideris ff. de evict.* & tradunt DD *in Leg. huiusmodi*, §. *qui servum*, *ff. de leg. primo*, *cum quibus Magon. decis. flor.* 48. *n.* 1. *& Mangil. de evict. quæst.* 1. *n.* 15.

82

Nam legatarius, sive fideicommissarius, non dicitur emendo rem legatam, vel fideicommisso subiectam ab hærede, sibi præiudicare in re, vel in parte sibi legata, quo minus consequi possit pretium solutum pro ea re relicta ex testamento, vel actione ex empto, ex iuribus prædictis, & secundum distinctionem *Bart.* cum quo alii Doctores *in dict. Leg. huiusmodi* §. *qui servus*, sed id intelligitur solum pro ea portione, quæ sibi ex Testamento debetur, unde si sunt quatuor fratres, & unus ex illis post divisionem vendidit suam partem alteri, & inde purificata conditione favore dictornm trium fratruum succedat in dicta parte vendita dicti tres fratres, emptor, qui est unus ex illis, poterit agere pro restitutione pretii solum pro illius tertia parte, quia pro tertia parte successit in parte empta ex Testamento, sed pro aliis duobus partibus dicti pretii agere non valet, quia non successit ipse, sed successerunt dicti alii duo eius fratres, ita dicta iura, & Doctores de-

83

declarant *Ruin. dict. cons.* 146. *n.* 4. *lib.* 1. *& Michalor. de duob. fratrib. dict. part.* 3. *dict. cap.* 39. *n.* 18. Sed se hoc hodie agere non oportet, quia dictum Prædium, & dicta Primogenitura non obvenit hæredibus dicti Dom Alexandri, sed in totum successit unus ex descendentibus dicti D. Iulii, & sic dicta iura, & authoritates potius faciunt in contrarium, quando vero obveniet, adsunt dictæ aliæ rationes, & præsertim tam ex causa exclusionis filiorum Octavii, quæ adhuc durat, ut supra, tam ex quo eo modo, pro quo evictione prædictum pactum Arbiter prospexit, sic servari debet *Leg. contractus* § *Sed hoc ita ff. de reg. iur.* 84 85

Dicebant tandem DD. Actores, quod sumus in re clara, & uti res est clara, aliud non est quærendum *Leg. ille aut ille* §. *Cum in verbis ff. de Leg.* 3. 86

Sed parum est dicere, nisi probetur regula, etenim, ut in principio firmatur, est contra Actores, sicuti, & contra eos stat proprietas verborum, *quod si ex alia causa sequatur evictio*, & tamen etiam ubi dicta verba, quæ iuxta eorum proprietatem sunt clara, pro reis aliquam dubietatem recepissent, semper interpretari debeant contra eosdem DD. Actores, qui se fundabant in illis *Leg. veteribus ff. de pact. Rot. dec.* 54. *num.* 1. *part.* 9. *recentior.* 87

Ex quibus censuimus pro absolutione eorumdem DD. Reorum &c.

Ascanius Venturinus Aud. & Compilator.
Antonius Michalorius Rotæ Audit.

DECISIO XXVII.

FLORENTINA FRUCTUUM.

Die 21. *Augusti* 1693. *cor. Aud.* Petro Paciono.

ARGUMENTUM.

Solutio, vel debitoris liberatio deducitur ex compensatione a creditore petita, & ex aliis coniecturis, quæ hic enumerantur.

SUMMARIUM.

1 *Solutio, vel debitoris liberatio probantur etiam coniecturis.*
2 *Compensationis expressa petitio non est necessaria, sed sufficit proponere factum, ex quo illa resultet.*

3 *Contrapositio partitarum importat petitionem compensationis.*
4 *Qui petit compensare dicitur creditum exigere.*
5 *Acquiescientia Actoris tribui debet oppositioni a Reo factæ, ubi de alia causa non constat.*
6 *Ex quo resultat tacitum pactum de non agendo contra cedentem.*
7 *Solutio, vel debitoris liberatio præsumitur ex longi temporis lapsu.*
8 *Exequtio sententiæ. prescribitur lapsu triginta annorum.*
9 *Debitor præsumitur paratus ad solvendum.*
10 *Creditor non præsumitur voluisse per longum tempus negligere executionem rei iudicatæ.*
11 *Solutionis præsumptio deducitur ex qualitate Creditoris diligentis & solliciti in exigendo.*
12 *Creditor Florentinus non præsumitur per longum tempus differre crediti exactionem.*
13 *Coniectura solutionis oritur ex qualitate debitoris affluentis pecuniis.*
14 *Item si Creditor petitionem crediti distulit post mortem debitoris.*
15 *Quamvis interim laboraret inopia.*
16 *Ubi agitur de probanda solutione, locum habet axioma singula quæ non prosunt unita iuvant.*

POssidente Domino Hieronymo de Tornaquincis Prædium ad effectum se satisfaciendi de diversis creditis, quæ habebat cum Dominis Benedicto, & Petro Antonio de Tarchianis, usque de anno 1656. Dominus Franciscus ipsius Petri Antonii filius, & Beneficiatus Hæres instituit coram Magistratu Pupillorum contra eum Iudicium & de anno 1661. reportavit sententiam, nedum ad dimittendum sibi bona, sed etiam ad restituendum fructus a die motæ Litis.

Hanc vero sententiam statim exequtioni demandari curavit quoad bona. At quoad fructus non apparet, quod umquam aliquid a Domino Heronymo petierit, sed solum sub die 12. Ianuarii proxime præteriti rediit ad eundem Magistratum, & petiit deveniri ad eorum liquidationem, & successive condemnari, & astringi Dominum Americum Tornaquinci uti unum ex Hæredibus Domini Hieronymi sui Patris non solum ad solutionem eorum, sed etiam damnorum, & interesse ad rationem quinque pro centenario.

Cum autem Magistratus Causam mihi ad referendum commiserit censui, & retuli Dominum Amerigum absolvendum esse a pe-

a petitis, motus quia licet solutio, seu alia liberatio debitoris, non præsumatur, sed probari debeat. Tamen pro sufficienti probatione reputantur circumstantiæ & coniecturæ, ut de solutione tradunt *Paris. cons.* 137. *n.* 18. *& seqq. lib.* 4. *Bertazol cons. civ.* 118. *num.* 1. *versic. tamen Mascard. conclus.* 1318. *n.* 26. *Surd. decis.* 105. *num.* 10. *Rota dec.* 86. *n.* 11. *part.* 11. *rec.* Et quod debitor fuerit aliter liberatus *Oldrad. cons.* 184. *n.* 10. *Afflict. dec.* 13. *num.* 3. *Seraphin. dec.* 1333. *n.* 1. *per tot.* Et facit *Text. in Leg.* 2. *Cod. de pact.* de qua infra, & in vulgata *Leg. Procula ff. de probat.* 1

Hic vero tales circumstantias, & coniecturas abundare visum est, nam in facto constitit, quod Dominus Hieronymus de anno 1674. fecit cessionem generalem de omnibus suis creditis Domino Matthiæ Guerretti „ *Ponendolo* „ ut sunt verba præcisa Instrumenti „ *nell' università delle sue ragioni* „ Hæc non constitit etiam, quod Agente Guerretto contra Dominum Franciscum pro illarum consequutione, ipse produxit computum debiti, & crediti, in quo inter sua credita, quæ contraposuit debitis, apparet illud de quo agitur, & sic petiit compensari, non enim necessaria est expressa petitio compensationis, sed sufficiat proponere factum ex quo illa resultet *Rovit. cons.* 60. *n.* 4. *lib.* 1. *Giurb. observ.* 106. *n.* 22. *Franç. dec.* 527. *n.* 7. *Capyc. Latr. dec.* 25. *n.* 26. *par.* 1. *Rot dec.* 319. *n.* 16. *par.* 9. *rec.* 2

Et factum ex quo resultat petitio compensationis est dicta contrapositio partitarum *Soccin. Sen. cons.* 65. *n.* 5. *vers. nam ex tali, lib.* 4. *Gregor. dec.* 366. *n.* 3. *Pentinger. dec.* 197. *n.* 1. *in rec. dec.* 520. *n.* 5. *par.* 3. *& dec.* 33. *n.* 5. *par.* 5. 3

Et ex hoc solo resultat Dominum Franciscum creditum semel exegisse, quia qui petit compensare dicitur creditum exigere. *Bald. in Leg. quoniam* 26. *n.* 7. *C. ad Leg. Iul. de adult. Surd. cons.* 246. *n.* 24. *in princ. Grass. except.* 14. *n.* 34. *Rembold. dec.* 179. *n.* 3. *Cels. dec.* 98. *n.* 7. 4

Fortius quia non apparet Guerrettum a petita compensatione se exemisse, nec aliter litem prosequutum fuisse. Unde Dominus Franciscus habuit suum intentum. Acquiescientia enim Guerretti debet tribui illi oppositioni sibi factæ, dum de alia causa non apparet *Surd. dec.* 325. *n.* 7. *Peregrin. dec.* 269 *n.* 2. *in recent. dec.* 598. *n.* 2. *par.* 3. 5

Imo inter scripturas ipsius Guerretti repertum fuit aliud computum ipsius manu conscriptum, in quo inter propria debita posuit istud fructuum de quibus agitur. Unde patet eum suscepisse obiectam sibi compensationem. Et his concurrentibus, quod scilicet Dominus Hieronymus fecerit generalem cessionem suo-

suorum creditorum, quod Dom. Francifcus petierit iudicialiter a Ceſſionario, & ipſe Ceſſionarius petitionem non reiecerit, ſed potius ſponte conſenſerit, clari iuris eſt reſultare tacitum pactum de non agendo contra cedentem ad *Text. expreſſum vol. 2. C. de pact. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 5. num. 12. Cancer. variar par. 3. cap. 1. n. 38. Fab. in Cod. lib. 8. tit 36. deſin. 4. n. 22. & ſeq.*

6

Prædictis circumſtantiis, quæ de ſeſe ſufficiunt, accedunt aliæ, quæ pariter, vel ſolutionem. vel liberationem alio modo per Dominum Hieronymum reportatam aptæ ſunt de ſe convincere ac proinde multo magis id operabuntur ſi ſimul cum eis iungantur.

Primo enim adeſt lapſus diuturni temporis in quo Dominus Franciſcus numquam ab eo, vel eius hæredibus creditum iſtud petiit, quod magnum præbet indicium, vel ſequtæ ſolutionis, ut firmant *Bertazzol. conſ. civ. 118. n. 16. Surd. dec. 105. n. 10. Rot. cor. Mantic. dec. 370. n. 2. & poſt Zacch. de obligat. cam. dec. 59. n. 4.* vel quod facta fuerit tacita remiſſio, ſeu liberatio *Afflict. dec. 13. n. 3. Rota cor. Seraphin. dec. 1333. n. 4.*

7

Fortius dum hic non agitur de ſolo lapſu decemnii, vel ſimili, de quo loquuntur præcitati, & alii paſſim, ſed de lapſu annorum triginta, & ultra, quod de Iure communi de ſe ſufficit ad hoc ut non poſſit peti amplius exequtio ſententiæ, prout petitur in præſenti, ut tradunt *Bald. de præſcript. par. 4. qu. 4. princ. qu. 31. Mareſcott. var. reſol. cap. 121 n. 10. lib. 2. Urſill. ad Afflict. dec. 345. n. 2. ad fin. Cartar. dec. 120. Buratt. dec 296 n. 7. Martin. Andr. dec. 42. n. 7. in rec. dec. 1. n. 4. & ſeqq. part. 7.*

8

Ac etiam quia D. Hieronymus non fuit condemnatus ad certam ſummam, ſed ad reſtitutionem fructuum iuxta liquidationem faciendam, hinc enim ſequitur, quod cum liquidatio numquam facta fuerit, non poteſt dici Dominum Hieronymum fuiſſe in mora conſtitutum, & mala fide, ſed viget præſumptio bonæ fidei, & quod fuerit ſemper promptus ſolvere, ut bene advertunt *Alb. in cap. fin. num. 13. & n. 18. de preſcrip. Cephal. conſ. 240. num. 18. & ſeqq. Purpurat. conſ. 669. num. 3. Bero conſ. 15. num. 43. lib. 1. Tiraquell. de revocand. donat. in ver.* revertatur *num. 390. Neguſan. de pignor. part. 6. membr. 2. n. 23. Vaſq. queſt. illuſtr. cap. 76. n. 8. Gratian. diſcept. 52. n. 30.* & late *ſeqq. uſque ad fin. Adden. ad dec. 6. n. 118. & ſeq. part. 3. rec.*

9

Secundo hæc ipſa qualitas crediti obtenti in iudicio præbet vehementem indicium ſatisfactionis, cum magis, magiſque inveriſimile ſit, quod Dominus Franciſcus poſtquam tot labori-

boribus, & dispendiis litis, quæ duravit ab anno 1656. ad 1661. Sententiam reportavit, voluerit per tam longum tempus consecutionem rei iudicatæ negligere, ut bene ponderat *Mart. medic. dec. 84. num. 4. ad med. vers. hoc adiuncto, & Rot. coram Merlin. dec. 124. num. 20. vers. secunda coniectura.* 10

Tertio adest qualitas personæ ipsius creditoris, nam ex facto constat nempe ex dicta lite cum Domino Hieronymo, ex alia cum Guerretto, ac ex ista præsenti Dominum Franciscum esse diligentem, & nullam repugnantiam adire Tribunalia etiam contra eosdem debitores a quibus hoc ipsum debitum prætendit, ex qua qualitate magna desumitur coniectura solutionis debiti per longum tempus non petiti, vel alicuius pacti de non petendo *Bertazol. cons. civ. 118. num. 13. vers. contra si Guarnerius Gratian. disc. 826. n. 49. Afflict. dec. 13. n. 18. ad med. Surd. dec. 165. num. 2.* Imo sola etiam qualitas, quod creditor sit florentinus facit, ut non præsumatur tamdiu distulisse exactionem, ut præcise tradunt *Paris. cons. 137. num. 14. lib. 4. Pacian. cons. 113. n. 6. Monac. dec. flor. 5. n. 5. Roxas dec. 170. n. 11.* 11 12

Quarto qualitas debitoris, qui erat solvendo, prout non solum præsumitur, sed etiam patet ex actis abundasse pecuniis, nempe ex requisitione dd. creditorum cum prædictis Benedicto, & Petro Antonio de Tarchianis, ac ex præfata eorumdem cessione facta Guerretto, dum ab eo reportavit solutionem scutorum 1823. 3. 11. ex quo oriri coniecturam ad hunc effectum tradunt *Bertazzol. cons. civil. 118. num. 13. Mascard. conclus. 1318. num. 28. Surd. decis. 105. num. 1. Merlin. decis. 124. n. 22. in rec. dec. 272. n. 12. part. 11.* 13

Quinto quia Dominus Hieronymus in Sententia condemnatus, diu post ipsam condemnationem supervixit, nempe usque ad annum 1688. & super annos 27. & tamen Dominus Franciscus semper tacuit, & expectavit convenire hæredem inde enim oritur suspicio, quod expectaverit convenire hæredem tanquam ignarum satisfactioni debiti, vel pacti sibi obstantis *Alexand. cons. 183. num. 17. ad med. vers. & non est verisimile lib. 6. Paris. cons. 137. n. 12. lib. 4. Mascard. conclus. 1314. num. 25. vers. eoque magis Menoch. præsumpt. 91. num. 2. lib. 2. Seraphin. dec. 684. n. 6. Merlin. dec. 124. n. 23.* 14

Sexto denique ex quo hoc interim Dominus Franciscus non abundavit divisis, sed potius indiguit, nam in specie de anno 1677. fuit carceratus pro tenui summa scutorum quadraginta novem, quæ post sex menses carcerationis persolvit, magnum indicium oritur, quod hoc creditum, cum Domino Hic-

Hieronymo amplius non haberet, cum nimis verisimile sit, quod si illud habuisset in tanta pæcuniarum angustia exigere 15 non omisisset. *Alexand. cons.* 183. *num.* 17. *vers. & hanc partem lib.* 6. *Afflict. dec.* 13. *num.* 15. *vers. quia respondit Surdus dec.* 105. *num.* 3. *Rot. coram Merlin. dec.* 124. *n.* 19. *vers. præsertim*.

Abundant igitur coniecturæ, nec quidquam iuvaret si opponeretur aliquas reputari minus concludentes, quia notum est, quod considerari debent simul iunctæ, cum in hac ma-16 teria probationum, quæ singula non prosunt iuncta iuvant *Paris. cons.* 137. *n.* 19. *lib.* 4. *Dec. cons.* 596. *n.* 9. *vers. cum ergo negari Rot. cor. Greg. dec.* 245. *n.* 2.

Et ita &c. utraque &c.

Petrus Pacionus Rotæ Auditor.

DECISIO XXVIII.

FLORENTINA INTERESSE

Ven. die 16. *Septembris* 1693. *cor. Aud.* Cammillo Finetti.

ARGUMENTUM.

Mutui causa nulli debentur fructus nisi quando mutuatarius interpellatus non solvit, maxime quando agitur de mutuante Mercatore, & fortius Mercatore Florentino. Fructus post interpellationem extraiudicialem debentur mutuanti ex officio Iudicis. Mora semel incursa semper durat, & nocet tantum ei cui facta fuit interpellatio.

SUMMARIUM.

1 *Mutui causa nulli debentur fructus, etsi conventi a contrahentibus.*
2 *Usura differt ab interesse lucri cessantis.*
3 *Fructus debentur causa mutui ratione eius quod interest, quando debitor interpellatus ad solvendum, non solvit.*
4 *Testes & si singulares, & non contestes plene probant quando agitur de actibus reiteratis & in singularitate non obstativa, sed adminiculativa.*
5 *Interpellatio Iudicialis facillime presumitur.*
6 *Mutuatarii post moram, mercatori debentur fructus ratione lucri*

lucri cessantis, absque eo quod probetur occasio determinata lucrandi.

7 Mercatores non præsumuntur servare pecuniam.

8 Amplia in Mercatoribus Florentinis.

9 Quia Florentiæ adest continua occasio negociandi, & lucrandi.

10 Fructus mutuanti mercatori debentur eo magis quando constet de damno emergenti.

11 Debitor præsumitur quod extinxisset suum debitum si ipse exegisset a suis debitoribus.

12 Fructus ratione lucri cessantis etsi non debeantur iure actionis post interpellationem extraiudicialem, debentur tamen ex officio Iudicis.

13 Amplia quando id quod principaliter petitur, non debetur iure actionis.

14 Fructus ratione lucri cessantis debentur post interpellationem extraiudicialem licet non promissi.

15 Fructus ratione lucri cessantis præcipue debentur, quando petuntur accessorie ad capitale.

16 Mora semel incursa, semper durat.

17 Amplia etiam favore hæredum creditoris.

18 Amplia quando debitor liberari poterat ab interesse solvendo sortem,

19 Mora nocet tantum ei cui facta fuit interpellatio, non autem fratri non interpellato.

SEntentiam DD. sex Curiæ Mercantiæ latam ad relationem DD. Auditorum Cavalcanti, e Venturini, in qua fuit dictum deberi interesse D. Torquato de Consolinis a DD. Petro, & Bartolommeo de Castagnis fratribus ab anno 1674. pro scutis 50. & ab anno 1675. pro scutis 69. in duabus vicibus ipsis in solidum mutuatis *retulimus* in gradu revisionis eidem Magistratui, cum voto nostro deligatæ *fore confirmandam*, *cum modificatione tamen quod* D. Petrus de Castagnis *non teneatur ad interesse nisi a die motæ litis*.

Quandoquidem subsistere visa sunt fundamenta decisionis desuper æditæ a D. Causæ Relatore, licet enim ab initio utriusque mutui, nulli deberent fructus inter Partes conventi ad rationem scutorum quatuor, & quinque respective *cap. consuluit 9. de usuris ibique* communiter *Canonistæ* attamen non inde D. Bartholomeus de Castagnis poterat excusari ab interesse ratione 1

lucri

lucri cessantis ob inde retardatam restitutionem sortis ab annis scilicet 1674. & 1675. in quibus fuit a creditore petita restitutio utriusque summæ mutuatæ fratribus de Castagnis, quia hoc casu fructus seu interesse non debentur ex primeva conventione, sed ex alia causa, nempe ratione interesse lucri cessantis amissi a creditore ob moram debitoris §. restituenda sorte,
2 quod nullam involuit implicantiam cum aliud sit usura, *aliud quod interest ad Testum in Leg. 2. in fine ff. de eo quod certo loco Leg. ultima Cod. de periculo & commodo rei venditæ Leg. illud ff. & terminis*. quod nullo existente contractu respectu interesse conventi creditori debeatur interesse ratione eius
3 quod interest si interpellaverit debitorem ad sibi solvendum, ut in contingenti *Gloss. in cap. conquestus in verbo defendi, ibique Panormitanus dicens hac perpetue menti tenendum Gaill. praticarum observ. 5. n. 14. 15. n. 62. Castillus controv. lib. 2. cap. pr. n. 15. Leotardus de usuris quæst. 80. n. 21. & ita decisum in Rot. Florent. lib. mot. 128.*

Quodque in contingenti fuerit probatum utrumque extremum, nempe mora D. Bartholomei de Castagnis alterius ex debitoribus in solidum obligatis, ac interesse lucri cessantis dd. de Consolinis satis superque constari, nempe quo ad moram dd. Bartholomei ex interpellatione extraiudiciali pluries eidem facta a d. de Consolinis, ut deponunt tres testes probatæ vitæ & famæ, nempe DD. Cosma Fantoni, Franciscus Bruschi, & Donatus Logi, servatis servandis, examinati in primo Iudicio coram D. Causæ Relatore, qui testantur tam in interrogatoris Partis, quam in recognitione fidium; pluries dict. Bartholomeum fuisse requisitum a D. Torquato de Consolinis pro satisfactione, ut supra sui crediti.

Nec subsistit, quod non sit deferendum dd. Testibus, utpote singularibus nec contestibus de loco, & tempore.

Quoniam cum agatur de actibus reiteratis, nec versemur
4 in singularitate obstativa, sed adminiculativa plene probant *Gloss. in cap. nihilominus in verbo simul versiculo, sed sepius aliud potest committi Cod. de testibus quæst. 9. Doctores communiter in Leg. test. Cod. de testibus Farinacc. de testibus quest. 64. num. 85. & seqq. D. Card. de Luca de dote disc. 115. n. 9.*

5 Potissime in casu nostro, in quo agitur de probanda extraiudiciali interpellatione, quæ facillime præsumitur *Rot. dec. 153. n. 23. part. 4. tom. 2. rec.*

Interesse vero dicti de Consolinis fuit concludentissime probatum ex qualitate mercatoris, quam habet dictus de Consolinis velut deponunt quatuor testes in Processu examinati asse-

ferentes eundem ab anno 1670. semper fuisse solitum negociari in Dogana huius Civitatis Florentiæ propterea eidem de Consolinis tanquam mercatori post moram dicti Bartolomei Castagni planum est deberi interesse lucri cessantis absque, eo quod probat occasionem determinatam lucrandi *Scacc. de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliat. a num.* 233. *& seqq. Staibanus de interesse lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 25. *Gibbal. de usuris lib.* 2. *cap.* 5. *art.* 9. *concl.* 12. *num.* 29. *Capyc. latr. dec.* 106. *num.* 4. 5. *Castill. controv. lib.* 2. *cap.* 1. *per tot. & seqq.* ob generalem presumptionem, quod mercatores non presumitur servare pecuniam, ut testatur *Parisius cons.* 250. *num.* 80. *lib.* 2. Potissime quando ut hic agitur de mercatore Florentino qui tum ratione personæ non presumitur retinere pecuniam otiosam, ut precise loquentes de Mercatore Florentino testantur *Stracc. de mercatura part.* 2. *num.* 14. *Soccin. iun. collat. penult. in fine Fontanella dec.* 91. *num.* 4. tum ratione loci nempe Civitatis Florentiæ, in qua cum continuæ sint occasiones negociationis præsumitur, quod illico implicasset pecuniam sibi debitam a Castagnis, quatenus ibi fuisset restituta post factam interpellationem, ut pariter loquentes de frequentibus occasionibus negociandi, & lucrandi in Civitate Florentiæ testantur *Roccus cons.* 80. *n.* 6. *e* 7. *Mart. Medices dec. Senen.* 14. *n.* 19.

6

7

8

9

Atque ex prædictis cum clare visum fuerit deberi interesse dicto de Consolinis ratione lucri cessantis non fuit opus inquirere num eidem deberetur interesse etiam ratione damni emergentis, quod ex abundanti supponebatur passum a dicto de Consolinis, quibus in terminis (constito tamen vere de damno) planum est deberi creditori interesse ratione damni, imo, & longe facilius, quam ex causa lucri cessantis, *Scaccia de commerciis ampliatione* 10. *num.* 27. cum semper presumetur, quod si debitor solvisset suo creditori, hic quoque extinsisset proprium debitum iuxta opinionem *Ruini cons.* 104. *num.* 6. *lib.* 4. cum quo transeunt communiter Doctores, nempe *Tepatius tit.* 169. *de interesse versiculo interesse damni emergentis Gaill. observat.* 6. *Leg.* 2. *num.* 2. *Castill. controv. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 78. *Barbos. part.* 1. *Leg.* 2. *ff. soluto matrimonio num.* 44. *Leotard. de usuris quæst.* 15. *per tot. & signanter num.* 14. *e* 20. *Cavalcant. decis.* 2. *num.* 29. *lib.* 2. *Scaccia de commercio ampliat.* 11. *num.* 282. *Staiban. de interesse lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 8. *Rota Florentin. lib. motiv.* 118. *a* 256. *& novissime decisum sub die* . . . . . 1693. a DD. Iudicibus delegatis inter creditores olim DD. Senatoris Bonaccursi & Aron Franco.

10

11

Imo hodie cum hac opinione desclutendo a contraria magis

gis

gis rigorosa transire quoque Rotam Romanam, aliaque Tribunalia testatur *D. Card. de Luca de usuris in supplemento tom.* 2. *discors.* 14.

Minus refragari visum est quod enixe opponebant Informantes pro Castagnis dictum interesse lucri cessantis, non deberi ob interpellationem extraiudicialem, quando ut hic interesse non debetur iure actionis, sed officio iudicis *ex Gloss. marginali in Leg. cum postulassem ff. de damno infecto Cravett. cons.* 89. *num.* 4. *Staib. de interesse lib.* 1. *quæst.* 10. *n. fin.*

12

Vel quia conclusio prædicta procedit quando id quod principaliter petitur non debetur iure actionis, quibus in terminis loquitur *Leg. cum postulassem ff. de damno infecto*, ut bene declarant *Bartol. in dicta Lege*, *& in Leg.* 1. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, *& in Leg.* 23. *si est legati causa ff de verbo obligationibus Iason. in Leg. vinum* 15. *ff. si certum petatur* ea scilicet adducti ratione, quod quando quis non est obligatus solvere & actio est nascitura ex officio Iudicis, hoc est adeundus, ut eum solvere cogat, sin minus per interpellationem extraiudicialem, non constituitur in mora, & per consequens non tenetur ad interesse, quod secus est in casu nostro, quo DD. Petrus, & Bartolomeus Castagni tenentur iure actionis ad solutionem sortis, quam quidem solutionem cum non fecerit Bartolomeus post interpellationem ob moram in non solvenda sorte non autem interesse, quod debetur in pœnam retardatæ solutionis, & restaurationem interesse lucri cessantis amissi a creditore, ut in individuo quod interesse debeatur, licet non promissum propter interpellationem extraiudicialem debitoris fermano *Leotard. de usur. quæst.* 80. *num.* 11. *D. Card. de Luca de usur. disc.* 34. *num.* 7. *Rota Ianuen. dec.* 175 *n.* 1. *Paitell. expedit. civilis prima num.* 35. *& ita pluries decisum in Rota Florentina penes Magon. dec.* 103. *per totum*, *& lib. motiv.* 124. *a* 382. 130. *a* 63. *§. vero cum post in fine*, & loquentes de interpellatione extraiudicialis facta per litteras *Rota Iannen. dec.* 175. *n.* 16. *Giovagn. cons.* 46. *num.* 27. *Rota Florent. lib. motiv. a* 382. *e lib. motiv.* 130. 63. *§. verum etiam.*

13

14

Vel quia quando obiecta conclusio procederet etiam quando sors ut hic debetur iure actionis adhuc versaremur extra omnem difficultatem. Si quidem quidquid esset dicendum quando interesse peteretur seorsim post exactam sortem, & sic officio Iudicis Nobili, & principali utique non procederet, quando ut in contingenti peteretur officio Iudicis Mercenario, nempe accessorie ad ipsam sortem, vel ut optime declarant communiter Doctores, & præ cœteris *Iason. in Lege* vi-

15

vinam n. 15. ff. si certum petat. & in Leg. 1. n. 8. vers. ibi ut sit verum in offic. Nobili secus Mercenario ff. iurisditione omnium iudicum add. ad Bartol. in Leg. pr. ff. eodem, & in Leg cum postulassem, ibique Glossa marginalis in fine ff. de damno infecto optime *Thorus in Cod. rerum iudicatar. cap.* 40. *n.* 30.

Quæ vero fuerunt ultimo loco apposita a d. Bartolomeo de Castagnis de remissione moræ obinde obtentam a Creditore dilationem adsolvendum, ut ex litteras dicti de Consolinis in actis producta pariter de iure minime subsistere credidimus, quippe cum mora ex iam dictis esset incursa, imo, & pluries nullam ex dicta gratiosa dilatione ad solvendum debitum, potuit inferri præiudicium D. Consolino creditori, quo ad dictum interesse decursum, & decernendum, usque ad solutionem cum mora semel incursa semper duret, *Magon. dec.* 103. *n.* 17. imo, & favore Hæredum creditoris *Franc. dec.* 16. *n.* 10. potissime quando ut hic poterat dictus Bartolomeus de Castagnis semper solvere se semper liberare a d. interesse solvendo sortem, ut optime ex *Rot. dec.* 331. *n.* 10. *post primum volumen consilior. Farinacc. & cor. Ubald. dec* 118. *n.* 6. *Gratian. discept.* 387. *n.* 12. facit responsum in Motivo D. Relatoris in fine. 16 17 18

Diximus dictum Petrum de Castagnis alterum ex debitoribus non teneri ad dictum interesse nisi a die iudicialis interpellationis revocantis in hac parte primam Sententiam, quia Testes in Processu examinati probant tantum interpellationem factam Bartolomeo, cui proinde mora nocere quidem debet non Fratri. *Leg. factum* 155. *ff. de regulis iuris, Leg. mora ff. de verb. obligationibus, Leg. mora* 32. §. *final. ff. de usuris Faver. in Cod. lib.* 4. *tit.* 24. *desinit.* 37. *n.* 10. *Mevius dec.* 208. *n.* 2. *lib.* 7. *& dec.* 310. *n.* 3. *lib.* 6. 19

Et ita utraque &c.

Petrus Pacionus Rotæ Aud.
Alexander Bellutius Rot. Aud.
Cammillus Finetti Aud. Supr. Magistr. & Rel.

DECISIO XXIX.

FLORENT. NULLITATIS OBLIGATIONIS FILIIFAMILIAS.

Die 27. *Maii* 1712. *cor. Audit.* OTTAVIO VASOLI PICCININI.

ARGUMENTUM.

AD sustinendum contractum a Filiofamilias gestum concludenter doceri debet, quod is seorsum a patre habitaret, & publice pro patre familias haberetur. Primum requisitum vero deficit, si domicilii separatio, contingat exercendæ negotiationis causa, & sibi victum quærendi, & secundum non probatur ex eo solum quod filius fuerit uxoratus, ætate maior, & aliquam artem exercuerit.

SUMMARIUM.

1 *Ubi casus statuti est clarus, super eo non est ulterius hæsitandum.*

2 *Contractus filiifamilias valet, si seorsim a patre habitet, & publice tanquam paterfamilias se gerat.*

3 *Attamen hæc duo requisita sunt concludenter probanda ab illo qui pro contractus validitate pugnat.*

4 *Filius, qui abest alicuius negotiationis causa, non dicitur habitare seorsum a patre.*

5 *Pater etiam dives non tenetur alere filium secum commorantem & sua industria sibi victum quærentem, & si præstet, omnia per filium quæsita patri quæruntur.*

6 *Cohabitatio filii cum patre ex quo arguatur licet adsit domiciliorum separatio, & alimentorum præstatio deficiat.*

7 *Domicilium patris censetur domicilium filii, & e contra.*

8 *Quæ requirantur ad hoc ut filius pro patre familias publice habeatur.*

9 *Ad hoc non sufficit quod fuerit uxoratus, & ætate maior.*

10 *Filiusfamilias, qui ex dispositione statuti habetur pro patre familias, quoad aliquos actus, talis non censetur quoad alios.*

11 *Refellitur Const. ad Stat. urb. annot. 45. n. 153. contrarium tenens.*

12 *Credulitas quod quis contraxerit cum patrefamilias excluditur si contrahens sciebat alterius contrahentis patrem vivere.*

13 *Ratificatio non præsumitur, nisi in ratificante probetur scientia expressa nullitatis tam iuris, quam facti.*

14 *Iuxta*

14 *Iuxta magis, vel minus concludentes coniecturas, debent Iudices sententiam ferre vel pro validitate, vel pro nullitate obligationum filiorumfamilias.*

15 *In dubio pro nullitate obligationis filiifamilias est iudicandum.*

AD favorem Dominici olim Matthei Romagnoli dicti Gavilli, qui de anno 1686. in contractu census venditi per quondam Ioannem Baptistam Giannelli Venerabili Confraternitati Purificationis Beatæ Mariæ Virginis erectæ in Burgo Sancti Laurentii, tanquam fideiussor intercessit intrare dispositionem Statuti communis Florentiæ sub *rub.* 10. *lib.* 2. & reformationis editæ anno 1471. loquentium de obligationibus, quæ fiunt per filiosfamilias sine consensu patris referendum esse Illustrissimo Magistratui Supremo hodie censuimus.

Constitit enim nobis ex actis de obitu dicti Matthæi solum ab anno 1704. & sic de qualitate filiifamilias respectu personæ dicti Dominici, ab anno 1686. quo se, & bona sua in dicto contractu obligavit, cumque huiusmodi obligationes a Statuto, & reformatione fuerint declaratæ, ipso iure nullæ, & invalidæ, super casu legis claro, & aperto non fuit ulterius hæsitandum iuxta textus in *Leg. illam C. de collat. L. non dubium C. de leg.* cum concordantibus in puncto allatis per *Urceol. dec. flor.* 37. *n.* 11. *& seqq.* 1

Et quamvis iuxta communiter notata per Doctores, tunc dictorum Statutorum dispositio cesset, quando filius seorsim a patre habitat, & publice se gerit tanquam patremfamilias attenta bona fide secum contrahentis, quæ ex prædictis circumstantiis resultare dicitur ut apud *Angel. de confessionib. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 8. *& seqq. Card. de Luc. de alienat. disc.* 37. *n.* 17. *Censal. dec. Lucens.* 44. *num.* 34. *& seqq. Rot. cor. Dunozett. Senior. decis.* 14. *num.* 17. *& seqq. repetit. in recent. decis.* 527. *part.* 1. *coram Peutinger. decis.* 40. *num.* 3. *& seqq. decis.* 494. *num.* 8. *coram Bich. dec.* 568. *num.* 3. *& seqq. dec.* 82. *num.* 2. *&* 3. *post Mel. observat. & dec.* 111. *num.* 1. *& seqq. part.* 8. atque propterea ex hoc capite obligationem prædictam fuisse substinendam eadem Confraternitas contenderet; attamen perpensis omnibus per eam in processu deductis, dici non potuit fuisse concludenter doctum de dictis duobus requisitis, ut 2

3 alioquin concludenter docere debuisset *Paitell. iun. in annotat. ad exped. civil. 76. sui patris num. 21. Palm. nep. alleg. 351. n. 18 & apud eum Borghin. alleg. 552. num. 11. Angel. de confess. d. quæst. 19. num. 29. Constant. ad statut. urb. lib. 2. annot. 45. num. 125. Mart. med. exam. 14. num. 19. Rot. nostra apud D. Palm. nep. alleg. 317. n. 17. & 18. Rot. cor. Ludovis. dec. 182. num. 2. coram Cels. dec. 382. in fine, & dec. 130. n. 20. part. 16. recent.*

Quoad primum enim separatæ a patre habitationis, eius probatio non visa fuit resultare ex eo solum, quod de tempore contractus Mattheus Pater moram traheret in Potesteria Vicchii Loci Mugelli suæ originis, Dominicus vero filius a pluribus annis habitaret Florentiæ, cum tunc eius primus ad civitatem accessus fuisset ex causa adeundi Hospitale pro infermitatibus curandis, postea vero quia dictus Mattheus erat pauper ac laborator terrarum, fuerit habitatio a filio in civitate continuata ad hoc, ut cum suis laboribus, suaque industria sibi necessaria pararet ad victum, atque in mechanicis artibus se instrueret, prout ita fecit, tanquam iuvenis sub aliquo magistro, donec proprio nomine apothecam aperuit, ut vulgo dicitur di razzaio &c. hinc autem in proposito notant Doctores non dici seorsum habitare a patre filium, qui abest causa alicuius negotiationis, cum hæc dicatur iusta
4 absentiæ causa *Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 416. n. 253. Beltramin. ad Ludovis. d. dec. 182. sub num. 9. Ferentil. ad Buratt. dec. 584. sub n. 20. & facit Rot. dec. 12. num. 18. part. 8. recent.*

Ponderando præsertim non posse pro habenda casus præsentis decisione recurri, ut fit in aliis casibus ad solitas coniecturas, per quas distinguitur an filius habitans extra domum patris sit ab eo separatus nec ne? Et quæ consistunt, ultra separatum domicilium, in separata etiam reddituum, & bonorum retentione, ac in expensis per filium proprio nomine factis, vel e contra in continuata per patrem filio alimentorum præstatione etiam extra domum, ex eo scilicet, quia, ut diximus, agatur de patre paupere rustico nihil habente in bonis, atque de filio sibi quotidianum victum cum suis laboribus, suaque industria quærere coacto, quo casu neque etiam pater dives tenetur filio secum commoranti alimenta præstare, & quatenus præstet, tunc omnia per filium quæsita patri debentur *Michal. de fratrib. part. 1. cap. 6. n. 5. & part. 2. cap. 35. n. 48. & 49.*

Propterea sufficit in his casibus constare, quod non obstante do-

domicili separatione, pater ad domum filii se contulerit, & e contra filius semper ad domum patris, quodque invicem sibi præstiterint honores, consilium, atque auxilium, & inter eos semper duraverit eadem affectio, eademque reverentia, licet non accesserit alimentorum præstatio, uti nec possibilis, nec necessaria *Scaglion. in pragmat. regn. de filiifamil. num.* 47. *quem refert & sequitur Paschal. de virib. patr. potest. par.* 4. *cap.* 10. *num.* 22. asserens in proposito, quod cum pater, & filius una identitas sint, domicilium unius censetur domicilium alterius, & habitatio utriusque *ex Bald. cons.* 234. *n.* 1. *lib.* 1. *Roland. cons.* 54 *n.* 23. *&* 24. *lib.* 3. 6 7

Minusque etiam dici potuit fuisse probatum alterum requisitum publicæ reputationis in patremfamilias, cum ut de eo dicatur constare necessaria præsertim sit communis omnium opinio ex aliquo iusto errore causata, nec non multiplicitas actuum cum pluribus, & diversis personis a filio gestorum, qui cadere non possint nisi in patrefamilias, at ex eo solum quod aliquis tempore contractus fuerit uxoratus, & ætate maior non oritur causa opinandi sufficiens nisi aliæ insimul coniecturæ concurrant ex cumulatis per *Card. de Luc. de alienat. d. disc.* 37. *num.* 11. *Constant. ad stat. urb. d. annot.* 45. *num.* 141. *&* 142. *Mel. observat.* 30. *num.* 2. *Ferentill. ad Buratt. d dec.* 184. *num.* 22. *Rot nostra apud D. Palm nep. d. allegat.* 347. *num* 17. *Rot. coram Ludovis. d. decis.* 182. *num.* 5. *&* 7. *coram Ottobon. dec.* 16. *num.* 6 *& seq. & cor. Peutinger. dec.* 106. *n.* 14. *&* 15. *& dec.* 151. *n.* 15. *& dec.* 130. *n.* 20. *part.* 16. *rec.* 8 9

Sicuti fundamentum illud, quod dictus Dominicus tunc temporis matriculatus reperiretur in pluribus artibus, atque teneret apothecam apertam ut dicitur di Razzaio &c. non visum fuit concludens, cum æque filii ac patresfamilias artes valeant exercere supra se, & quamvis tali casu pro concernentibus, eorum artem possent se obligare, & eius respectu reputantur pro patribus familias tamen nisi alia argumenta concurrant reputatio inducta ad unum finem non potest operari quoad alium diversum, nec quidquam influere in alios actus, aliasque obligationes factas præter occasionem artis, ut habetur ex *Bald. in Leg. final. num.* 8. *C. ad S. C. Macedon. & in Leg.* 4. *§. ex hoc edicto ff. nauti caup. stabul. Roland. cons.* 92. *num.* 11. *lib.* 3. *Marsil. de fideiussorib. num.* 183. *in fin. Mauson. de caus. executiv. ampliat.* 10. *sub num.* 70. *Carpan. ad stat. Mediolan. lib.* 1. *cap.* 416. *num.* 197. *Conciol. ad statut. Eugub. lib.* 2. *rub.* 57. *num.* 29. *Angel. de confess. lib.* 2. *quæst.* 119. *n.* 15. 10

Sabell.

Sabell. in summ. §. filius num. 59. *§. Statutum requirens n.* 34. *& variar. resol. cap.* 25. *num.* 13. *Ansald. de commerc. & mercatur. disc. general. num.* 88. 89. *& seqq. Raudens. dec. Pisan.* 8. *num.* 7. *&* 8. *Addent. ad dec.* 345. *num.* 141. *part.* 9. *Rota dec.* 599. *num.* 13. *part.* 5. *tom.* 2. *& dec.* 284. *n.* 19. *&* 20. *part.* 9. prout secundum hanc opinionem semper fuisse iudicatum Florentiæ usque ab antiquo tempore testatur *Paulus de Castro unus ex statuti compilatoribus in Leg.* 1. *§. in filio n.* 4. *ff. ad S. C. Maced.* & de recenti confirmant Decisiones Rotæ Nostræ apud *Palm. nep. dec. alleg.* 347. *sub num.* 8. *&* 13. *& apud Urceol. d. dec.* 37. *a num.* 15. *usq. ad* 18. *& num.* 26. *usq. ad* 31. ubi alia plura cumulantur eiusdem Rotæ motiva inter quæ singulare est illud *D. Farsetti senioris in causa Liburnens. Nullitat. Obligat. Filiifamil. de die* 2. *Ianuarii* 1687. *§. quo vero inter Iacob, & Abraham Costa ex una, & Iacob Visinum Hebreos ex alia Florentiæ typis datum in anno* 1688. alias namque admisso, quod exercitium alicuius artis influere posset in validitatem contractuum, qui geruntur extra occasionem artis nimis aperta esset via fraudandi Statutum permittens obligationem solum ex causa artis.

Quidquid propterea in contrarium individualiter super hoc puncto firmaverit præallegatus *Constantin. ad Stat. Urb. d. annot.* 45. *n.* 153 *& seqq.* innixus auctoritati *Roman. in cons.* 318. ac aliorum qui eum sequntur atque loquuntur non de filiofamilias, sed de minore Mercatore, seu Artem exercente, & publice se pro Patrefamilias gerente cuius respectu per Romanum assignatur alia diversa ratio, dicit enim ipse *sub n.* 3. *& seqq.* quod si minor Curatorem non habeat, potest etiam in non concernentibus Artem, seu Mercaturam iure comuni inspecto se obligare ac propterea quod in suo casu constitutio Senensis loquens de minore exercente Artem supra se, ita veniebat intelligenda, ne a iure communi in cæteris videretur discordare quinimmo *sub num.* 1. *&* 2. ubi sibi contrarium allegat *Bald. in d. Leg. fin. C. ad S. C. Macedon.* loquentem de filiofamilias, & nullum ei deinde præbet responsum quare pro ipsius Baldi opinione allegatus in specie reperitur *per Rotam in d. dec.* 284. *n.* 19. *p.* 9. ut sic clarum remaneat Constantinum loqutum fuisse contra communem, nisi dicamus eum loqui ad terminos Statuti Urbis ut postea *sub n.* 156. *&* 157. videtur ad illud se restringere.

Accedat non improbabiliter potuisse Confraternitati, vel Agentibus pro ea innotescere, quod dictus Dominus tunc esset filiusfamilias, quandoquidem in exarata census Scriptura Matthæus eius Pater non fuit suppositus mortuus, sed vivus stanti-

bus

bus illis verbis sub quibus concepta legitur fideiussio „ ibi „ E = per il detto Sig. Giannelli &c. siede, e sta Mallevadore Do= menico di Matteo Romagnoli Fiorentino, che fa Bottega di = fuochi lavorati dalla Piazza del Palazzo vecchio &c. „ non enim fuit a Partibus dictum = Domenico del quondam Matteo „ ut alias ad indicandam Patris mortem dictio huiusmodi, vel alia consimilis in instrumentis semper apponi solet. Vanum propterea in his terminis esset allegare credulitatem, quod alter contrahens esset Paterfamilias ut *per Manént. dec.* 71. *n.* 6. *Palm. Nep. allegat.* 351. *n.* 26. *Rot. cor. Peutinger. d. dec.* 106. *n.* 10. *&* 11. *dec.* 151. *n.* 16. *& cor. Ottobon. d. dec.* 16. *n.* 9. *&* 12. quarum aliquæ sunt repetitæ post *Zacch. de obligat. Cameral. dec.* 183. *n.* 5. *&* 7. *& dec.* 184. *n.* 7. *&* 8. 12

Nec vis aliqua fieri potuit in eo quod per duas, aut tres vices d. Dominicus fructus census solverit, præter quod enim dictæ solutiones factæ fuerunt, dum adhuc vivebat Pater numquam etiam ratificatio intrat nisi fuerit in ratificante probata scientia expressa nullitatis tam in iure, quam in facto consistentis *Card. De Luc. de alienat. d. discurs.* 37. *n.* 13. *Constant. ad Statut Urb. d. annot.* 45. *n.* 158. *usque ad* 162. *Rot. d. dec.* 130. *num.* 21. *& seqq. part.* 16. 13

Porro nullis in casu præsenti concurrentibus coniecturis ex illis, quæ concurrebant in casibus decisionum, quæ superius fuerunt a principio allegatæ, & secundum quas magis urgentes vel minus concludentes Iudices iudicare solent, modo pro validitate, & modo pro invaliditate obligationum factarum per filiosfamilias teste *Card. De Luc. dict. disc.* 374. *n.* 17. *& Constant. d. annotat.* 45. *n.* 142. credidimus absque dubio fuisse locum dispositioni, & regulæ supradicti Statuti, ac reformationis, quod si res etiam per possibile fuisset dubia, adhuc in tali dubietate pro obligationis nullitate fuisset a nobis referendum ex notatis in puncto per *Mel. d. observ.* 30. *n.* 3. *Constant. d. annot.* 45. *n.* 128. 129. *ubi rationem reddit*. 14 15

Et ita &c.

Octavius Vasoli Piccinini Prætor. & Relat.
Hyeronimus Vieri Rot. Aud.

DE-

DECISIO XXX.

PRATEN. TRANSACTIONIS.

Martis 26. Ianuarii 1716. cor. Aud. Hieronymo Vieri

AGUMENTUM.

TRansactio per Laudum emologata annullari nequit nisi concurrat concludentissima probatio falsæ Causæ. Et fortius quando Laudum est „ per via di stralcio „ Et quando Laudum, & Transactio cum solemnitatibus observata diu fuit a Transigentibus.

SUMMARIUM.

1 *Lauda, & arbitramenta a Partibus emologata, & approbata transeunt in naturam veræ, & formalis Transactionis.*
2 *Amplia, quando Partes id expresse dixerunt, & convenerunt.*
3 *Transactio facit de albo nigirum, & parificatur plenariæ reiudicatæ.*
4 *Transactio ex falsa causa est nulla.*
5 *Sed falsa causa concludentissime probari debet.*
6 *Universale includit totum, & opponitur particulari.*
7 *Verbum* restituere *idem significat, quod retro statuere.*
8 *Laudum, seu italice* Aggiustamento per via di stralcio *importat arbitramentum magis liberum, & latum.*
9 *Arbiter supergredi non potest limites facultatis sibi concessæ a Partibus.*
10 *Transactio suffulta solemnitatibus, & per longum tempus observata, non adeo de facili annullari debet.*
11 *Transactionis pro validitate semper in dubio iudicandum est.*
12 *Clausula* nei modi, e nomi *de sui natura repetit qualitatem, ac titulum desuper expressum, & maxime adiuncta dictione* che sopra.
13 *Relationis natura ut referatur ad proxima, & non ad remota.*
14 *Clausulæ in fine positæ referuntur ad omnia præcedentia quando commode potest ad omnia ea referri.*
15 *Voluntas semper metienda est a Potestate.*
16 *Societatis universalis ea natura est, ut pars attinens ad suos respective Authores distribuatur Successoribus.*
17 *Inventarium seu status hæreditarii descriptio, uti plures innote-*

te-

tescant defectus attendendum non est.
18 *Confessio propria superat quodcumque probationis genus.*

EBullientibus pluribus controversiis inter Dom. Philippum, & alios de Desiis, uti donatarios Antonii pariter de Desiis eorum patrui ex una, & Dom. Mariam Theresiam, atque Iuliam filias, & hæredes Ioannis de Desiis ex altera Parte; hæ de communi consensu fuerunt subiectæ oculis arbitrio, & arbitramento Ioannis Antonii Hugiens in Civitate Liburni commorantis, qui sub die 21. Martii 1697. suum protulit Laudum, solemniter ab utraque Parte postea emologatum sub die 17. Aprilis subsequentis.

Ast opinans eadem D. Maria Theresia altera ex prædictis sororibus, quod præfatum Laudum & successiva emologatio, sive transactio inniteretur falsæ causæ cuiusdam Societatis universalis inter prædictos Antonium, & Ioannem, & iniustitia laboraret, iudicialem descendit in arenam, & coram Supremo Magistratu, intentando opportuna remedia, postulavit Laudum, ac Transactionem, de quibus supra, declarari nullum, ac nullam, læsivum, atque læsivam, & restitui quidquid vigore illorum in præfatos Reos conventos devenerit una cum suis respectivis fructibus, addendo subalternam petitionem, in casu succumbentiæ, medietatis omnium bonorum, quæ olim possidebat supradictus Antonius de Desiis una pariter cum fructibus; nos vero quibus cognitio huius contentionis fuit commissa, ivimus concordes in votum, Laudum, ac Transactionem prædictam omni iure subsistere cum successiva absolutione Reorum a petitis reservatis dictæ Dom. Mariæ Theresiæ iuribus super iis, quæ in subalterna petitione legebantur.

Et quia super articulo læsionis ex capite iniustitiæ eadem D. Maria Theresia non insistebat, stricte ad punctum nullitatis ratione falsitatis causæ deveniendo, profecto nihil in iure nostro tam certum, quam, quod huiusmodi Lauda, & arbitramenta a Partibus emologata, & approbata transeant in naturam veræ, & formalis Transactionis, ut cum plena manu *Urceol. de transact. qu.* 3. *n.* 41. *& seqq. R. P. D. Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 20. *n.* 26. *&* 27. *& disc.* 52. *n.* 30. *Honded. cons.* 61. *n.* 12. *lib.* 1. *Surd. cons.* 447. *n.* 8. *Adden. ad Buratt. decis.* 657. *n.* 9. *Rot. nostr. in Florentina Fideicommissi* 12. *Septembris* 1713. §. *& in omnem casum casum cor. D. meo Aud. De Comiti-*

tibus, *&* *prius dec.* 95. *n.* 36. *cor. Accaris. Rot. Rom. cor. Coccin. dec.* 1731. *n.* 17. *&* *dec.* 1950. *n.* 6. *&* *in rec. dec.* 16. *n.* 38. *par.* 19. Indubitantius, quando Partes id expresse dixerunt,
2 & convenerunt, ut in præsenti; nam tunc intrant vulgati termini. *Leg. ille*, *aut ille* 25. §. *cum in verbis ff. de legat.* 3. Transactio vero, cum finem dissidiis, ac litibus imponat, religiose custodiri debet, & parificatur plenariæ reiudicatæ, cuius
3 indoles est facere de albo nigrum, & aptare, ut nostri dicunt, quadrata rotundis *Valeron. de transact. in proæm. n.* 42. *Urceol. eod. tract. qu.* 4. *n.* 65. *&* *qu.* 68. *num.* 10. *&* *seqq. Card. De Luc. de empt. disc.* 19. *n.* 6. *de cred. disc.* 138. *n.* 6. *&* *de benef. disc.* 51. *n.* 4. *Rot. in Bononien. Transactionis* 16. *Novembris* 1705. §. *Dubium* *&* *seqq. cor. R. P. D. Ansald.*

Et quamvis, ubi falsa causa transactioni viam aperuit, eadem cum omnibus exinde sequutis in nihilum resolvi soleat
4 propter defectum voluntatis Partium emologantium, & Arbitri laudantis, *ad Text. in Leg. si ex falsis* 42. *Cod. de transact.* ac *tradita per Valeron. pariter de transact. tit.* 6. *qu.* 3. *n.* 1. 2. *&* 3. *Urceol. eod. tract. qu.* 96. *a num. pr.* *&* *seqq. Rot. post illum dec.* 45. *num.* 3.

Nihilominus hoc idem concludentissime probari debet ita, ut doceatur præcise motivum Arbitri, & Partium fuisse in
5 laudando, & respective transigendo tali falsæ causæ finaliter innixum, *Urceol. d qu.* 96. *n.* 5. *&* 19. *Rot. cor. Seraphin. decis.* 976. *n.* 1. *&* 3. *&* *cor. Priol. dec.* 409. *n.* 2. *&* *post Urceol. de transact. d. dec.* 45. *n.* 2.

Tantum autem abest, quod ad huiusmodi gradum probationis fuerit deventum per D. Mariam Theresiam, quin potius ex pluribus, Societatem universalem prædictam fuisse causam finalem, & Laudi, & Transactionis, de quibus agitur, penitus excludatur.

Et incipiendo a Laudo (compromissum etenim a neutra ex Partibus fuit exhibitum, & exhiberi non poterat, si vocaliter factum fuit, ut ipsemet Arbiter in subscriptione Laudi testatur) ultra quod illud in tota sui facie, ne verbum quidem de controversa communione universali, in capite secundo literaliter præsefert, quod præfatæ Sorores cedere debeant Fratribus de Desiis Tabernam ad usum Lanienæ cum suis utilibus spectantibus ad Ioannem de Desiis cum certis declarationibus, de quibus ibi, & cum hoc, quod iidem Fratres restituerent prædictis Sororibus capitale positum a Ioanne earum Authore „ ibi „
= con che però essi Signori Andrea restituischino agli Signori
= Eredi il fondo, che vi ha posto detto Sig. Giovanni &c. „

quo-

quomodo enim Arbiter potuit unquam habere præ oculis Societatem universalem inter Ioannem, & Antonium fratres de Desiis, si in præfata Taberna recognovit capitale, sive fundum fuisse proprium, ac peculiare unius ex prædictis Fratribus, nempe Ioannis, eiusque propterea hæredibus restituendum? Neminem quippe latet, nihil magis universali Societati opponi, quam particularis proprietas alicuius rei penes unum tantum, cum universale totum includat, & particulari opponatur secundum adfirmata per *Bart. in Leg. si patruus num.* 9. *&* 10. *C. commun. utriusque iudic. Bald. cons.* 482. *sub n.* 2. *vol.* 5. *Gratian. discept.* 904. *n.* 13. *& seqq. D. And. Calderon. resol.* 29. *n.* 1. *& seqq. De Ros. cons.* 8. *n.* 4. 11. *&* 12. *& num.* 48. *& seqq. R. P. D. Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 50. *n.* 25. *& disc.* 52. *n.* 21. 22. *&* 23. 6

Nullatenus relevante, quod huiusmodi repartitio facta fuerit vice pecuniæ numeratæ, itaut uni data fuerit Taberna cum omnibus utilibus, quæ pariter de cœtero in divisione venire debebant, & alteri totum fundum, sive capitale, ac proinde ex his nullum erui valeat argumentum pro communionis universalis eliminatione, siquidem vis non stat in repartitione, eiusque modo, sed in illa expressione Laudi, quam hic libet repetere „ restituischino agli Signori Eredi il fondo, che vi ha = posto il detto Sig. Giovanni „; Si enim omnia, & singula bona inter Ioannem, & Antonium erant communia, dici profecto non poterat a sciente huiusmodi communicationem, & in ea constituente, ut prætenditur, fundamentum sui Laudi, quod capitale negocii Laniena fuerit positum ab uno tantum ex prædictis Fratribus, sed ab utroque, & multo minus procedi iniungendo restitutionum, sed potius per viam assignationis, quatenus, restitutio supponit dominium, ac pertinentiam ad eum, cui illa fieri mandatur juxta proprietatem recti sermonis, & significatum verbi *restituere*, de quo in Vocabulario *della Crusca*, cui respondet latinum verbum *restituere*, de quo *Ambros. Calepin. Diction. verb. restituo*, *Simon. Schard. in suo Lexicon. iuridic. verb. restituere* „ ibi „ restituere est, retro statuere „ 7

Clarius etiam ex capite sexto eiusdem Laudi excluditur prætensum suppositum in arbitrio Societatis prædictæ, dum ibi statuitur „ Che detti Sigg. Andrea, e Fratelli non possino mai = più pretendere cosa alcuna sotto qualsivoglia titolo, o colore = dalli detti Sigg. Eredi del Sig. Giovanni Desii, nè dal detto = Sig. Capitano Antonio, nè dei loro respettivi effetti, e be= ni, siansi comuni, propri, o particolari &c. „ Si namque Arbiter mandat renunciari omnibus iuribus, & prætensionibus

super bonis prædictis Ioannis, & Antonii de Desiis „ fiansi co-
= muni, propri, o particolari „ durum est suadere, supposuisse
bona pro communibus, & sub supposito talis communionis universalis
processisse ad Laudum prædictum, cum verba eiusdem
Arbitri aperte pugnent cum hac interpetratione, ac potius sonent
quietare voluisse Partes super præfatis bonis cuiuscumque
sint naturæ, ut ad sensum patet.

Ex toto igitur complexu Laudi satis luculenter apparet
adfuisse ad summum inter prætensiones hanc etiam Societatis
universalis, prout etiam hoc idem suadebatur ex quodam
supplici Libello porrecto per Ioannem de Desiis Serenifs.
Magno Principi Ferdinando ab Etruria gloriosæ memoriæ, &
ex quadam depositione Dom. Roberti Sassoli, qui ad Ioannem
prædictum infirmum accessit, nec non ex proemio transactionis,
sive emologationis præfati Laudi, sed idem Arbiter non
supposuit pro indubitata, ut prætendit D. Maria Theresia, Societatem
universalem; ast positis, ut nostri dicunt, in fasce
omnibus, & singulis prætensionibus utriusque Partis, & bene
perpenso, & considerato toto asse, ac bonis cuiuscumque qualitatis,
& naturæ, voluit elidere, & resecare omnes differentias,
& motiva discordiarum non per viam rigorosi iudicii, sed potius
per viam concordiæ, & æquitativi arbitramenti, quemadmodum
præsefert ipsa intitulatio, sive rubrica eiudem Laudi
8 „ ibi „ Aggiustamento di stralcio fattosi per mezzo di me sot-
= toscritto tra gli Sigg. Eredi del quondam Sig. Giovanni De-
= sii, e gli Sigg. Andrea Desii, e Fratelli „ quæ significat arbitramentum
magis liberum, & latum secundum affirmata in
Florentina Fideicommissi 12. *Septembris* 1713. §. *Absque eo quod
&* §. *seqq. cum* §. *quoniam, licet cor. D. meo Aud. De Comitib.*

Deveniendo ad transactionem, sive emologationem prædictam,
hæc præter repetitionem capitulorum Laudi continet
etiam positivam renunciationem Philippi, & aliorum de Desiis
favore Sororum pro omni, & toto eo, quod potuissent prætendere
ab hæreditate, & patrimonio Ioannis, sicut etiam Antonii
fratruum de Desiis „ tanto come Donatarii universali del
= detto Sig. Capitano Antonio, quanto per qualsivoglia altro
= titolo, e causa pensata, o impensata „ quod alias infra in eadem
transactione replicatur; plane si fit quietatio ex qualibet
causa, & titulo cum ulteriori insuper translatione iurium in
Sorores prædictas, idipsum ostendit controversias Partium non
stetisse intra limites puræ Societatis universalis, sed trascendisse
ad quæcumque cogitata, vel incogitata, & eo magis semper
clarescit, quod Arbitrator non processit ulterius prævia certitudine,

dine, ac determinatione super existentia communionis universalis, sed potius, ut supra dicebatur, protulit arbitrium super omnibus hinc inde prætensionibus in folle, sive in fasce, cum Partium expressiones in emologando Laudum importent declarationem eius, quod fuerit in Bancum Arbitratoris deductum ad stabilita per *Rot. decis.* 2142. *num.* 9. *cor. Coccin.* & ipse facultatem consequatur a Partibus, nec supergredi valeat illius limites, *Leg. Pedius* 7. *in fine*, *&* *Leg. non distinguemus* 37. §. *de officio*, *&* *ibi gloss. in verbo cautum est Bartol. Bald. Odofred. & Alteric. ff. de recept. arbitr. Pigant. ad Statut. Ferrar. rubr.* 22. *de compromiss. inter coniunct. n.* 74. *Constant. ad Stat. Urb. Annot.* 20. *n.* 236. 238. 274. *Osasc. dec. Pedemont.* 39. *n.* 5. *D. meus Aud. De Comitibus dec. Senen.* 2. *n.* 3. *&* *seqq. Rot. dec.* 515. *&* *dec.* 553. utrobique *n. pr. par. pr. rec.* quæ sunt repetitæ *cor. Buratt. dec.* 14. *&* *dec.* 29. 9

Et hæc, quæ pro exclusione supradictæ prætensionis Dominæ Mariæ Theresiæ conspirant, roborantur ulterius ex eo, quod eadem super illa quærit fundare suam intentionem pro annullatione, & cassatione Laudi emologati, sive transactionis omnibus necessariis solemnitatibus suffultæ cum interventu Auditoris Domini Gubernatoris Liburni, & per longum spatium sexdecim, & amplius annorum religiosissime observatæ, & quæ non impugnatur per fratres de Desiis, qui prædictam societatem universalem prætendebant, ac promovebant; In his quippe circumstantiis non adeo de facili præberi debent aures huiusmodi petitionibus, ut tandem sit aliquis finis litibus, aliquis fructus transactionum, & possessorum securitas ad ea, quæ habet, *Urceol. dec.* 7. *n.* 5. *&* 6. ac perbelle *D. meus Aud. de Comitib. in Florentina Fideicommissi de Capponibus Martii* 12. *Sept.* 1713. §. *pen.* 10

Præcipue, quia saltem negari non potest, quod ex hactenus deductis, & tota massa negocii inspecta, dubium non existat, an arbiter progressus fuerit sub supposito societatis universalis, vel ad summum omnes prætensiones, tanquam tales in folle composuerit, quod pariter sufficeret, ut ex capite prætensæ falsitatis causæ laudum, ac transactio, de qua res est, annihilari non posset, cum pro ea in dubio semper sit pronunciandum per *text. in cap. finem litibus*, *&* *in cap. venerabilis de dol. & contum. & in cap. ius gentium de re iudic. & in cap. constitutis de procurat. Urceol. de transact. quæst.* 2. *num.* 39. 40. *&* 41. *Rota Senen in Senen. Immissionis* 7. *Septembris* 1708. *seu decis.* 45. *num.* 16. *coram Domino meo Audit. de Comitibus*, *&* *Rot. Roman. decis.* 6. *num.* 16. *inter recollectas ad Card. de Luc. de fideicomm.* 11

Quibus, ut supra, constabilitis, non resistit, quod in procmio præfatæ transactionis legatur, quod Rei conventi „ „ pretendessero spettare a loro la metà di tutti gli effetti, e di „ tutto il patrimonio da d. Sig. Gio. lasciato, come acquistati, e „ mantenuti nella società di tutti i beni contratta fra detti fratelli „ già da molt' anni addietro, e fin' al presente continuata „ qua stante prætensione, iidem Rei conventi requisivissent præfatas DD. Sorores de calculo, & statu negocii Ioannis de Desiis, cui repugnantes sorores prædictæ, obtulissent prædictis Reis summam petiarum 25000. quod deinde recusatam dederit causam recursui, & compromisso in personam Dominis Ioannis Antonii de Hugens, quid enim, inquit, Dom. Maria Theresia, hinc inde disputatur, an factum fuerit compromissum, & laudum, & emologatio emanaverit sub suppolito societatis universalis, dum literaliter hoc legitur in proemio eiusdem emologationis- præsertim quia, & supradicta oblatio petiarum 25000. fuit fa, cta „ per tutto quello, che potessero pretendere (sunt verba „ eiusdem transactionis) e se gli spettassero nel patrimonio „ suddetto, e nei mm. e nn. che sopra „ quæ clausula „ nei „ modi, e nomi „ de sui natura repetit qualitatem, ac titulum desuper expressum, scilicet, communionis universalis maxime propter adiunctum illius dictionis „ che sopra „ repetitivæ, & relativæ præcedentium cum suis qualitatibus *August. Barbos. tract. var. de dict. usufreq. dict.* 451. *n.* 1. *&* 2. *Gratian. discept. for. cap.* 621. *n.* 28.

12

Quoniam respondebatur non negari, quod per Andream, & alios fratres de Desiis fuerit suscitata prætensio societatis universalis, sed eadem prætensio non fuit admissa per Dominas Sorores pariter de Desiis, ut ex ipso proemio transactionis „ ibi „ al che esse non condescendendo offerissero &c. „ licet pro se redimendis a vexationibus etiam ex dicta causa prædictam oblationem fecerint, ac propterea nunquam potuit Arbiter eamdem societatem universalem supponere, ac sub tali supposito progredi ulterius, ad quid, & quantum esset unicuique parti distribuendum, quemadmodum, ut alias dictum est, Domina Maria Theresia substinet, atque contendit, & semper magis, atque magis confirmatur, eumdem arbitrum omnes hinc inde controversias considerasse, & exinde abstraendo a determinatione potius unius, quam ulterius differentiæ, & non declinando neque ad dexteram, neque ad sinistram processisse ad æquitativum, & pacificum regulamentum, de quo res est, ut late supra inculcavimus.

Ne-

Neque valuit replicatio, supradicta verba „ al che esse = non condescendendo „ referenda non ad societatem universalem, neque idcirco illius contradictionem importare, sed ad petitam traditionem calculi, & status Ioannis de Desiis, cui proxime adnectuntur „ ibi „ e che perciò fattane penetrare = alle prenominate Signore Eredi, richiedessero le medesime a = volerle dare il calcolo, e stato liquido di tutto il negozio, = ed azienda di d. Sig. Gio. loro Padre, e Zio respettivamen- = te dei medesimi, al che esse non condescendendo offerissero = &c. „ secundum solitam naturam, atque indolem relationis, quæ ad proxima, & non ad remota refertur per *text. in Leg. si idem* 11. §. *final. & ibi Gloss. verb. eorum sententiam ff. de iurisdict. omn. ind. Rot. dec.* 99. *num.* 11. *post Zacch. quæst. medico legal. tom.* 2. *& cor. Cels. dec.* 232. *n.* 11. *& coram Bich. decis.* 337. *n.* 7. 13

Cum etenim prius legatur prætensio Reorum conventorum super universali communione bonorum, pro cuius effectu devenctum fuerat ad petitionem calculi, & status prædicti Ioannis de Desiis, verba illa „ al che esse non condescendo „ idest „ = non consentendo non corcordando „ ut explicat Vocabularium *della Crusca* verb. *condescendere*, referri non valent ad nudam petitionem calculi præfati, sed ad totum complexum, prout includens, & calcui eiusdem postulationem, & prætensionem societatis universalis complicatam, & connexam, & non oppositam in omnino separato, ac remoto capitulo, ut potius adaptetur regula de clausula in fine posita, quæ refertur ad omnia præcedentia, quando commodissime potest ad omnia ea, ut hic referri, sicuti cum plena manu *August. Barbos. tract. varior. de claus. usufrequen. claus.* 70. *n.* 1. *& seqq. Card. de Luc. disc.* 19. *n.* 4. *& seqq. de tut. & curat. Rot. dec.* 633. *num.* 18. *part.* 18. *rec.* 14

Minus officit, quod in mandato procuræ ad transigendum facto in persona Andreæ de Desiis Liburni commorantis per Iosephum, & alios fratres pariter de Desiis in Civitate Prati existentes sub die 10. Aprilis 1697. = legantur hæc formalia verba = causa, & occasione dividendi cum dictis DD. Hæredibus bo- = na relicta a dicto Dom. Ioanne Desii earum Patre spectantia = pro medietate dicto Dom. Capitaneo, & supradictis Dom. = constituentibus Donatariis eiusdem ob universalem communio- = nem inter præfatum D. Ioannem, & D. Capitaneum Anto- = nium eius fratrem sequutam &c. = & infra = Item ad cedendum = omnia, & singula iura ex causa prædictæ universalis commu- = nionis contra bona relicta a prædicto Dom. Ioanne Desii =

 ideo-

ideoque non potuerit in successiva transactione agi, nisi cum supposito Societatis universalis, prout cum tali supposito concessæ fuerant facultates in prædicto mandato procuræ, metiendo, ut semper faciendum est, voluntatem a potestate, iuxra illud Legale principium, de quo *Card. De Luc. de cred. disc.* 71. *n.* 7. *&* *de fideicom. disc.* 172. *n.* 5. *&* *in specie Rot. dec.* 351. *n.* 13. *part.* 16. *rec.*

15

Eadem quippe facilitate labescit, dum hoc probat dumtaxat, quod fratres absentes, & Andreas præsens intendebant dividere sub prætextu huiusmodi communionis universalis, quam promovebant, sed non exinde infertur, quod hoc idem admiserit alia Pars, nimirum Sorores de Desiis, & Ioannes Antonius Arbiter, qui etiam suum protulit Laudum per plures dies ante celebrationem præfati mandati, quin potius, ut supra dictum est, ipsæmet Sorores aperte contradicebant, & Arbiter, ne verbum quidem de Societate universali, & capitula, vel illi repugnantia, vel eam ad summum cum aliis prætensionibus in pura linea simplicis prætensionis complicantia apposuit, & super toto cæpit resolutionem per viam, ut nuncupavit „ di aggiustamento = di stralcio . „

Denique Dom. Maria Theresia insinuare conabatur suppositum, de quo supra, Societatis universalis ea ratione, quia quantitas petiarum 30000. cum aliis per Arbitratorem favore præfatorum fratrum, de Desiis relaxatis attingerent circumcirciter patrimonii supradicti Ioannis medietatem, ac si hoc succedere minime valuisset, nisi in hypothesi communicationis omnium bonorum inter eumdem Ioannem, & Capitaneum Antonium de Desiis, cuius vigore deinde solet successoribus Pars ad suos respective authores attinens distribui ex animadversis per *Gratian. discept.* 643. *n.* 9. *Felic. de societ. cap.* 12. *n.* 21. *R. P. D. Ansald. de commerc. & mercat. d. disc.* 52. *n.* 8. 9. *&* 10.

16

Verum (præterquam huiusmodi indicium est valde æquivocum, & æque aptabile ad casum, in quo supposita non fuerit sæpe dicta communio) ad probandum assumptum prodivit in scenam quidam status hæreditarius firmatus per dictas Dominas Mariam Theresiam, & Iuliam Sorores de Desiis ad effectum regulandi legitimam, quæ prætendebatur ab aliis Sororibus, & ex earum persona a Monasterio S. Clementis Civitatis Prati, quique status pluribus scatebat defectibus, quia non fuerunt descriptæ pecuniæ relictæ per eumdem Ioannem, neque capitale sive fundus negocii Drogheriæ ad ipsum spectantis nec minus utilia eiusdem negocii, ideoque Domini nullum super eo stabile fundamentum constitui posse crediderunt, quemadmodum in simi-

milibus respondit *Rota nostra in Florentina fideicommissi de Bartolinis* 1. *Iulii* 1712. § *Profecto & seqq. coram me*. 17

Facilius, quia ipsamet Domina Maria Theresia respondendo positionibus factis in hac causa per fratres de Desiis ad octavam continentem = come gli effetti, crediti, contanti, mercan- = zie, ed altro ritrovato alla morte del detto Sig. Gio. Desii = ascendeva a sc. 100. mila, e più „ dixit „ non sapere, per = non essere ancora appurato lo stato della eredità di detto Sig. = Gio. Desii, Padre di detta Sig. Rispondente = frustra quippe fundamentum iacitur per dictam Dom. Mariam Theresiam super statu hæreditario Ioannis firmato occasione præfatæ legitimæ Monialium, dum ipsamet ingenue hodie fatetur non habere illum pro bene firmato, pro ut in substantia sonant ea verba = per non essere ancora appurato lo stato &c. = cum de cætero nulla maior probatio dari possit, quam propria confessio *ad text. in cap. per tuas §. Quia vero de probat. & in Leg. cum precum C. de liberal. caus. in Leg. cum tela* 2. *C de transact. & in Leg. generaliter C. de non numer. pecun. & adnotata per Angel. de confess. lib* 3. *qu.* 11. *n.* 75. *Rot. dec.* 115. *n.* 31. *&* 32. *coram Priol. & dec.* 14. *n.* 7. *& dec.* 53. *n.* 3. *vers. & nulla coram R. P. D. meo Ansald.* 18

Et ita, levioribus omissis, responsum fuit utraque &c.

Manilius Urbani Rotæ Audit.
Iacobus de Comitibus Audit.
Hieronymus Vieri S. R C. Aud. & Rel.

DECISIO XXXI.

FLORENTINA MELIORAMENTORUM.

Die 28. *Septembris* 1728. *cor. Adv.* IACOBO AGNINI.

ARGUMENTUM.

PActum amissionis Melioramentorum locationi ad breve tempus adiectum, ubi conductor per biennium deficiat in solutione pensionis, est prorsus invalidum, non attento quod agatur de melioramentis modicis, cum in materia locationis præsertim ad breve tempus locum non habeat distinctio inter modica, & magna, & non attentis aliis levioris ponderis exceptionibus, quæ in hac

hac Decisione referuntur, atque refelluntur, sed etiam seclusa dicti pacti invaliditate, locus non est devolutioni melioramentorum, vel ubi non sit plene probata caducitas, vel quatenus probata, saltem remissa præsumatur ex recepta solutione pensionis absque iurium reservatione post denunciatam caducitatem, & ex longa locatoris acquiescientia. In omnem tamen casum, non est deneganda conductori moræ purgatio, quæ indistincte competit, tam si dictum pactum consideretur de per se, & a contractu locationis seiunctum, quam si sumatur tanquam pars, & sequela locationis ipsius.

SUMMARIUM.

1 *Probationis onus penes illum residet, contra quem stat expressa conventio.*
2 *Presertim si adversarius sit Reus, & Possessor.*
3 *Pœna adiecta dationi quantitatis, exigi nequit, ultra id quod interest.*
4 *Lex imposita dicitur rebus non verbis.*
5 *Pretium sponsionis est illicitum, si sit excessivum.*
6 *Sponsio quid sit.*
7 *Pœna quæ dicatur.*
8 *In casu culposæ caducitatis emphyteuta amittit melioramenta modica non vero magna.*
9 *Distinctio inter melioramenta modica, & magna ad effectum caducitatis, locum habet in emphyteusi, non iam in locatione, præsertim ad breve tempus.*
10 *In locatione attendi debet qualitas offerentis, non quantitas materialis oblationis.*
11 *Pactum quod conductor teneatur ad expensas necessarias pro manutentione, nec illas possit durante locatione repetere est insuetum in locatione ad breve tempus.*
12 *Locator de iure tenetur conductori reficere melioramenta necessaria.*
13 *Pactum quod omnino deferatur libro scribentis est invalidium.*
14 *Et contrarium vix receptum est in libris mercatorum.*
15 *Sed quatenus valeat, id intelligitur, ubi aliunde validis adminiculis scripturæ veritas comprobetur.*
16 *Ad evitandam caducitatem reo, & possessori sufficit, si dubitetur an solutio facta fuerit ante intimatam disdictam.*
Locator agens ad caducitatem tenetur probare solutionem factam non fuisse debito tempore. Ibidem.
17 *Intelligitur remissa caducitas, per receptionem pensionis absque iurium reservatione.*

18 *Vel*

18 *Vel si locator post denunciatam caducitatem, diu tacuit.*
19 *Purgationis moræ remedium est conductori concedendum.*
20 *Quod etiam conceditur in omnispecie contractus, ubi nihil damni alter contrahens senserit.*
21 *Pacto contrario non obstante.*
22 *Et signanter in contractu quoque donationis, si devolutio adiecta est non per modum expressi pacti resolutivi, sed tamquam pœna.*
23 *Pœna pecuniaria non exigitur ultra id quod interest.*
24 *Locator potest locationi renuntiare, etiam ea durante, si conductor pensionem non solvat.*
25 *Locus est beneficio purgationis moræ, quoties deficit pactum resolutivum, vel alia caducitatis conventio.*
26 *Contra caducitatem in dubio est pronunciandum.*
27 *Præcipue si locator plene non probet locum esse convento pacto caducitatis.*
28 *In dubio favendum est conductori qui tractat de vitanda amissione melioramentorum, eique sufficit vincere per non ius actoris.*
29 *Sed si exceptionem proponat ad effectum cogendi locatorem ad implementum contractus, illam plene probare debet, & caducitatem excludere.*
30 *Quis nequit eo contractu iuvari, quem non probat se plene adimplevisse.*
31 *Iniquum est, quod quis cum aliena iactura locupletetur.*
32 *Pacta omnia sunt servanda nisi a legibus probibeantur.*
33 *Limita si iniquitatem redoleant.*
34 *Melioramenta necessaria reficienda sunt iuxta illud quod probatur impensum.*
35 *Melioramenta necessaria facienda sunt a locatore non a conductore.*
56 *Procurator est omnino indemnis servandus.*
37 *In refectione melioramentorum utilium electio est locatoris refundendi quod minus est inter impensum, & melioratum.*
38 *In melioramentis voluptuariis non datur refectio, sed tantum abrasio si fieri possit sine detrimento rei melioratæ.*
39 *Limita si agatur de domo locationi destinata, cum tunc reficienda sint ad instar utilium in eo quod est minus.*
40 *Melioramenta etiam voluptuaria reficienda sunt possessori bonæ fidei.*

IN Apoca conscripta inter D. Artium, & Medicinæ Doctorem Iacobum Biscioni Locatorem Domus, & Iacobum Marconi Conductorem ad triennium præ ceteris continebatur pactum singulare, ut Conductor „ possa sullogarla in tutto = o in parte a chi più gli piacerà, e parerà, e deva fare = in essa casa tutte le spese necessarie per il mantenimen- = to della medesima, e possa farvi tutti quegli acconcimi, e mi- = glioramenti tanto utili, che voluttuari, che al medesimo pa- = reranno, e piaceranno senza poterne pretendere rimborso, sal- = vo che nel caso, che dal detto Sig. Locatore, suoi Eredi, e = successori venisse disdetta la detta Casa, nel qual caso con- = vennero, e convengono, che detto Sig. Dottor Biscioni Lo- = catore, e suoi devono rifondere, e pagare liberamente a detto = Marconi Conduttore, e suoi &c. tutto quello, che il medesi- = mo mostrerà avere speso in miglioramenti, e mantenimenti = ancor voluttuosi in detta casa, da doverne tener nota in un = quadernuccio tale quale &c. a cui le Parti suddette concor- = dorno, e concordano doversi stare. E con patto ancora, che = facendo tanto debito di pigione, che importi due annate non = possa repetere detti mantenimenti, e miglioramenti, ancorchè = seguisse la disdetta per parte di detto Sig. Locatore. =

Cum autem post sexennium ab incepta locatione D. Biscionius denunciari curasset Conductori = Che prontamente lasciasse = in tronco la casa locatagli, assieme con ogni miglioramento = da esso fattogli per non aver pagato, e pagare la dovuta pi- = gione = contradicente Marcono, a præclarissimo Magistratu Conservatorum Legum, Partibus consentientibus, meum suffragium requisitum fuit, atque assumpta disputatione, scribentibus hinc inde doctissimis huius Curiæ Advocatis, fui in voto reficienda esse Conductori Melioramenta, non tamen ad limites expensi, ut conventio ferebat, sed prout de iure æstimari debuissent. Quæ sententia a Partibus non impugnata vires rei iudicatæ accepit. Verum dissidium deinde ortum inter Partes circa modum liquidandi Melioramenta, in causa fuit, ut super utroque capite oportuerit edere rationes decidendi, ex quibus Sapientissimi Iudices, quibus liquidatio commissa est, deprehendere valeant quid, & quantum, & ex quibus fundamentis reficiendum esse censuerim.

Certum etenim erat, quod cum Locator sponte renunciaverit locationi iuxta litteram pacti, tenebatur etiam reficere prætium melioramentorum. Haud refragante quod attenta mora commissa in

in solutione pensionis biennalis intraret facultas concessa Locatori disdicendi locationem absque refusione melioramentorum, quia cum onus esset Locatoris agentis, plene, ac concludenter probare evenisse casum, quo poterat impune fieri disdicta absque refusione melioramentorum, dum e contra pro Marcono stabat conventio expressa, quæ in Adversarium refundebat onus plenæ probationis *Paulut. dissert. 65. n. 65. & seqq. Bonden. collect. legal. 35. n. 111. & seqq. vol. 1. Tranchedin. consult. 51. n. 25. Ameresc. de maiorat. par. 1. quæst. 1. n. 362. & seqq.* Præsertim cum ipsemet Marconus esset Reus, & Possessor *Bonden. collect. legal. 30. n. 1. & seqq. vol. 2.* Hinc proinde diu multumque examinato articulo caducitatis ob non solutam pensionem, in qua Actor nitebatur, visum fuit eamdem caducitatem tot exceptionibus convelli, ut nullum satis tutum fundamentum super eadem constitui posset. Præcipue ad effectum odibilem, ut Locator locupletaretur cum iactura alterius lucrando melioramenta absque refusione impensarum, cuiusmodi pacta adeo invisa semper fuerunt, ut in toto iure nostro nihil frequentius legatur, quam conclusiones, quibus eorum vis perstringitur, & coarctatur. 1 2

Prima autem exceptio mihi depromi videbatur ex eo, quod satis ambigi poterat de validitate pacti. Cum etenim amissio melioramentorum adiecta esset casui, quo conductor deficeret per biennium in solutione pensionis, nimium dubitabam nos versari in præciso casu pœnæ adiectæ dationi quantitatis, quæ iuxta receptissimam regulam exigi non potest ultra id, quod interest ad tradita per *Caball. res. crim. cas. 226. n. 2. & seqq. Saminiat. contr. 147. n. 18. De Luc. de locat. disc. 17. n. 12. de camb. disc. 17. n. 6. & de legit. disc. 35. n. 25. Sperell. dec. 131. n. 6. & seqq. Barz. dec. 33. n. 16. & seqq. Barbos. vot. dec. lib. 3. vot. 126. n. 263. & seqq. Pacion. allegat. 170. n. 1. & seqq. Paolut. dissert. 96. n. 92.* 3

Et quidem merito, quia, cum de Iure Canonico non liceat ex solo tempore tardæ solutionis usuras stipulari, nimis lata via aperiretur fraudibus, si quod stipulari non licet nomine usurarum ob moram commissam a debitore, permissum esset nomine pœnæ, quo pacto lex imposita diceretur verbis, & non rebus contra regulam, de qua *Cyriac. contr. 104. n. 21.* 4

Quin immo Sacri Canones longe deteriorem reddidissent conditionem debitoris, si prohibita præstatione usurarum, quæ de iure Civili, ut maximum, erant centesimæ, intactam reliquissent facultatem stipulandi pœnam, quæ, ut contingit in casu nostro in immensum excedit integram summam, cuius solutioni mora facta prætenditur. Et

Et quamvis doctissimus Actoris Advocatus præsentiens vim obiecti triplici replicatione conaretur vindicare eiusdem pacti validitatem, singulas tamen ad trutinam revocatas in iudicando minime attendi posse censui.

Prima etenim replicatio, quod in præsenti pactum dici posset sponsio omnino permissa, admittenda non videbatur, tum 5 quia etiam in his terminis pretium sponsionis fuisset nimium excessivum, *De Luc. de empt. disc.* 54. *n.* 6. *&* 7. *& de usur. disc.* 3. *n.* 11. *& disc.* 36. *n.* 8. sed fortius, quia extranei erant ab hoc casu termini sponsionis, quæ solum contrahitur, ubi inter aliquos in eventum alicuius casus fortuiti sive alterius 6 eventus a facto tertii pendentis aliquid deducitur in stipulationem, cuius rei adsunt plura exempla apud *Santern. de assecurat. par.* 2. *n.* 1. *& seqq. Scacc. de commerc.* §. 1. *qu.* 1. *n.* 95. *Pacion. alleg.* 197. *n.* 12. *& seqq. Rocc. de assecurat. notab.* 73. *n.* 269. *& seqq. Post. tom.* 2. *respons.* Et propinquius in assecuratione Navium, de qua *Rocc. ubi supra n.* 1. *Illustriss. D. Aud. Casareg. de commerc. disc.* 1. *per. tot.* sed quoties ob solutionem non 7 factam ab altero ex contrahentibus, quæ pendet ex ipsius voluntate aliquid exigitur, id vere dicitur pœna, ut in puncto probant *Caball. d. cas.* 226. *n.* 2. *cent.* 3. *Leotard. de usur. qu.* 38. *n.* 6. *& seqq. Ricc. collect. dec.* 1073. *Sperell. dec.* 131. *n.* 5.

Nec maioris momenti erat altera, quæ deducebatur ex dilemmate, quod vel melioramenta, de quibus agitur sunt voluptuaria, & hæc non repetuntur, sed tantum permittitur abrasio, & si sint magna non repetuntur tanquam excessiva, & onerosa Locatori, si vero sunt modica liceat impune pacisci de eorum amissione in casum caducitatis ob pensionem non solutam; siquidem obiectum, nec in iure, nec in facto videbatur subsistere.

In facto, quia ita prætermittebantur melioramenta necessaria facta a Conductore, quæ etiam subiacebant pacto devolutionis, licet quoad ipsa non intrarent conclusiones allatæ quoad utilia, & voluptuaria.

Deinde quoad utilia, auctoritates, quæ allegabantur procedebant, quoties ageretur de melioramentis excessivis, quibus ita oneratur Locator, ut ob impotentiam reficiendi, rem dimittere, aut vendere cogatur, de quo in facto neutiquam docebatur cum solum in genere constaret ea esse magna, quæ procul dubio idem non sunt, ac excessiva, dum hoc pacto ridicula redderetur conclusio alias receptissima, ut etiam in casu culposæ caducitatis emphiteuta amittat melioramenta modica; non vero magna, prout firmant *Amat. resol.* 14. *n.* 33. *& seqq. De Luc. disc.*

disc. 71. *n.* 3. *alter De Luc. de lin. leg. ar.* 22. *n.* 5. *vers. si tamen*, *&* *in observ. ad Francb. decis.* 191. *n.* 2. *&* *ad Gratian. discept.* 934. *n.* 2. *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 2. *n.* 16. *Gizz. ad Capic. Latr. dec.* 120. *n.* 9. *&* *duob. seqq. Mansrell. in eamd. dec. n.* 9. Et Dominus directus impune lucraretur, tam modica, quam magna; modica ex dispositione iuris, magna vero tamquam excessiva.

Sicuti verum non erat, quod melioramenta modica etiam ex dispositione iuris amitti possent, quia nec probabatur huiusmodi modicitas, quæ a legibus non præfinitur; Et quatenus probaretur regula super eorum amissione utique recepta est in contractu emphiteutico, in quo iuxta regularem eius indolem multa commoda percipit emphiteuta, quæ sunt pretium adæquatum huius damni, nam emphiteusis nedum datur ad longissimum tempus, sed ut plurimum cum modico canone, non correspondente fructibus in recognitionem dominii, ut proinde modica melioramenta, quæ amittit emphiteuta satis superque compensentur ex uberiori fructu rei, cuius contrarium est in locatione, quæ nedum fit pro canone fructibus correspondente: sed quod plus est resolvitur, vel durat ad breve tempus, & (prout in casu nostro) resolvi poterat arbitrio Locatoris, ac proinde, cum in hac locatione cessent omnes rationes, ex quibus caducitas melioramentorum permittitur in emphitheusi, merito nunquam admissa fuit hæc distinctio inter melioramenta modica, & magna, ut videre est penes *Rotam nostr. cor. Illustriss. D. Aud. de Casareg. in Florent. Meliorament.* 22. *Augusti* 1719. §. *Attamen cum seqq.* 9

Fortior, ac maiori animadversione digna videbatur exceptio, quod scilicet, pactum devolutionis, cum omnibus melioramentis esset correspectivum aliis pactis adiectis favore Conductoris; Cuiusmodi erant locatio pro annua summa scutorum duodecim, pactum reficiendi melioramenta iuxta id quod fuisset expensum, & alterum, ut de hac impensa standum esset libro Conductoris.

Verum singula perpendendo non potui captivare intellectum, ut vel ex dispositione iuris, vel ex voluntate Partium, id reputari posset pretium coæquale, & adæquatum, quo salvari possit ab iniustitia huiusmodi conventio.

Quod enim Domus fuisset concessa minori pretio, quam vere locari potuisset aliunde non probabatur, quam ex quibusdam Apocis locationis minime recognitis, quas nec constabat fuisse initas, nec fuisse adimpletas mediante punctuali solutione, quæ precipue attendi debet ad hunc effectum, dum non

quantitas materialis, oblationis, sed qualitas offerentis attendi
10 debet, *Post. de subbast. inspect.* 35. *n.* 158. Præcipue in locationibus Domuum huius speciei, quæ locari consueverunt per appartamenta pauperibus quotidiano labore sibi victum quærentibus, & ægre solventibus, ut docet experientia, qui proinde sæpius non soluta pensione dimittunt domum, atque, ne in totum amittatur opus est Locatori pro eadem singulis mens. urgere, ac minutatim exigere; Et si quid damni domui inferant, nihil habent, unde sarciri valeat, cum e converso Marconus modernus Conductor totam Domum conduxisset, atque utpote de officio a Principe provisus, satis pro qualitate rei dives esset, & ulterius conveniret de faciendis melioramentis, quorum pretium stabat loco cautionis pro securitate exigendæ pensionis ac deteriorationum, quas Domus pateretur.

Præterea ex aliis pluribus circumstantiis prorsus profligata remanebat huiusmodi correspettivitas. Primo scilicet, quia conventio circa melioramenta erat incerta tam in substantia, quam in quantitate cum penderent ab arbitrio Conductoris, adeoque pactum de illis non reficiendis in casu caducitatis dici nequit pars pretii, quia ita Locator pro certo damno, ac diminutione pensionis recepisset spem caducitatis melioramentorum, quæ pendebat a libera potestate alterius Partis, in cuius arbitrio erat, vel nulla melioramenta facere, vel solvere pensionem, & impedire caducitatem; Et quamvis exadv. insisteretur etiam hoc ipsum pactum his conditionibus subiectum aliquale pretium mereri, id tamen nec in facto probatum fuit, quale esset, & in iure videbatur nulla lege, nullave auctoritate statutum in tali summa, quæ posset attendi ad effectum, de quo agitur.

Secundo, quia, si quæ considerari poterat diminutio pretii consuetæ pensionis, hæc satis superque compensata remanebat ex longe meliori qualitate conductoris, ex faciliori exactione pensionis, quæ tota ab uno, & pro rei qualitate locuplete exigi debebat, & ulterius ex adiecta conventione, ut ipse conductor omnino teneretur expendere pro melioramentis necessariis, pro manutentione domus, quorum refusionem prætendere non posset durante locatione, quod certe pactum omnino inu-
11 sitatum in locatione ad breve tempus *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 4. *n.* 19. *& seqq.* mihi videbatur satis superque compensare quidquid potuerit remittere conductor de pensione.

Demum, quod mihi maxime stringere videbatur, illud erat, quod hæc qualis qualis diminutio canonis nihil æstimari poterat in contingenti, in quo solum triennium præfixum erat locationi, quo elapso licebat locatori pro arbitrio conductioni

re-

renunciare. Quo igitur pacto considerari poterat congruum pretium amissionis melioramentorum diminutio pensionis, qua utilitate conductor carere poterat arbitrio locatoris statim post elapsum triennium, itaut si eo tempore locator videns domum melioratam renunciasset locationi, conductor vix percepisset scuta quatuor aut sex, & e converso careret pretio melioramentorum.

Non absimili negotio diluebatur pactum reficiendi melioramenta iuxta impensum, non vero in eo quod est minus. Etenim quoad melioramenta necessaria nihil conventum fuerat, quod de iure fieri non debuisset, iuxta receptam, & veriorem conclusionem, de qua *Pontirol. in resp. pro Mambel. impress. post Summ. Saboll. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 483 *Nigr. de except. cap.* 8. §. 14. *num.* 12. *Posth. resolut.* 44. *num.* 30. *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 2. *num.* 81. & §. 4. *num.* 19. *Angel. de impens. artic.* 6. *num* 4. *vers. nisi*, relati *per Balducc. tit. de prelat dec.* 7. *num.* 28. & 29. reiecta contraria auctoritate *Rotæ Lucensis dec.* 37. *n.* 32. *apud Balducc. ad Ramon. tit. de prælat.* a qua etiam discessit *Rot.* ut videre est in *dec.* 397. & *dec.* 398. *utrobique num.* 20. *part.* 17. & *dec.* 537. *n.* 11. *part.* 18. & *ad De Luc. de testam. dec.* 65. *num.* 2. & *in Beneventan. Nullit. super Remissoria pr. Iulii* 1707. §. *fin.* & *super retent.* 13. *Februarii* 1708. §. *E converso cor. Scotto*. Et dictum fuit a Supremo Magistratu, *in Causa Fiesoli, e Opera di San Francesco di Pisa referente Dom. meo Audit. Venturino*.

Quo vero ad utilia, & voluptuaria pactum non erat absolute utile conductori, qui repetendo impensam non augebat proprium patrimonium, sed solum ob ademptam locatori electionem solvendi quid minus; diminuebat illud damnum, quod sentire potuisset, ubi impensa excederet utilitatem, & hæc quoque diminutio damni pendebat ab eventu satis incerto scilicet a casu, quo tan fatuus fuisset conductor, ut vellet impendere longe plus quam posset percipere utilitatis, cum evidenti discrimine, quod diuturnum posset esse huiusmodi damnum, dum locator aspiciens refectionem sibi futuram onerosam poterat non renunciare locationi, & sic evitare refusionem; Quibus circumstantiis rite perpensis impossibile mihi videbatur, quod huiusce pacti posse considerari aliquod pretium certum, & determinatum usque a principio, & quod fuisset congruum pacto amittendi melioranenta.

Tandem altera conventio standi libro eiusdem conductoris circa probationem impensi nullius omnino pretii mihi visa fuit, cum certum sit, quod vel est invalida resistente expressa san-

ctione *Text. in Leg. exemplo Cod. de probat.* Itaut contrarium
13 vix receptum sit in Libris Mercatorum, concurrentibus tamen conditionibus late relatis per *Mans. consult.* 389. *n.* 1. *& seqq.*
14 *Adden. ad dec.* 345. *num.* 1. *& seqq. & num.* 45. *& seqq. per tot. part.* 9. *Ansald. de commerc. disc. gener. num.* 110. Vel quatenus subsistat, id tamen intelligitur ubi aliunde validis adminiculis veritas scripturæ comprobetur, quibus concurrentibus
15 de iure communi liber scribentis omni suspicione vacuus admittitur etiam secluso pacto *Paulut. diss.* 51. *n.* 46. *&* 47.

Longius oportuit immorari in examine harum replicationum, quia in his pro parte locatoris nimium insistebatur ad constabiliendam correspectivitatem pacti, qua seclusa eius invaliditas satis evidens videbatur, licet neque in hoc tantum sisterent iura Rei conventi.

Siquidem succedebat aliud fundamentum, quod ab actore, vel non probata plene fuisset caducitas ob defectum solutionis, vel saltem videretur remissa ex recepta solutione.

Quamvis etenim certum sit, quod creditori agenti non incumbit onus probandi negativam solutionis, sed debitor cogitur probare affirmativam, attamen in præsenti ex parte conductoris expressa dabatur confessio locatoris, qui in apoca de recepto conscripta die 8. Ianuarii 1726. testatur se recepisse scuta decem octo, & libras sex *in due partite*, quod ostendit partem dictæ pecuniæ fuisse solutam alia die, & nulla emissa protestatione, unde deducitur validissimum fundamentum, quod ad evitandam caducitatem, & pœnam amissionis melioramentorum exuberat Reo, & Possessori, si dubitetur, an solutio facta fuerit ante intimatam disdictam, ut caducitas dici non posset incursa, cum D. Biscionus utpote actor teneretur probare solutionem factam non fuisse debito tempore *Beniell. cons.* 70. *num.*
16 22. *Actolin. resol.* 8. *n.* 85. *De Luc. de benefic. disc.* 115. *n.* 6. *Urceol. consult. cap.* 1. *n.* 48. *Rot. cor. Emerix iun. decis.* 132. *n.* 2. *& dec.* 405. *n.* 1. *&* 2. *& dec.* 1112. *n.* 4.

Cui præsumptioni maximum robur addebat dictum Testis formiter pro parte Marconi examinati asserentis se de mense Aprilis anni 1726. nunciasse D. de Bascioni Marconum eadem die venturum cum pecunia ad domum eiusdem, & deinde vidisse Marconum reversum absque pecunia, & liberculo, in quo conscribi solet singrapha de recepto, quæ omnia dicebat reliquisse apud D. Biscionum.

Cum itaque certum sit in facto D. de Biscionis recepisse solutionem, sed solum remaneat quæstio circa tempus, dictum testis omnino attendi debet ad probandam circumstantiam temporis. Qua-

Quatenus autem dici potuisset incursa caducitas, adhuc tamen, ex tribus aliis fundamentis evitari videbatur damnum, quod ab eadem profluere posset.

Primum elicitur ex prædicta locatoris confessione, siquidem etiamsi dicendum esset alteram ex solutionibus enunciatis die 8. Ianuarii fuisse factam post sequutam disdictam, attamen exuberaret ad effectum remissionis caducitatis, quoties non probetur ab actore etiam primam solutionem factam fuisse cum reservatione iurium, prout secunda *Gratian. discept. for. cap.* 302. *n.* 11. *Antonell. de temp. legal. libr.* 2. *cap.* 56. *num.* 1. *Barbos. collect. dd. in cap. potuit* 4. *n.* 117. *de locat. Fulgin. de emphit. tit. de alienat. quæst.* 1. *n.* 324. *vers. primus casus*, *&* *de var. caducit. quæst.* 14. *n.* 1. *Hodiern. ad Surd. dec.* 6. *n.* 10. *&* 11. *Paulut. diss.* 62. *n.* 18. *&* 19. *&* *diss.* 65. *n.* 41. *Actolin. resolut.* 34. *n.* 26. 17

Alterum est, quod Locator post denunciatam caducitatem nihil aliud egit, immo permisit Marconum pacifice frui Domo locata, itaut primus actus iudicialis appareat gestus illinc ad quatuordecim menses a die disdictæ, & quidem nec sponte, sed quia Biscionus fuit lacessitus ab ipso conductore, qui fecerat depositum reliquæ pensionis & petierat declarari super non incursu caducitatis; Huius autem taciturnitatis ea est vis, ut sufficiens habeatur ad remittendam caducitatem *De Luc. de loc. disc.* 19. *n.* 13. *vers. alteram*. 18

Tertio urgebat favore Marconi remedium purgationis moræ ab ipso petitum, quodque in hac præcisa materia concedendum esse conductori docent *Text. in cap. potuit de locat. Pacion. de locat. cap.* 45. *n.* 18. Et decidendo tenuit *Rot. Senen. cor. de Comit. dec.* 5. *n.* 1. *&* *seqq.* 19

Imo generaliter in omni specie contractus, quod admittatur purgatio moræ, ubi nihil damni illatum senserit Locator, dilucide firmant *Cyriac. controv.* 129. *num* 27. *Pacion. allegat.* 119. *sub num.* 15. *Iov. de solemnit. in contract. min. gloss.* 11. §. 11. *num.* 119. *&* *seqq. Censal. dec. Lucen.* 34. *num.* 28. *&* *seqq.* *&* *dec.* 36 *num.* 15. ubi etiam non obstante pacto contrario *Thomat. dec.* 201. *num.* 125. *Rot. coram Emerix iun. dec.* 923. *num.* 1. *&* *dec.* 1266. *num.* 1. *Rot. Lucen. apud Palm. dec.* 335. *num.* 17. & reliqui uberrime congesti per *Rot. nostram in Florent. Locationis* 6. *Septembris* 1718. *cor. D. meo Aud. Calderono*. 20 21

Quin relevare videretur replicatio huic fundamento exadverso allata, quod scilicet purgatio moræ non detur, nisi quando agitur de solo lapsu temporis adiecto solutioni faciendæ per modum simplicis expressionis, secus vero, si agatur de pacto

resolutivo alterius pacti, vel contractus ob non factam solutionem certo tempore, adeout auctoritates firmantes dari debere purgationem moræ procedant tantum in primo casu, secus vero in secundo, in quo nos versari affirmabatur ex eo, quod pactum circa melioramenta conceptum esset per verba „ e con = patto ancora „

Quandoquidem pro congrua dilucidatione obiecti distinguendum mihi videbatur duplici modo potuisse considerari controversum pactum devolutionis melioramentorum, aut enim inspici debet de per se, & seiunctum a reliquo contractu locationis, itaut referri non valeat nisi ad donationem melioramentorum in casum non solutionis pensionis, aut vero considerari debet tanquam pars contractus locationis, prout verius mihi videbatur.

Si accipiendum erat pactum in primo sensu, prout exadverso intelligebatur, & tunc intrabat quæstio, an mora in non solvendo canones (ut cuius casu concepta erat locatio) purgari posset celeri satisfactione; in qua quæstione, quidquid incidenter aliqui dixerint, adhuc in præcisis terminis donationis verius, & receptius est; ut quoties devolutio adiecta non est per viam pacti resolutivi expresse initi, sed simpliciter tanquam delictum; dubio procul admittitur purgatio moræ, etiam in contractu donationis, ut doctissime distinguendo unum casum 22 ab altero docet *De Luc. de donat. disc.* 12. *n.* 5. 6. 7. *&* *disc.* 19. *num.* 7. ubi dicit, quod huiusmodi pacta, quæ respiciunt solum interesse pecuniarium habent speciem pœnæ pecuniariæ, quæ non exigitur ultra id, quod interest *Leotard. de usur. quæst.* 23 38. *num.* 6. *cum aliis supra relatis*, & late distinguendo prosequuntur *Samminiat. contr.* 147. *n.* 18. *De Luc. de locat. disc.* 17. *n.* 12. *&* *de camb. disc.* 17. *n.* 6. *Barz. dec.* 33. *n.* 16.

Quæ cum verissima sint in ipsis terminis, in quibus loquuntur DD. nempe Donatarii, qui licet receperit emolumentum donationis cum onere aliquid annuum præstandi, aut implendi, attamen admittitur ad purgandam moram, ut evitet amissionem bonorum donatorum, quæ postquam sunt eidem acquisita, & effecta proprium patrimonium, resolutio contractus dicitur continere damnum, & pœnam, quamvis revera nihil de proprio patrimonio diminuat, sed solum non adimplendo amittat beneficium, ea lege sibi concessum; Quanto itaque fortius huiusmodi æquitas recipi debebat in contingenti, ubi agebatur de purgatione moræ favore eius, qui nedum nihil acquisiverat ab eo, cui implere debebat, sed ex sola mora in solvendo modicam summam subiacere debebat diminu-

nutioni proprii patrimonii, quæ certe species caducitatis, ac moræ est prorsus nova, nec ab ullo tractata, & longe aliter regulanda est, & omni commiseratione digna, præsertim quia donanti nihil prorsus deperibat de proprio iure, sive patrimonio, prout in altero casu, quo donator prohibetur repetere rem suam, sed tantummodo impediebatur nimium suspecta acquisitio, & lucrum alieni patrimonii.

Et quamvis hæc sufficerent adhuc mihi altius pactum introspicienti videbatur illud considerari debere tanquam partem, & sequelam præcedentis conventionis, ac locationis; Partes etenim, quæ convenerant de locatione, & adiecerant facultatem conductori faciendi quælibet melioramenta voluerunt etiam providere circa repetitionem eorumdem in casu finitæ locationis; quamobrem convenerunt, ut, si conductor sponte dimitteret domum amittere deberet pretium melioramentorum, ubi vero è contra Locator amplius perseverare nollet in conductione, teneretur ad eorum refectionem; Quia vero dari poterat casus, quo Locator renunciaret locationi, ea etiam durante, ex quo conductor pensionem non solveret iuxta iuris censuram, de qua plene *Pacion. de locat. cap. 55. num. 1. & per tot.* hinc proinde Partes ad tollendam ambiguitatem, quæ insurgere poterat, an huiusmodi disdicta posset dici procedere a voluntate locatoris, convenerunt de amissione melioramentorum; cuius rei evidens argumentum nobis præstat lectura ipsius disdictæ transmissæ conductori, ac etiam conventionis, in qua non dicitur, quod sola contumacia in non solvendo inducat caducitatem a melioramentis, sed quod etiam si disdicta fiat a Locatore ob non solutam pensionem, locus sit caducitati, æque ac in altero casu, quo conductor ipse sponte recedere voluisset. 34

In his autem terminis cum principalis contractus sit locatio, qua durante Marconus conductor fruitur, & retinet melioramenta a se constructa, conventio vero pensionis sit simplex, & pura „ ibi „ per prezzo di scudi dodici l' anno di pigione da pagarsi ogni sei mesi la rata, che tocca „ nullaque adsit conventio caducitatis, aut pactum resolutivum ipsius locationis in casum non solutæ pensionis, sed solum subintret caducitas præscripta a dispositione iuris contra non solventes, nemine discrepante receptum est, locum esse æquitati inductæ a iure canonico per *Text. in cap. potuit de locat.* ut uno ore docent relati *per Rot. nostram in d. Florent. Locationis 7. Septembr.* 1718. *cor. D. meo Aud. Calderono*, & in altera *Lunen. Sarzanen 22. Septemb.* 1724. *per tot.* & præsertim §. *huiusmodi vero*, & §. *præsertim cor. D. meo Bonsinio iun.* 25

Cum

resolutivo alterius pacti, vel contractus ob non factam solutionem certo tempore, adeout auctoritates firmantes dari debere purgationem moræ procedant tantum in primo casu, secus vero in secundo, in quo nos versari affirmabatur ex eo, quod pactum circa melioramenta conceptum esset per verba „ e con = patto ancora „

Quandoquidem pro congrua dilucidatione obiecti distinguendum mihi videbatur duplici modo potuisse considerari controversum pactum devolutionis melioramentorum, aut enim inspici debet de per se, & seiunctum a reliquo contractu locationis, itaut referri non valeat nisi ad donationem melioramentorum in casum non solutionis pensionis, aut vero considerari debet tanquam pars contractus locationis, prout verius mihi videbatur.

Si accipiendum erat pactum in primo sensu, prout exadverso intelligebatur, & tunc intrabat quæstio, an mora in non solvendo canones (ut cuius casu concepta erat locatio) purgari posset celeri satisfactione; in qua quæstione, quidquid incidenter aliqui dixerint, adhuc in præcisis terminis donationis verius, & receptius est, ut quoties devolutio adiecta non est per viam pacti resolutivi expresse initi, sed simpliciter tanquam delictum, dubio procul admittitur purgatio moræ, etiam in contractu donationis, ut doctissime distinguendo unum casum
22 ab altero docet *De Luc. de donat. disc.* 12. *n.* 5. 6. 7. *&* *disc.* 19. *num.* 7. ubi dicit, quod huiusmodi pacta, quæ respiciunt solam interesse pecuniarium habent speciem pœnæ pecuniariæ, quæ non exigitur ultra id, quod interest *Leotard. de usur. quæst.*
23 38. *num.* 6. *cum aliis supra relatis*, & late distinguendo prosequuntur *Samminiat. contr.* 147. *n.* 18. *De Luc. de locat. disc.* 17. *n.* 12. *&* *de camb. disc.* 17. *n.* 6. *Barz. dec.* 33. *n.* 16.

Quæ cum verissima sint in ipsis terminis, in quibus loquuntur DD. nempe Donatarii, qui licet receperit emolumentum donationis cum onere aliquid annuum præstandi, aut implendi, attamen admittitur ad purgandam moram, ut evitet amissionem bonorum donatorum, quæ postquam sunt eidem acquisita, & effecta proprium patrimonium, resolutio contractus dicitur continere damnum, & pœnam, quamvis revera nihil de proprio patrimonio diminuat, sed solum non adimplendo amittat beneficium, ea lege sibi concessum; Quanto itaque fortius huiusmodi æquitas recipi debebat in contingenti, ubi agebatur de purgatione moræ favore eius, qui nedum nihil acquisiverat ab eo, cui implere debebat, sed ex sola mora in solvendo modicam summam subiacere debebat diminu-

nutioni proprii patrimonii, quæ certe species caducitatis, ac moræ est prorsus nova, nec ab ullo tractata, & longe aliter regulanda est, & omni commiseratione digna, præsertim quia donanti nihil prorsus deperibat de proprio iure, sive patrimonio, prout in altero casu, quo donator prohibetur repetere rem suam, sed tantummodo impediebatur nimium suspecta acquisitio, & lucrum alieni patrimonii.

Et quamvis hæc sufficerent adhuc mihi altius pactum introspicienti videbatur illud considerari debere tanquam partem, & sequelam præcedentis conventionis, ac locationis; Partes etenim, quæ convenerant de locatione, & adiecerant facultatem conductori faciendi quælibet melioramenta voluerunt etiam providere circa repetitionem eorumdem in casu finitæ locationis; quamobrem convenerunt, ut, si conductor sponte dimitteret domum amittere deberet pretium melioramentorum, ubi vero è contra Locator amplius perseverare nollet in conductione, teneretur ad eorum refectionem; Quia vero dari poterat casus, quo Locator renunciaret locationi, ea etiam durante, ex quo conductor pensionem non solveret iuxta iuris censuram, de qua plene *Pacion. de locat. cap. 55. num. 1. & per tot.* hinc proinde Partes ad tollendam ambiguitatem, quæ insurgere poterat, an huiusmodi disdicta posset dici procedere a voluntate locatoris, convenerunt de amissione melioramentorum; cuius rei evidens argumentum nobis præstat lectura ipsius disdictæ transmisse conductori, ac etiam conventionis, in qua non dicitur, quod sola contumacia in non solvendo inducat caducitatem a melioramentis, sed quod etiam si disdicta fiat a Locatore ab non solutam pensionem, locus sit caducitati, æque ac in altero casu, quo conductor ipse sponte recedere voluisset. 34

In his autem terminis cum principalis contractus sit locatio, qua durante Marconus conductor fruitur, & retinet melioramenta a se constructa, conventio vero pensionis sit simplex, & pura „ ibi „ per prezzo di scudi dodici l' anno di „ pigione da pagarsi ogni sei mesi la rata, che tocca „ nullaque adsit conventio caducitatis, aut pactum resolutivum ipsius locationis in casum non solutæ pensionis, sed solum subintret caducitas præscripta a dispositione iuris contra non solventes, nemine discrepante receptum est, locum esse æquitati inductæ a iure canonico per *Text. in cap. potuit de locat.* ut uno ore docent relati *per Rot. nostram in d. Florent. Locationis 7. Septembr.* 1718. *cor. D. meo Aud. Calderono*, & in altera *Lunen. Sarzanen 22. Septemb.* 1724. *per tot.* & præsertim *§. huiusmodi vero, & §. præsertim cor. D. meo Bonfinio iun.* 35

Cum

Cum igitur beneficio purgationis moræ contumacia in non solvendo fingatur, ac si non esset incursa, & consequenter dici nequeat, quod ipsemet conductor causam dederit disdictæ, propterea cessat etiam efficacia pacti circa amissionem melioramentorum, quia verba illa adiecta in pacto „ che facendo tanto debito di pigione, che importi due annate „ intelligitur dummodo huiusmodi debitum tale sit, ut ex eo locator procedere potuerit ad disdictam iuxta facultatem sibi a lege tributam, adeoque sublata contumacia, & tacita conductoris renunciatione inducta ex non solutione canonis ob purgationem moræ, disdicta Locatoris remanet actus mere voluntarius, qui non inducit amissionem melioramentorum.

Ex prædictis autem fundamentis, quorum singula de per se, multo vero magis, ac fortius simul iuncta, vel nimium evidenter ostendunt locum non esse in præsenti pacto convento circa melioramenta, non dubitavi quo ad hoc referre con- 26 tra actorem, qui nedum intentabat actionem satis odiosam, contra quam in dubio pronunciandum erat *Mans. consult.* 3. *num.* 26. *tom.* 10. *Samminiat. controv.* 20. *n.* 11. *&* 57. *Paulut. dissert.* 65. *num.* 56. *Conciol. alleg.* 79. *num.* 31. *&* 32. *Rot. Lucens. apud Palm. dec.* 121. *n.* 17. sed etiam causa cadere debebat ubi plene, atque evidenter non probaret locum esse pa- 27 cto convento, *Paulut. diss.* 65. *n.* 66 *&* 67.

Cæterum non eo usque hæc attendenda mihi videbantur ad alternm graviorem effectum, ut Marconus tanquam ab omni culpa vacuus, ac si perfecte contractum ex parte sua implevisset eius integro commodo perfrueretur, quod mihi iuri consonum visum fuit ob manifestam rationem differentiæ, quæ versatur in uno, ac altero casu, siquidem, ubi conductor solummodo defendit patrimonium suum a gravi præiudicio amittendi melioramenta induit personam Rei conventi, cui sufficit vincere per non ius actoris, vel eius intentionem ali- 28 qualiter elidere, eique in dubio favendum est, *Sammin. contr.* 589. *num.* 13. *&* 14. *Rot. coram Emerix iun. dec.* 24. *n.* 6. At ubi ipse proposuisset exceptionem ad effectum cogendi adversarium ad eiusdem implementum etiam in ea parte, quæ commodum, & lucrum ultra iuris dispositionem continebat, tunc necessarium fuisset eumdem vicibus actoris fungi in probanda plene sua exceptione, & excludenda caducitate, prout unani- 29 mes distinguunt *Samminiat. controv.* 82. *num.* 32. *&* 33. *Cancer. var. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 140. optime *Carocc. de locat. part.* 4. *tit. de mora num.* 118. *pag. mihi* 211. *t. Belmont. dec.* 25. *num.* 18. Et urget altera regula, quod is, qui non probat se plene adim-

adimplevisse contractum ex parte sua, neque eodem iuvari potest, quatenus sibi favet, ut in specie de pactis circa melioramenta docet *Pacion. de locat. cap.* 34. §. 2 *n.* 23. *&* 24. 30

Hinc proinde retenta hac distinctione censui relinquendam esse conductori integram repetitionem melioramentorum, non quidem in ea pinguiori forma, quæ posset forsan prætendi in vim conventionis, sed tantum iuxta præcisas iuris regulas, quæ mihi visæ fuerunt, quam minimum utrique parti præiudiciales, atque unice tendentes ad prohibendum illud, a quo nedum ius civile, sed etiam naturæ abhorret, ut nempe quis cum alterius iactura locupletetur *cap. locupletari* 48. *de reg. iur. in* 6. *Leg. iure naturæ* 207. *ff. eodem*. 31

Quod menti meæ alte inhærens fuit in causa, ut apud me fixum, immotumque esset tam non admittere petitum ab actore lucrum melioramentorum, nisi quatenus evidentissimis probationibus, atque argumentis demonstraretur factum esse casum præcisum pacti conventi, itaut nulla exceptione offuscari posset, quam denegare Marcono facultatem utendi commodo sibi resultante ex pacto, ut semper refici deberet impensum. Licet enim certum sit pacta omnino servanda esse, qualiacumque sint, nisi a legibus prohibeantur, *in Leg. iuri gentium* §. *Prætor ait ff. de pactis*, eque tamen absolutum est, quod si pacta iniquitatem redoleant in dubio retinenda sententia est, quæ favet æquitati, *Gob. consult. dec.* 117. *num.* 75. *Tranchedin. consult.* 49. *num.* 14 *Sammin. controv.* 74. *n.* 38. *Mans. consult.* 83. *n.* 8. 32 33

Hac igitur de causa liquidationem melioramentorum faciendam censui iuxta iuris dispositionem, ad quam propterea relationem habui in sententia, unde satis superque constat quomodo regulari deberet refectio.

Ut scilicet melioramenta necessaria reficienda essent iuxta illud, quod probaretur impensum, ita disponente notissima iuris sanctione, quam communiori Doctorum, & Tribunalium placito receptam esse probavimus supra in §. *Non absimili*. 34

Præcipue quia in hac parte iuris regula fovetur ex Partium conventione, ac etiam ex alia manifestissima ratione.

Etenim in apoca locationis longe aliter conventum fuit circa melioramenta necessaria, ac utilia, & voluptuaria, quia hæ duæ posteriores species relictæ fuerant arbitrio conductoris „ ibi „ e possa farvi tutti quelli acconcimi, e miglioramenti „ tanto utili, che voluttosi, che al medesimo pareranno, e „ piaceranno „ At quoad melioramenta necessaria facienda a Conductore (contra iuris regulam, de qua in terminis locationis 35

Leg.

Leg. dominus horreorum 58. §. in conducto ff. locati, Carocc. de locat. part. 4. tit. de expens. num. 3. & seqq. pag. mihi 219. t. Pacion. de locat. cap. 34. §. 3. num. 1. Gomez var. tom. 2. cap. 3. num. 20. Nigr. de except. cap. 8. §. 14. num. 7. & seqq. Rot. dec. 179. num. 2. & dec. 181. num. 3. & num. 9. part. 17.) expresse cogebatur conductor onus impensarum subire „ E de= va fare in detta casa tutte le spese necessarie „ ex qua dispositione contraria præcedenti, patet quanto æquius sit refundere integram impensam factam in melioramentis necessariis, quia in his conductor erat simplex procurator locatoris, qui

36 alias ad ipsa cogi potuisset, & consequenter omnis iuris, & æquitatis ratio postulat, ut procurator omnino indemnis servetur *Leg. actoris ff. de procurat.* Quod non sequeretur nisi refuso eo, quod erogatum fuit a conductore.

Quo vero ad utilia obvium pariter est iuris principium sanciens electionem tributam esse refundendi tantummodo id, quod est minus inter melioratum, & impensum, ad tradita per

37 *Tranched. consult. 8. num. 32. & duob. seqq. Rot. Lucens. post Balducc. ad Ramon. cons. . tom. 2. dec. 37. n 29. & 30. Rota Rom. dec. 206. num. 2. part. 4. t. 1. & dec. 116. num. 1. & seqq. part. 6. & dec. 113. num. 6. part. 10. & dec. 119. n. 1. & dec. 191. num. 1. part. 15. & coram Caprara dec. 486. num.* 10 Ex quo melior reddebatur conditio Locatoris, qui, ubi melioramenta excessissent impensum eadem emisset minori pretio, quam vere empta fuerant, ubi vero plus constitissent; refundere solum debuisset quatenus Domus eius pretiosior fuisset effecta, quod videbatur mihi adeo favorabile Locatori, ut plenis ulnis amplecti deberet moderationem pacti conventi.

Demum quoad melioramenta voluptuaria forma iuris in præsenti, ea est, ut resici debeant ad instar utilium in eo, quod

38 est minus; Nam licet regula iuris sit in contrarium, ut in voluptuariis nulla detur resectio, sed tantum abrasio quatenus fieri possit sine incommodo rei melioratæ *Leg. pro voluptuariis 9. ff. de impens. in reb. dotal. Menoch. de recuperat. remed. 15. n. 556. Actolin. resolut. 31. n. 13. Angel. de impens. art. 4. n. 56.*

Attamen hæc regula minime applicatur casui nostro ex ea facti circumstantia; quod scilicet agitur de Domo locationi destinata, in qua proinde melioramenta etiam voluptuaria augent

39 pretium, adeoque receptum est, ut tali casu resici debeant *Pacion. de locat. cap. 34. §. 3. num. 69. Angel. de impens. artic. 4. num. 67. Torr. variar. tit. 2. quest. 40. num. 59. Mans. consult. 142. num. 19.*

Hanc

Hanc autem iuris regulam eo fortius amplectendam credidi in contingenti, in quo conductor non modicam summam impendit in melioramentis, tam utilibus, quam voluptuariis optima fide, nempe ex positiva permissione Locatoris, qua ratione mihi certe retinenda videbatur forma præscripta a iure circa refectionem meliorationum, quæ conceditur possessori bonæ fidei etiamsi sint voluptuaria, *Gratian. discept. for. cap.* 457. *n.* 1. *& seqq.* 40

Et ita &c. utraque &c.

Iacobus Agnini in Causa Assessor.

DECISIO XXXII.

FLORENTINA DOMUS.

Die 30. *Iun.* 1733. *cor. Advoc.* PETRO ANTONIO MARCHI.

ARGUMENTUM.

Relatio Periti super antiquo statu rei in nihilo attenditur, præcipue si rem nec viderit de tempore iuxta quod facienda est æstimatio, & si relatio iniusta ac erronea detegatur. Antiquus rei valor probatur ex instrumento emptionis, ex subsecutis locationibus, atque ex æstimatione alias eidem data in contractu divisionis.

SUMMARIUM.

1 *Periti iudicare nequeunt nisi de iis, quæ sub oculis cadunt, aliter eorum æstimatio non attenditur.*
2 *Periti iudicare nequeunt de valore rei de tempore præterito.*
3 *Affertur ratio.*
4 *Maxime si melioramenta in re facta [illegible] ultra decennium.*
5 *Et si non viderint rem de tempore iuxta quod facienda est æstimatio.*
6 *Non creditur Perito testanti quod rei valorem consideraverit de tempore præterito.*
7 *Etiamsi ageretur de re Ecclesiastica, & inter personas Ecclesiasticas.*
8 *Periti iudicantes de statu antiquo debent in iudicio adduci uti testes, non tanquam Periti.*
9 *Res tanti valet, quanti vendi potest.*
10 *Res præsumitur vendita pro iusto prætio.*

11 *Rela-*

11 *Relatio erronea non attenditur, & n. seq.*
13 *Non credendum Testibus deponentibus contra evidentiam facti.*
14 *Estimationes extraiudiciales nil probant.*

NELLA Causa di Restituzione in integrum domandata dal Molto Rev. Sig. Priore Pietro Socci, come Esecutore Testamentario dell' Eredità del fu Sig. Neri Filippo del Chiaro contro le stime fatte da' Periti fin sotto di 27. Gennaio 1729. quanto al valore dello stato antico della Casa, o Case poste in questa Città di Firenze nella Via comunemente chiamata de Ginori: Sono stato di sentimento doversceli concedere la detta restituzione in integrum, avendo lo creduto, che il valore dello stato loro antico si debba computare nella somma di sc. 7500. la terza parte de' quali già spettante al prefato Sig. Neri del Chiaro, come uno dei tre Eredi del Sig. Cammillo del Chiaro, ed in oggi all' Eredità del medesimo Sig. Neri, importa sc. 2500.

Due furono le Relazioni sopra il valore della suddetta Casa, o Case. La prima del dì 26. Gennaio 1729., nella quale i Periti senza distinguere lo stato antico dal moderno delle medesime Case, riferirono al Magistrato Supremo, che il loro giusto valore ascendeva a sc. 9500. come più latamente si legge nella suddetta Relazione „ ivi „ Et avendola Noi esat-
= tamente considerata da suoi fondi fino a tetto, e fatta sopra
= di essa l' opportuna osservazione, giudichiamo, che il suo
= giusto valore sia, et esser debba di sc. 9500. di moneta di
= lire 7. per scudo a spese, e gabella di chi sia per essere il
= compratore „

La seconda fatta immediatamente il dì 27. Gennaio 1729. suddetto nella quale [illegible]eriti pretendendo di separare lo stato antico dal moderno crederono doversi quello fissare nella somma di sc. 6000. come espressamente „ ivi „ In esecuzione di
= Decreto delle Signorie Loro Illustrissime e Clarissime &c.
= Noi infrascritti Periti essendo andati a visitare la Casa di
= proprietà dell' Illustrissimo Sig. Pier Giovanni del Chiaro,
= posta in Via de Ginori per doverne fare la stima dello stato
= antico della medesima avendo già nei decorsi giorni fatta la
= stima di detta Casa dello stato presente, come appare da al-
= tra nostra Relazione, concordemente sottoscritta &c. et aven-
= do minutamente visitato, et esaminato il suo stato antico in

= ogni

„ ogni sua parte, concordemente, ed unitamente siamo di pa-
„ rere con nostro giuramento, che il suo giusto valore fusse
„ di sc. 6000. - al netto d' ogni, e qualunque aggravio, che
„ è quanto &c. „

Atque hic patet differentia inter primum casum, in quo condemnandum, & secundum, in quo ab interesse credidimus absolvendum Reum, nam in primo notificata evictione, & contestata lite pactum revivixit, & potuit parere effectus suos, at in secundo cum debitum solutum permanserit semper in suo non esse, & sua extinctione nulla poterat concipi pacti vis & efficacia, nulla obligationis operatio durante statu solutionis, in quo cessat omne vinculum *L. nulla C. de solution. L. solvitur ff. quib. mod. pignus, & hypothec. solvat. §. 1. institut. tit. quib. mod. tollit. obligat. Tranchedin. consult. 31. num. 42. consult. 39. num. 20. & consult. 47. sub num. 4. tom. 1. Bonden. collect. 5. num. 3. & collect. 10. num. 10. tom. 1. Maur. de solution. cap. 2. §. 4. num. 3. & seqq. Rota Lucen. apud Balducc. ad Ramon. dec. 42. num. 12. tom. 2. Rot. Rom. coram Buratt. decis. 283. n. 1. coram Otthoben. dec. 64. num. 1.* & quod fructus tanquam sorti accessorii deberi non possint ubi cessavit debitum sortis *Giovagnon. cons. 41. num. 43. lib. 1. Gob. consult. 126. num. 17. tom. 1. De Luc. de usur. disc. 30. n. 13. Cenc. de censib. quaest. 119. n. 2. Rota post eum dec. 270. n. 4. & cor. Cerr. dec. 801. n. 2. & cor. Caprar. dec. 3. n. 6.* 37 38

Et sane supposita persolutione, & extinctione tertii crediti detectio, & revocatio huius actus non poterat retrotrahi, & operari ex tunc, sed iuxta alia remedia correctoria, & rescissoria ex nunc, & a die, qua conceduntur, *Merlin. Pignatell. contr. 25. n. 35. cent. 2. Scoppa ad eum n. 11 Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. par. 5. n. 9. Gall. de fruct. disp. 23. art. 4. n. 27. & seq. Cutel. de donat. disc. 2. partic. 14. sub n. 35. Franch. dec. 119. n. 19. & ibi De Luca num. 4. & dec.* 39

496. n. 3. & ibi De Luca sub n. 1. §. prima nihilominus Giurba dec. 105. n. 8. Mastrill. dec. 33. num. 4. & 5. & ita DD. qui cum reviviscentia crediti reviviscentiam fructuum admittunt, non eam retrotrahunt, sed in futurum concedunt *Urceol. de transact. cap. 88. sub n. 40.* „ fructus exinde decurrendi „ *Mi-lanen. dec. 9. n. 43. lib. 2.* „ pro cæteris censibus futuris „

40

Retulimus tandem, quod in fructibus ante motam litem decursis liceret Monti imputare iuxta formam iuris pretium, & fructus retractos ex fundo assignato, quia quoad Capponios debitores omnium septem Creditorum nulla cadere poterat dubitatio extinctionis crediti, pro quo agitur, nulla bona fides, & proinde cum Mons a diebus passæ evictionis, nempe a die 3. Iulii 1630., & a die 21. Iunii 1635. usque ad annum 1689. in quo venditum fuit prædium iam haberet inesse productum creditum fructuum usque ad dictum tempus venditionis decursorum absorbens tam fructus, quam sortem retractam ex fundo assignato, recta iuris ratio exigebat, quod prius in causam interesse referretur solutio, quam in causam sortis, *Balducc. ad Ramon. observ. 36. num. 21. Mans. consult. 393. n. 38. Gob. consult. 74. num. 5. tom. 1. & consult. 49. num. 41. et 90. tom. 2. De Luc. de feud. disc. 102. num. 2. Cenc. de censib. quæst. 103. num. 8. & seqq. Dominus meus Auditor Casareg de commerc. disc. 120. num. 25. Rota coram Carill. dec. 120. num. 2. Bich. dec. 184. n. 7. in rec. dec. 373. n. 5. part. 1. dec. 275. n. 14. part. 16. dec. 346. n. 4. part. 19. tom. 1. dec. 600. n. 6. part. 19. tom. 2.*

41

Quin obstaret conclusio alioquin per se subsistens quod creditor habens pignus iudiciale, & negligens illius distractionem amittat usuras futuri temporis iuxta *Text. in Leg. 1. §. socius ff. de usur. Alciat. cons. 59. num. . & cons. 113. num. 5. lib. 5. Becc. cons. 213. num. 42. Noguerol. allegat. 10. n. 161. Merlin. de pignorib. lib. 4. tit. 3. quæst. 97. num. 4. Berton. de negligent. punct. 4. art. 10. num. 22. Dom. meus Aud. Casareg. de commerc. disc. 120. n. 23. Surd. dec. 262. n. 1. & seqq. Rot. in rec. dec. 132. n. 14. part. 6. & dec. 132. num. 16. & 17. part. 16.*

42

Non enim visa fuit applicari in facto, in quo habebamus quod pluries, & per totum tempus, quo suspensa remansit venditio semper iteratæ fuerunt diligentiæ pro venditione, sed incassum, quamvis ordinariæ, & extraordinariæ decretæ fuerint diminutiones, semper superflue, cum ageretur de notorie oberatis, & de rebus vehementer suspectis cauthela indigentibus, quam precibus Principi porrectis impetrare coactus fuit ipse

Mons,

Mons, ex qua derivavit, quod prædium de anno 1647. expositum venditioni pro scutis mille, postea de anno 1689. venditum fuerit pro scutis 1700. profluente omne malo ex mala qualitate debitoris, ob quam creditorem de negligentia redargui non posse dixi *ego dec. florent.* 112. *num.* 25. sicuti nec reprehendi valet de omissione remedii, quod non tenebatur implorare *Less. de iustit. & iur. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 19. *Berton. de negligent. & omission. part.* 1. *art.* 1. *sub num.* 3. *vers. & omiss.* 43 44

Ultimo diximus imputationem faciendam ad formam iuris, ut remaneret in liquidatione resolvendum an quoties pro hac sananda evictione consignatum fuerat prædium, & pro ea singulariter receptum potuerit applicari pars redituum, & nonnulli ex fructibus in extinctionem aliorum diversorum creditorum, sicuti factum supponebatur.

Et ita utraque Parte &c.

Iacobus de Comitibus S. R. C. Audit. & Assessor.

DECISIO XXXIV.

FESULANA PRÆT. EXTINCTIONIS SIVE REDUCTIONIS PENSIONIS ECCLESIASTICÆ

Die 7. *Septembr.* 1736. *cor. Audit.* Io. Philippo Paperinio.

ARGUMENTUM.

Pensio Ecclesiastica in alium onerôso cessionis titulo translata, non extinguitur, si pensionarius efficiatur titularis.

Cessio Pensionis Ecclesiasticæ redargui nequit de læsione ob non servatam sanctionem Textus in *Leg. hæreditatum ff. ad Leg. falcid.* vel ob spretam taxam vulgo dictam *la Scala di S. Maria Nuova*, quia dicti textus dispositio locum habet in ultimis voluntatibus, non in contractibus, & taxa de consuetudine servatur in censibus vitalitiis, ideo non est trahenda ad cessionem Pensionis Ecclesiasticæ a prædicta causa valde dissimilem.

SUMMARIUM.

1 *Actio, & passio in eodem subiecto dari nequeunt, & n. seq. ubi regula hæc variis modis exemplificatur.*

3 *Libera hæreditatis aditio nequit inducere confusionem iurium in præiudicium creditoris maxime hypothecarii.*

4 *Pen-*

4 *Pensionarius qui ius exigendæ pensionis in alium transtulit oneroso cessionis titulo, nullum ei valet inferre præiudicium, & n. 6. cum plur. seqq. ubi contrariæ auctoritates refelluntur.*

5 *Pensio in cessionarium transit cum onere hypothecæ ad favorem creditorum pensionarii iam constitutæ.*

11 *Ampliatur conclusio de qua sub n. 4. ubi cedens promisit manutentionem cessionis, eiusque observantiam.*

12 *Pensio non extinguitur in præiudicium cessionarii, si beneficium conferatur ipsi pensionario.*

13 *Etiam unius Doctoris auctoritas non habentis contradictorem sufficit pro resolutione causæ.*

14 *Punctualis unius Doctoris auctoritas non habentis contradictorem dicitur casus Legis.*

15 *Læsioni locus esse nequit in contractu, qui æque se habere potest ad lucrum, & damnum.*

16 *Quia pro dimetienda læsione attendi debet tempus contractus, non eventus.*

17 *Ideo in præstationibus vitalitiis quodvis pretium haberi semper debet pro iusto propter vitæ incertitudinem.*

18 *Sed quamvis læsionis exceptio admittatur, non tamen rescinditur contractus, sed ad æqualitatem redigitur.*

19 *Florentiæ viget consuetudo quod census vitalitii regulentur ad tramites taxæ, vulgo dictæ* la Scala di S. Maria Nuova.

20 *In materia venditionis annuæ præstationis ad vitam locali consuetudine est omnino deferendum,*

21 *Lex hæreditatum 68. ff. ad Leg. falcid. locum habet tantum in materiis ultimarum voluntatum.*

22 *Iustitia venditionis annuæ præstationis vitalitiæ, æstimanda est prudenti Iudicis arbitrio.*

23 *Perspectis tamen circumstantiis quæ hic enumerantur.*

24 *Vel saltem non est æstimandum totius vitæ tempus a L. hæreditatum præscriptum, sed medietas temporis a dicto calculo est demenda.*

25 *Nec ad huiusmodi contractus læsionem probandam sola inventus sufficit, si adversa valetudo concurrat, & n. seq.*

27 *Pretium census vitalitii personalis debet esse dimidio saltem maius censu perpetuo reali.*

28 *In censu vitalitio quandocumque mors venditoris contingat, ipsum capitale amittitur, secus in censu perpetuo.*

29 *Ex iuris communis dispositione in censu vitalitio licite pacisci possunt quindecim pro centenario.*

30 *Quod procedit etiam ex universali consuetudine & plur. seqq.*

34 *Consuetudines super reddita censuum vitalitiorum vix sunt in praxi*

praxi iustificabiles. Et quatenus probentur, nunquam debent esse seiunctæ a prudenti iudicis arbitrio n. 36.

35 *Rot. Florentina quandoque validos declaravit census vitalitios, in quorum constitutione servata non fuerat taxa, dicta* la Scala di S. Maria Nuova.

37 *Consuetudo introducta pro regulandis censibus vitalitiis, non extenditur, ad venditionem pensionis ecclesiasticæ.*

38 *Differentia assertur, quæ viget inter censum vitalitium, & pensionem ecclesiasticam.*

39 *Ubi maius adest periculum, maiori pretio compensandum est possibile detrimentum.*

40 *Iusta dicitur pensionis cessio, in qua solvitur pretium continens sex, aut septem annualitates.*

41 *Quando pensio cessa expirat ob culpam vel factum cedentis, reficiendum est cessionario pretium cum omnibus damnis, & interesse.*

42 *Inanis est actio, quam debitoris excludit inopia.*

43 *Minoris pretii est cessio pensionis, si cedens est minus aptus solvendo in casu evictionis.*

44 *Quando locum habeat reductio usque ab initio pensionis cessæ, cum restitutione, vel imputatione fructuum interim perceptorum in extinctionem capitalis.*

45 *Contractus qui tractu temporis fit inæqualis, pro futuris tantum temporibus ad æqualitatem reducitur.*

INtroducto coram Episcopali Curia Fesulana Iudicio concursus universalis Creditorum Illustris. Dom. Abbatis Iosephi Mariæ de Gherardinis, Ecclesiæ Plebaniæ S. Pancratii Vallis Arni superioris, in Fesulana Diæcesi existentis, Rectoris, uniusque ex illius Patronis dignissimis, atque meritissimis, acris exarserat controversia prædictos inter Creditores, ac Illustris. Dominum Equitem Horatium de Minerbettis occasionis annuæ pensionis ad vitam, quam in summa aureorum septuaginta duorum super dictæ Plebaniæ fructibus, idem D Abbas fuerat a Summo Pontifice consequutus, quamque deinde sub annum 1720. die 25. Septembris pro pretio scutorum sexcentum cesserat præfato D. Equiti Horatio; Contendentibus D. Plebano, ex illiusque persona creditoribus iam memoratis, vel omnino extinctam remansisse talem pensionem, ex quo per successivam assequutionem in titulum dictæ Plebaniæ, de Pensionario D. Abbas evaserat titularis; vel

quia demum prædictæ cessionis Contractus iniustus omni ex parte fuisset, atque læsivus, ideoque opportunis, atque solitis iuris remediis, aut rescindendus in totum, aut saltem ad debitam æqualitatis normam reducendus, ac reformandus,

Proposita duplici hac exceptione ad exclusionem D. Equitis de Minerbettis, diuque, ac mature discussa, super utraque tandem diversum prodiit iudicatum sub die 25. Augusti 1734. favorabile respectu primi articuli eidem D. Equiti, contrarium vero in ordine ad secundum, super quorum alterutro dissertissimam protulit Decisionem Reverendiss. D. meus Iudex illius instantiæ.

Neutra ex collitigantibus Partibus acquiescente Sententiæ, fuit ad nostrum Illustrissimæ Nunciaturæ Apostolicæ Tribunal appellatio utrinque interposita, & mihi subinde caussa commissa, assumptoque desuper examine utriusque articuli, intervenientibus hincinde doctissimis Advocatis in acerrimo Partium contradictorio, censui tandem, revocandam fore, & esse præcedentem Sententiam, prout illam revocavi in ea parte, quæ respicit articulum reductionis contractus ad iustitiam, vel æqualitatem, confirmata Sententia in reliquis super articulo durationis pensionis, eiusque exactionis continuandæ ad vitam Domini mei Plebani, cui nestoream, sospitemque iugiter illam auguror, & exopto.

Utque ordine inverso nostræ fundamenta resolutionis in medium proferam, sit.

PRIMUS ARTICULUS.

Super continuatione pensionis.

Nihil sane frequentius in iure nostro dictum legimus, vel audimus, quam quod actio, & passio in eodem subiecto nequeat consistere, ut ait *Surd. dec.* 109 *num.* 5. cum aliis per *Rot. coram Caprara dec.* 579 *num.* 6. *&* *coram Lancett. decis.* 314. *num.* 5. *&* *coram Molines dec.* 585. *num.* 8. *decis.* 656. *n.* 24. & demum *dec.* 811. *num.* 9. quod variis, luculentisque modis Doctores exemplificant; vel quando creditor debitori succedit, & econtra; vel quando is, cui debetur servitus, dominus inde fiat Prædii servientis; vel demum quando usufructuarius evadat proprietarius; prioribus namque casibus per confusionem, ope vero cuiusdam consolidationis in reliquis, extinguitur debitum, atque creditum, cessat servitus, & ususfructus, quæ omnia exempla reassumit, suisque litteralibus Textibus

[margin: 1, 2]

bus comprobat, omissis aliis, *Tondut. Sanleger. de pension. ecclesiast. cap. 74. a num. 9. ad seqq.* ubi proinde magis ad rem nostram resolvit, quod si aliquis pensionem habeat super aliquo Episcopatu, ac deinde fiat Episcopus eiusdem Ecclesiæ, dubitandum non est, quin tali casu pensio non extinguatur.

Hac freti regula juris absolute vera, & ineluctabili Illustriss. D. Plebanus, ex eiusque persona, ut diximus, Creditores instabant declarari extinctam Pensionem super Plebania reservatam, effecto exinde Plebano, ac Titulari ipso Pensionario, ac Cedente.

Sed quod admitti facile potuisset agendo in casu simplici de sola persona, atque præjudicio Cedentis, id maximam utique repugnantiam habebat in concursu D. Cessionarii, ob eiusque mixturam, & interventum. Ex eadem quippe ratione, quia ex notissimis iuris principiis aditio libera hæreditatis confusionem nequit inducere in præjudicium tertii creditoris, ac maxime hypothecarii, cui factum sui debitoris qualecumque nocere non potest, ex rationibus late congestis, atque videndis apud *Ansald. de commerc. & mercat. disc. 85 n. 17. e 18. Card. De Luc. de credit. disc. 56. n. 12. Olea de ceff. iur. tit. 2. qu. 3. n. 2. & seq. Rot cor. Pamphil dec. 395. n. 7. & cor b. m. Falconer. tit. de Salvian. interd. dec. 2. n. 8. & dec. 3. n. 7.* & magis proxime *Salgad. in labyr. credit. part 1. cap. 42. n. 30.* Ita pariter est in confesso, quod Pensionarius, qui semel titulo cessionis oneroso, ius, & commoditatem exigendæ Pensionis in alium transtulit, absque translatarii facto, & consensu nullum ei damnum inferre valet, accedentibus maxime, prout in hypothesi, requisitis vulgatæ *Leg. 3. Cod. de novat.* ut optime advertunt sic per certa iuris principia ratiocinantes doctissimus *Salgad. in labyrint. creditor. part. 1. cap. fin. n 44. Rocca Episc. Isclan. disput. iur. cap. 49. num. 86.* ubi plures *bon. mem. Fatinell de translat. pension. cap. 12. post num. 10. Sacr. Rot. decis. 397. part. 12. rec.* & in confirmatoria *dec. 8 part. 15.* & rursus *dec. 561. num. 3. part. 19. tom. 2. & coram Falconer. tit. de pension. dec. 1. per tot.* signanter *sub num. 5.* ubi ait, quod pensionarius potest quidem pensionem transferre in alium, sed cum onere semper contractæ prioris hypothecæ ad favorem suorum creditorum.

3

4

5

Et quamvis in hoc ipso articulo videatur quandoque contrarium tenuisse eadem *Sacra Rota*, ut in *dec. 129. part. 1. recent.* cuius innixi auctoritate, atque sensu, sic resolverunt *Capon. disceptat. forens. cap. 253. num. 44. tom. 4 Tondut. quæst. benefic. part. 1. cap. 35. atque ipsemet Card. De Luca disc. 68.*

6

de pension. ac forsan alii, quos allegare non vacat.

Obvia tamen erat responsio, atque facilis, quoniam respectu prædictæ *dec.* 129. *part.* 1. *recent* ipsius revocationem in dictis geminis *dec.* 397. *part.* 12. *&* 8. *part.* 15. obtinuisse te-
7 stabatur *Lotther. de re beneficiar. libr.* 1. *quæst.* 42. *num.* 19 & ex eo tradit *b. mem. Fatinell. de translation. pension. d. cap.* 12. *num.* 9.

Auctoritati vero *Card. de Luc.* quamvis apud me, cœterosque gravissimæ, ultraquamquod ab eo dicta in allegato *disc.* 68.
8 *de pension.* confundebantur ab iis, quæ suppositive saltem subiecit idem Auctor in proxime *seq. disc.* 69.

In puncto respondentes, eumque expresse reprobantes inveni *Rocca Episc. Isclan. d. disp.* 49. *post num.* 95. *& Fatinell. de translat. pension. d. cap.* 12. *post n.* 10. Iureque, ac merito, quia
9 scripserat tanquam Advocatus in Causa, in eaque succubuerat in *d. dec.* 397. *part.* 12. *&* 8. *part.* 15. prout ipse testatur ingenue, ac propterea non erat illius opinioni deferendum, ut persepe monuit *Rot.* & potissime *in dec.* 26. *num.* 2. *tit. de fideicommiss. cor. b. m. Falconer.* ex ipsius *De Luc.* verbis, & de *Altograd. iun.* opinione dixerat in casu simili *Samminiat. contr.* 101. *n.* 28. *&* 29.

Hæc omnia, quæ penes me nullam habebant difficultatem, firmissimis innixa rationibus hic ad evitandam prolixitatem non repetendis, quæ videri poterunt apud *b. m. Fatinell. d. cap.* 12.
10 *de translat. pension. a n.* 3. *ad plur. seq.* maxime vero *in decis.* 561. *n.* 6. *&* 7. *part* 19. *rec. tom.* 2. clariora evadebant animadvertendo ad pactum, quod in originaria cessionis apoca assumpserat in amplissima forma D. meus Plebanus ad favorem D. Equitis cessionarii manutenendi semper cessionem, nec illam ullatenus impugnandi, quæ sane circumstantia de se dumtaxat apparebat sufficiens, ad effectum ne ullum ipsimet cessionario dam-
11 num irrogari potuisset, ex optime animadversis per *b. m. Piton. discept. eccles.* 47. *n.* 20.

Et revera sic in puncto præcisive etiam a qualibet conventione, & obligatione nil faciendi in contrarium, quæstionem examinat, ac resolvit allegatus a doctissimis defensoribus Do-
12 mini Equitis Minerbetti, *Salgad. in labyrinth. creditor. part.* 4. *cap.* 7. *a n.* 1. *ad plur. seqq.* quem merito proinde laudat, ac sequitur *Sabell. in summa* §. *pensio, sub num.* 20. *vers. an autem* quo loci, & ipse bene ratiocinatur. Unde sola *Salgad* Iuris Consulti cœteroquin gravissimi, deque iurisprudentia nostra maxime meriti auctoritas, exuberabat pro resolutione talis Articuli contra cedentem effectum deinde titularem; cum in contra-

rium

rium nullus in hac specie posset asserri pro creditoribus, ut frequenter admonent adducti per *Samminiat. controv.* 120 *num.* 30. *Torr. variar. lib* 2. *tit.* 11. *dec.* 12. *num.* 15. *Rot. Roman. in rec. dec.* 122. *num.* 16. *part.* 5. *& dec.* 106. *num.* 7. *part.* 18. *dec.* 21. *num.* 9. *part.* 19. *& coram Ansald. dec.* 43. *num.* 13. *& coram Molin. dec.* 849. *num.* 60. *& coram De Herrera dec.* 133. *num.* 1. & sæpius alibi; ex noto dicterio, quod punctualis auctoritas alicuius Doctoris non habentis contradictorem, dicitur casus Legis, de quo *Card. de Luc. de empt. disc.* 6. *n* 8. *in fin. de feud. disc.* 119. *n.* 4. *de iurisdict. disc.* 88. *n.* 4 & alibi *Mans. consult.* 682. *n.* 22. *& seq. Pacion. alleg.* 8. *n.* 17. *& alleg.* 138. *n.* 7. 13 14

SECUNDUS ARTICULUS.

Super exclusione læsionis, nec non iustitia contractus.

Veritatem Articuli præcedentis, quamvis primo illo tempore acriter impugnatam a creditoribus, tandem, Deo dante, in ultimis congressibus coram Me admittebant ingenue & ipsi creditorum Defensores acutissimi; totum idcirco conatum convertentes in ostendenda cessionis inæqualitate, læsione, & iniustitia, & per consequens necessitate vel annullandi contractum in totum, vel ad omne peius illum reformandi, reducendique ad æqualitatem, qualis revera fuit sensus Reverendissimi Iudicis a quo, qui pensionem annuorum scutorum 72. ad solos 42. dumtaxat reduxit, cum declarationibus, atque modis, de quibus in sua Sententia.

At nulla potuit in parte acquiescere intellectus meus huic (meo, ni fallor, iudicio) perquam durissimæ resolutioni. Considerabam quippe primo loco, quod cum ageretur de cessione commoditatis percipiendi fructus ad vitam Domini mei Plebani, cui in actu cessionis fuerat a cessionario persoluta summa scutorum sexcentum in pecunia, ut diximus, numerata, iure poterat in sensu gravissimorum auctorum substineri, quod alieni nimis essent a nostro contractu termini læsionis, & iniustitiæ, ob vitæ incertitudinem, ac eventualitatem, ut dicunt, cuius vigore dum contractus æque se poterat habere ad damnum, ac lucrum, hinc merito excludebatur læsio, & exulabat quælibet iniustitia, tanquam (ut bene DD. exemplificant) emendo iactum retis, de quo *Text. in Leg. si iactum retis, ff. de act. empt. Leg. si voluntate* 8. *C. de rescind. vendit.* cum concordantibus, de quibus plene *Ansald. de commerc. &* 15

mercat. disc. 60. *num.* 12. *&* *disc.* 99. *num.* 15. *Cyriac. controv.* 1. *num.* 33. *cum seqq. Gratian discept forens. cap.* 756 *num.* 8. *&* 9. *Constant. ad stat. urb. annotat.* 46. *art.* 3. *num.* 211. *Olea de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 10. *n.* 15. *&* 16. *Torre de pact. futur. success. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 16. *&* 23. 24. *&* 25. cum aliis per *Rot. in dec.* 408. *num.* 7. *&* *seqq part.* 16. *rec.* quem sequitur etiam *dec.* 660. *num.* 2. *part.* 18. *tom.* 2. & prius *coram Coccin. dec.* 1544. *num.* 21. *&* 22. *&* *dec.* 49. *per tot. cor. Peutinger. & coram Emerix iun dec.* 601. *num.* 7. *&* *dec.* 93. *n.* 9 *&* 10. *&* *num.* 28. *&* 29. *post Bonden. collect tom.* 1. quibus etiam adstipulatur *Rot. Ianuens. cor. b. m. Aud. Calderoni*, inter *disc.* 60. & pariter *D mei Aud. Casureg. de commerc. disc.* 96. *n.* 47. & magistraliter omnino videnda eadem *Rot. Rom in dec.* 2. *tit. de censib. a n.* 8. *ad multos seqq. cor. b. m. Eminent. Falconerio*.

Ex ea nimirum ratione vivissima, quod pro dimetienda 16 læsione attendi debet tempus contractus, non eventus, quemadmodum plures cumulando probat *Cyriac. d. controv.* 1. *n.* 33. 34. *&* 35. *Salgad. in labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 20. *n* 44. *&* 45. & rursus *cap.* 21. *num.* 10. *&* 11. ubi propterea infert, quod qualecumque sit pretium in his præstationibus vitalitiis, aut valde excessivum, aut nimis infimum, haberi debet semper pro iusto ratione incertitudinis vitæ, & consonat etiam in casu præciso nostræ quæstionis *Tartaglia in quæstiuncula commoditatis* 17 *pensionis art.* 62. post suum *tract. de reservat. statut. num.* 123. 124. *&* 125.

Verum, quando etiam velimus procedere cum opinione contraria, quæ in his quoque materiis, utcumque dubiis, eventualibus, & incertis, læsionis terminos admittit, & iniustitiæ, non quidem commensurabilis, iuxta dispositionem notissimæ *Leg.* 2. *Cod. de rescind. vendit.* prout communiter reprobatis *Roderico Gratian. &c.* aliisque substinet *Olea de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 10. *num.* 30 *&* *Rot. nostr. apud Samminiat. controv.* 34. *num.* 45. sed ad hoc potius ut contractus tanquam iniustus 18 reducatur ad debitam æqualitatem, seu proportionem, uti revera substinent de veriori, ac magis recepta testantes ex rationibus apud eos videndis, *Ansald. d. disc.* 99. *de commerc. num.* 16. *Cenc. de cens. quæst.* 10. *num.* 28. *&* 29 *Cyriac. contr.* 1. *n.* 22. *&* 23. *Roderic. de ann. redditib. lib.* 1. *quæst.* 5. *n.* 6. *Tartaglia d. art.* 62. *post n.* 123. *vers. contrariam opinionem*, ubi plurimos affert *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *d. cap.* 9. *n.* 32. *Rot. Lucens. apud Palm. inter select. dec.* 107. *a n.* 6. *usque ad* 10. & plenissime *Rot. nostr. penes Samminiat. d. contr.* 34. *a n.* 44. *ad plur. seqq.*

Adhuc

Adhuc tamen perperam satagebant Informantes pro creditoribus propositæ læsionis probationem concludere, habendo rationem solius ætatis Illustriss. D. mei Plebani, ad normam celebris *Text. in Leg. hæreditatem* 68. *ff. ad Leg. falcid.* cui adamussim convenit nostrum pariter Gabellæ Florentiæ Statutum in *rub. della Gabella degli usufrutti*, circa finem, cuius vigore calculum ineundo, cum de tempore factæ cessionis in ætate annorum septem supra viginti reperiretur, viginti quinque aliorum annorum vita foret illius favore supputanda; aut saltem in omnem casum dimetienda res esset ad tramites vulgatæ taxæ, vulgo *d. la Scala di S. Maria Nuova*, iuxta quam Florentiæ ex nota praxi, atque consuetudine mercatorum omnium regulari solent census vitalitii, vel aliæ similes præstationes ad vitam, ut observaverat *Rot nostr. lib. mot.* 123. *a* 421. & plenius *lib. mot.* 129. *fol.* 466. impressa apud *Samminiat. d. controv.* 34. *per tot* ac signanter *num.* 54. *&* 55. in qua sane hypothesi ad solam rationem septem pro centenario, & anno computatio fieri debuisset, non autem pro duodecim, uti revera confectus fuit hoc modo calculus, emendo pensionem annuorum scutorum 72. ut iam diximus, pro solo pretio scutorum sexcentum quando revera ad hanc proportionem solvi debuissent scutorum circiter supra mille. Unde merito contractus fuerat tanquam maxime læsivus usque ab initio, redactus ad solam quantitatem scutorum quadraginta duorum. Nemo autem non scit, quantum in hac præcise materia venditionis annuæ præstationis ad vitam locali consuetudini, & observantiæ deferri debeat, ut communiter animadvertunt generaliter loquendo *Cyriac. controv.* 1. *num.* 30. *& seqq. Olea de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 10. *num.* 32. *Torre de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 35. *& variar. iur. quæst. part.* 1. *quæst* 9. *tit.* 12. *num.* 25. *pag* 478 *tom.* 2. *Cenc. de censib. quæst.* 10. *num.* 27. *vers. quale autem*, *Rot. post eundem dec.* 514. *num.* 12. *& cor. Dunozett. sen. dec.* 127. *n.* 4. *vers. loci & observantiæ*, *& coram Coccin. dec.* 1567 *post num.* 15. *vers. & consuetudo communiter a bonis comprobata*, *& prudentibus viris Rot. Lucens. apud Palm. dec.* 107. *n.* 14. & in specie *Mans. consult.* 573. *post n.* 20. *in fin. Rot. nostr. apud Samminiat. contr.* 34. *n.* 54.

19

20

Quandoquidem pro remotione cuiusque difficultatis, exordiendo primum a dispositione prædictæ *Leg. hæreditatum ff ad Leg. falcid.* non erat ita de facili admittenda quorundam opinio, quos affert *Constant. ad statut. urb. adnot.* 46. *artic.* 3. & ipse pariter in hoc sensu pertransiens, *num.* 223. *& Tartaglia in d. quæstiuncula commod pension.* §. 6. *num.* 126. *&* 127. *cum*

Rota

Rota in dec. 711. *num.* 15. *coram Molines*. Quod videlicet dicta Lex indistincte procedat in omnibus materiis tam ultimarum voluntatum, quam contractuum inter vivos. Quando de cætero in contrarium stat verior, atque receptior, tum melioris notæ auctorum, tum ipsius etiam Sacræ Romanæ Rotæ, aliorumque Tribunalium Sententia, computationem ineundam ad terminos eiusdem *Leg. hæreditatum*, restringens unice ad
21 legata alimentorum, vel ususfructus favore hæredis, ad effectum nempe detractionis falcidiæ ex ipso legato, quemadmodum bene declarat loco mox allegato *Tartaglia seq. num.* 178. *Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 99. *num.* 18. *Cyriac. contr.* 1. *num.* 25. *&* 26. *Torre de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 9. *post num.* 33. plene *Rot. Lucens. apud Palm. dec.* 108. *post num.* 12. *vers. minus ex eo*, *Rot. Ianuens apud bon. mem. Casareg. de commerc. disc.* 96. *num.* 18. *Rota nostra apud Samminiat. contr.* 34. *num.* 11. *Rot. Rom. dec.* 514. *num.* 8. post *Cenc de censib.* & post *consult. ad statut. urb. dec.* 167. *num.* 5. 6. *&* 7. *& dec.* 728. *num.* 12. *&* 13. *coram Molines*; pleniusque, ac recentius in *Romana Transactionis* 5. *Maii* 1728. *coram R. P. D. Nunez* cuius Decisionis verba subiicimus tanquam non vulgata apud omes §. *Quippe vigore dicta transactionis, vers. non obstante, quod Alexander de tempore transactionis vigesimumquintum ætatis sua annum ageret, unde legatum consequi potuisset pro viginti quinque annis, iuxta calculum, quod supra ætatem annorum viginti quinque prefinitur a Text. in Leg. hæreditatum, ff. ad Leg. falcid. quia de tali calculo nulla ratio habetur in contractibus, sicuti probant Carvalh. de utraque quarta, part.* 3. *n* 172. *Addens ad Buratt. dec.* 675. *n.* 14. late *Card. de Luc. de donat. disc* 54. ubi *a num.* 13. *ad seqq. enumerat absurda, quæ sequerentur si dispositio dicta Legis procederet in contractibus Ansald &c.* hactenus *Rot.*

Sed verius est æstimandum totum id esse discreto, ac prudenti Iudicis arbitrio, qui, ut egregie observat *Mascard. Scar-*
22 *zanen. de commerc. reddit. vitalit. quæst.* 4. *num.* 13. *&* 14. *& a num.* 17. *ad* 19. ubi refellit contrarios, ad ætatem non modo respicere debet, sed ex complexione, seu bona, vel mala valetudine venditoris de tempore contractus, & ex aliis verisimilitudinibus vitæ futuræ, ex ubertate, seu penuria pecuniarum, ex qualitate demum loci, temporis, ac personarum, aliisque circumstantiis omnino similibus maius, minusve peri-
23 culum in emptore præseferentibus dimetiri debet iustitiam, vel iniustitiam respective contractus, egregie *Cyriac. dict. controvers. forens.* 1. *num.* 30. *ad plur. seqq.* plene *Card. de Luca de regal.*

disc.

disc. 30. *num.* 5. *& seqq & de donation. disc.* 54. *num.* 13. & infra *num.* 17. & alibi pluries, *Samminiat. controv.* 32. *num.* 96. *& controv.* 34. *num* 10. *Pacion allegat.* 79. *n.* 6. *&* 7. *Tartagl. d. quæstiunc.* §. 6. *post num.* 128. *Torre de pact. futur. success. lib.* 3 *cap.* 9. *num.* 34. *Rot. Lucens. apud Palm. d. dec.* 107. *n.* 13. *in fin. Rota Ianuens. apud Casareg. d. disc.* 96. *num.* 51. *&* 64. ac demum *Rot. Rom. coram Dunozett. senior. dec.* 127. *num.* 5 & post *Cenc. de censib. d. dec.* 514. *n.* 9. *& cor. Coccin. decis.* 1567. *num.* 15. *vers. in indicanda iustitia emptionis ad vitam.* Quod ipsum pariter observatur in terminis Statuti Gabellæ Florentinæ, de quo *Cepparell. resol. fiscal.* 137. *n.* 13. 14. *&* 15. *tom.* 2.

Aut saltem rigorose etiam procedendo ob incertitudinem vitæ, aliaque pericula, neutiquam sane totius vitæ tempus est æstimandum, quod ex *dict. leg. hæreditatum* præscribitur; sed medietas temporis est demenda a prædicto calculo, quemadmodum ultra *Cyriac controv.* 1. *num.* 24. ipse admittit contrariæ opinionis assertor, *Constant. ad stat. urb dict. adnot.* 46. *num.* 229. *&* 230. *eademque Rot. nostr. apud Sammin. d. contr.* 34. *num.* 14. 24

Quamcumque sequi voluissemus ex hac duplici postrema opinione, utroque sane casu res esse posita videbatur in claris. Dominus quippe Abbas de Gherardinis de tempore factæ cessionis erat quidem floridæ ætatis annorum 27. at erat etiam contemporanee gracilis admodum complexionis, malæque (ex externo saltem aspectu, atque habitu) valetudinis, prout ex depositione plurium Testium de hoc optime informatorum apparebat in actis præcedentis instantiæ, adeout, vel ipse nullum eo usque repetiverit emptorem, qui talem contractum dicto pretio scutorum 600. inire voluerit, aut non invenerit postmodum Dominus Eques Minerbetti, cui tale ius pro minore etiam pretio, subinde cederet, uti testatur Dominus de Binazzis. Unde in his circumstantiis ad salvandum ab omni læsionis, & iniustitiæ suspicione contractum exuberare censui, iam decisa per *Rot. Lucens. in dict. decis.* 107. *apud Palma post num.* 19. §. *& quamvis dict. Dominus Eques Boccella tempore celebrati contractus non excederet ætatem annorum* 37. *dict. ætatem non existimavimus sufficientem ad ostendendam iniustitiam pretii*; *Quia ætas, seu sola iuventus ad prædictum effectum non est consideranda de per se, sed unita cum valetudine, ac aliis circumstantiis superius deductis; Unde dd spectabiles de Malpiglis, qui, ad eorum intentionem iustificandam, ad effectum impugnandi instrumentum deduxerunt perfectam sanitatem dicti Domini Equitis* 25

tem-

tempore celebrati contractus, necesse habebant eam plene, & concludenter probare, quamvis ad hunc effectum fuerint examinati nonnulli testes, illi tamen deposuerunt in genere dictum Dominum Equitem fuisse perfectæ salutis; & licet deponendo de actibus, qui ab eo fieri solebant, ex ipsis sanitatem arguebant; Ultraquamquod non percutiebant tempus anni 1606. ex talibus actibus non insurgere probationem sanitatis tenuit Rot. Rom. &c. & quando agitur de reprobatione instrumenti, testes debent esse omni exceptione maiores, tam quoad personam, quam quoad eorum dicta &c. cum semper præsumendum sit pro iustitia contractus &c. Nec dictæ depositiones habebant in casu controverso assistentiam iuris præsumptionis, scilicet quod quilibet homo præsumatur sanus; nam dicta præsumptio elisa remanebat ab alia magis specialis insurgente ex facie extenuata, pallida, & macilente dicti D. Equitis, de qua deposuerunt testes &c. „ & post relata verba Testium *Rota* prosequitur „ *Unde sequitur dicendum, dictum D. Equitem Fr. Hieronymum Boccella ex suo malo temperamento tempore celebrati contractus, dedisse potius rationabilem spem lucri, quam timorem damni. Quod si postea ex dono Dei, in cuius manibus vita, & mors reperitur, diu vixit, id in consideratione non est habendum, cum ut sæpius firmatum fuit, iustitia contractus non sit metienda ab eventu, sed a periculo probabili, quod subitur initio contractus, cum pretio tunc recepto, vel respective soluto*; & videri iterum poterit *Rot. in dict. dec. num. subsequ.* ubi respondet in specie decisionibus nostræ Rotæ Florentinæ se fundantibus super consuetudine, quam Florentiæ extare supponunt.

Egregie etiam, ac notabiliter advertit idipsum *Card. De Luc. de empt. & vendit. disc. 28. num. 5. & de donat. dict. disc. 54. num. 14. & 15* ubi ait, frequenter contingere, quod brevior iuste reputetur vita iuvenis, vel adolescentis malæ valetudinis, quam illa viri maturi, & senis robusti, ac validi, ut de se ipso testatur, & de Cardinali Caponio, quos licet in longum tempus vitam protraxisse innuat, subdit tamen, id fuisse per accidens, neque exinde ad læsionem inferri posse, & ad inæqualitatem contractus; & confirmatur pulchre per *Const. ad statut. urb. annot. 46. art. 3.* in voto ibidem impresso *num. 233. vers. non obstat, quod Ludovicus, & n. 234. vers. quia potuit sequenti die post factam venditionem mori, quo casu venditor illico fecisset magnum lucrum, & emptor magnum damnum passus fuisset, dum statim amisisset scuta 850.*

26

In alia vero hypothesi deductionis medietatis vitæ calculum efformando, constabat illico de non excesso, & exorbitantia

tia contractus, quia computando duodecim circiter annos vitæ in Domino Plebano; differentia satis in modico versabatur; quando tamen omnes conveniunt, quod pretium census vitalitii personalis proportionabiliter esse debeat dimidio saltem maius censu perpetuo reali, atque redimibili, propter valde deteriorem conditionem primi census, in quo quandocumque mors venditoris contingat, capitale ipsum amittitur, quod in censu perpetuo non procedit, uti perbelle considerant *Cyriac. d. contr.* 1. *n.* 44 *Roderic. de annuis redditib. lib.* 1 *quæst.* 5. *n.* 13. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3 *cap.* 9. *post n.* 33. §. *sed talis sententia*, *Rot. Lucens. apud Palm. d. dec.* 107. *n.* 18. *& Ianuens. penes D. Casareg. d. disc.* 96. *de commerc. n.* 62. & admiserat in casu converso *Rot. Rom. dec.* 127. *sub n.* 8. §. *quod autem cor. Dunozett. senior.* 27 28

Quin immo ipsa iuris communis inspecta dispositione priusquam in materia usurarum a iure canonico ius civile corrigeretur, quod licite pacisci possent etiam quindecim pro quolibet centenario ex *Text. in Leg. si quis argentum*, §. *sin autem donator*, *vers. in redditibus*, *C. de donat.* tradit *Oldrad. cons.* 207 quam sequitur *Gaill. observat. pract. n.* 2. *lib.* 2. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *Gloss.* 6. *num.* 18. *Roderic. de annuis reddit quæst.* 5. *num.* 12. *&* 13. *Samminiat. controv.* 174. *num.* 2. *&* 3. Prout etiam ex dispositione Legum Hispaniarum tradit *Rot. in dict. dec. Lucens* 107. *num.* 19. ubi observavit hoc etiam fuisse de mente ipsius *Sacr. Rot. Rom.* in hisce materiis circumspectissimæ, in celebri *decis.* 514. *num.* 11. *post Cenc. de censib.* 29

Et revera nec desunt exempla plurima, quibus comprobari valide posset, quod huiusmodi redditus ad vitam quandoque fuerint æstimati ad rationem triplo maiorem, quam redditus perpetuus, & sic ad eamdem rationem quindecim, aut saltem duodecim pro centenario, in quacumque ætate constitutus ille fuerit, ad cuius vitam emuntur, ac respective venduntur, iuxta consuetudinem non solum Urbis Romæ, verum etiam totius Christiani Orbis, ut videre est apud *ipsam Rot. dict. dec.* 127. *n.* 6 *cor. Dunozett sen.* quam sequuntur *b. m. Pacion. noster d. alleg.* 79. *n.* 9. *idem Constant. ad stat. urb. d. annot.* 46. *n.* 224. *&* 225. *Tartagl de reserv. stat. in d. quæstiunc. commod.* §. 6. *n.* 132. *vers. iuxta quam &c.* & admittit etiam *Rota nostra* toties in oppositum allegata *penes Samminiat. d. contr.* 34. *num.* 94. 30

Sane in casu eiusdem *Pacion. dicta alleg.* 79. *num* 8. *ad* 11. Domus, quæ quotannis locabatur pro scutis quadragintaquin-

quinque, vel etiam quinquaginta, vendita fuit pro scutis tercentum, & sic ad rationem quindecim pro centenario, quam tamen venditionem a proposita per venditorem læsionis, &
31 iniustitiæ exceptione doctissimus Auctor solide tuetur, ac vindicat.

In casu pariter, in quo suum votum decisivum edidit *Const d. annot. 46. ad stat. urb. a n. 214. ad plur. seqq.* agebatur de venditione viginti septem Locorum Montium, quorum annuus redditus erat scut. 81. facta pro pretio scut. octingentorum, & venditor, qui erat floridæ ætatis annorum triginta, unde ad normam præfati *Text. in L. hæreditatum, ff ad Leg.*
32 *falcid* vivere debuisset adhuc annos vigintiduos, contractus reductionem obtinere non potuit ex rationibus in dicto voto legendis.

Similiaque exempla venditionis annui redditus ad vitam pro pretio duodecim, tresdecim, & quatuordecim pro centena-
33 rio, videri poterunt allegata per *Rot Ianuens. in d disc. 96. de commerc. 10. D. Aud Casareg. a num. 55. ad plures seqq.* & rursus apud *Samminiat. contr. 33. n. 124. & 125. cor. b. mem. Aud. Bellutio*.

Restat iam, ut ex ordine procedamus ad resolutionem difficultatis desumptæ ex taxa, vulgo *Scala di S. Maria Nuova*, & ex asserta consuetudine huius Civitatis, super qua maior fiebat strepitus ab Informantibus pro creditoribus D. Plebani. Verum ultraquamquod ad inducendam talem consuetudinem talia requisita probari primitus debuissent, quæ adeo sunt diffi-
34 cilia probatu, ut in praxi similes consuetudines vix esse iustificabiles non immerito dixerit *Mascard. de commerc. redd. vital. d. quæst 4. n. 9*

Plures responsiones solidissimæ suppetebant. Tum quia non obstante taxa prædicta respectu ætatis, ad alias quoque circumstantias habita fuit consideratio, quarum vigore Rota nostra contractus similes validos quandoque declaravit, & iustos, ut
35 admittitur etiam in *dec. impressa apud Sammin controv. 34. sub n. 94. vers. & licet nos non latuisset aliquando etiam census vitalitios non attenta dicta consuetudine in maiori reddito fuisse constitutos, & a Rota nostra non fuisse improbatos &c.* Et de fa-
36 cto similes consuetudines numquam a prudentis Iudicis arbitrio seiunctas esse debere tradunt *Noguerol. allegat. 37. num. 74. & seqq. Olea de cess iur. tit. 6. quæst. 10. num 17. Rota Ian apud Casareg. d. disc. 96. n. 50. & Rom. cor. Coccin. dec. 1567 num. 15.*

Tum quia in omnem casum consuetudo introducta in hac Civitate pro regulandis censibus vitalitiis, strictissime venit acci-

cipienda, & interpretanda, & in hoc præciso casu simplici talium censuum, non autem extendenda ad casum mixtum, 37 atque diversum Pensionis Ecclesiasticæ, in ordine ad quam diversa ratio militare potest, ut advertunt *Torr. var. tom.* 3. *Miscellan. part.* 2. *quæst.* 39. *tit.* 12. *num.* 49. *Card. de Luc. de benefic. disc.* 13. *num.* 8. *&* *disc.* 29. *num.* 23. *Rot. post illum de iurisd. in Mantiss. dec.* 8. *num.* 16. *& in rec. dec.* 449. *num.* 2, *dec.* 484. *num.* 10. *&* 11. *part.* 19. *& cor. Merlin. dec.* 293. *num.* 6. *& coram Emerix iun. dec.* 301. *num.* 2. *cor. Zarat. dec.* 24. *num.* 10.

Uti revera palmaris ratio diversitatis inter utrumque casum census vitalitii, ac pensionis intercedit. In censu siquidem vitalicio casus amissionis sortis pendet ab unico casu mortis naturalis ipsius venditoris; unde facile potuit determinari hoc solum vitæ periculum, vel a consuetudine, vel a lege. In cessione autem commoditatis percipiendi fructus ex pensione Ecclesiastica non unus casus obitus pensionarii, sed multiplex aliud versatur periculum, quotuplex nempe casus est, tam necessarius, quam voluntarius, amittendi pensionem Ecclesiasticam per contractum matrimonium, ob non incessum in habitu, & tonsura, ob assumptionem militiæ, aut alterius officii mere laicalis, & incompatibilis, per professionem regularem, per delictum &c. quos casus enumerat, omissis aliis, *Card. de Luca de pension. in summ. a num.* 51. *ad plur. seqq. Ansald. de commerc disc.* 60. *num.* 9. *&* 10. *vers. cum in prædictis terminis*, *Fatinell de translat. pension. cap.* 12. *num.* 10. *Tartagl.* pariter *in d. quæstiuncula commoditatis pensionis*, *num.* 25. Ubi autem maius versatur periculum, atque discrimen, maiore quoque pretio compensandum est possibile detrimentum, ut recte perpendit *Card. de Luc. de regal. disc.* 30. *num.* 9. *& de empt. disc.* 44 *num.* 19. *Sacra Rota Roman. coram Molin. decis.* 728. *num.* 14. *vers. qua stante periculorum multiplicitate, a quibus pendebat resolutio contractus fortasse contingibilis, infra breve paucorum annorum spatium, talis complicata incertitudo, & eventualitas nullam admittit læsionem &c. & coram Lancett. dec.* 632. *num.* 20.

38

39

Atque hinc propterea iure, ac merito doctissimi Scribentes pro Domino Equite Horatio ad tollendam quamlibet dubietatem, insinuabant, & bene, quod materia pensionum Ecclesiasticarum, videlicet cessio illarum commoditatis percipiendi fructus ad vitam regulanda potius foret iuxta laudabilem Romanæ Curiæ stylum, atque consuetudinem, dum ibi frequentissimæ videntur esse cessiones huiusmodi; adeout ob mox insinua-

tam multiplicem contingentiam extinctionis pensionum, satis superque dicatur esse iusta cessio, in qua quod solvitur anticipate cedenti pretium per cessionarium, quinque, sex, aut septem
40 ad summum annualitates contineat, ut in puncto asserebant, ita docentem *de Luc. de donat. disc.* 54. *n.* 16. *& de regal. disc.* 30. *n.* 7. §. *clarius vers. frequentius*. & rursus *cap.* 14. *de pension. in annot. ad constit. Innoc. XI. post tract. de statut. success. n.* 11 ubi ex hac ratione testatur, se alioquin de stylo Romanæ Curiæ peritissimum, numquam vidisse in foro ad praxim deductam exceptionem læsionis adversus tales cessiones pensionum.

Neque singularis erat, ac potius per transennam exposita, ut dicebatur, doctrina *Card. de Luc. in loc. mox alleg.* Nam hanc ipsam opinionem inveni comprobatam ego ipse a *Tartagl. in d. quæstiunc. commodit. pension.* §. 6. *num.* 131. ubi recte considerans casum locationis Domorum, ob periculum dislocationis, ait *& eadem proportionabilis ratio militat in cessione commodıtatis pensionis, ubi apud me est summæ considerationis circumstantia sopranotata, quod pensio etiam vivente cedente extingui potest, & est ad horam extinguibilis &c.* & subdit post *n.* 132. *vers. & ideo quod commoditas pensionis vendatur pro quinque, vel sex annatis anticipate solutis*. Et quod magis erat considerabile, eadem Sacra Rota Romana, cuius cœteroquin auctoritatem, atque sententiam in meo præsertim Tribunali venerabundus suscipere debebam, ex adnotatis per *Ger. Spin. cons.* 1. *num.* 47. *& seqq. Actolin. resolut.* 40. *num.* 24. *Card. de Luc. de emphyt. disc.* 28 *num.* 5. *& de indic. disc.* 34. *n.* 12. *Oliva de foro Eccles. part.* 1. *quæst.* 32. *num* 59. *&* 60. *Rot. cor. Molin. dec.* 998. *num.* 12. Eadem, inquam, Sacra Rota sequendo traditionem ipsius *Card. De Luca*, sic de quotidiana experientia testatur *in Romana Transactionis, Mercurii 5. Maii* 1728. §. *quippe vigore dictæ Transactionis Alexander Legatarius læsus non fuit, nec circumventus, immo maius commodum retraxit, quam quod in iis casibus haberi consueverit. Nam pro legato vitalitio, & eventuali, non excedente annua scuta septuaginta recepit fere duodecim annualitates, quando regulariter similia iura multo minoris æstimantur, ut quotidie experimur in pensionibus, & Locis Montium vinculatis, qui nonnisi pro septem, aut octo annualitatibus vendi solent in Urbe, sicuti testantur Card. de Luc. de donat. disc.* 54 *n.* 18. *& Constant. ad stat. urb. annot.* 46. *art.* 3. *num.* 214. *cum plur. seqq.*

Sentiebant eruditissimi Defensores Creditorum pondus, & efficaciam distinctionis inter census vitalitios, atque cessionem commoditatis pensionis Ecclesiasticæ, quam & ego pluribus

aliis

aliis modis esse irrefragabilem obiiciebam. Quare veluti ad Sacram Ançoram confugientes promovebant articulum promissæ per D. Abbatem de Gherardinis in Apoca cessionis manutentionis pensionis, ac evictionis in forma amplissima pro qualibet voluntaria transgressione eiusdem cedentis, hac autem stante promissione refusionis omnium damnorum, expensarum, & interesse aiebant cessare penitus omne periculum, quod ex multiplici superius considerata contingibilitate extinctionis pensionis obvenire potuisset Domino Equiti Cessionario.

At inani prorsus conatu. Observabam enim, quod præcisive etiam a tali conventione expressa, quam primus omnium provide insinuasse videtur ipse *Card. de Luc. disc. 69. de pension. in fin. n. 11.* ubi propterea advertit hanc hodie transiisse in commune Formularium; quando revera commoditas cessa expirasset ob culpam, seu factum voluntarium cedentis, inevitabilis erat semper pretii refusio ad cessionarii favorem, atque [41] relevationem, cum omnibus damnis, & interesse, quemadmodum exemplo feudi ex culpa devoluti perbelle tradit *Ansald. de commerc & mercat. disc. 60. num. 9 & 10.* optime pariter *idem Card. de Luc. de regal. disc. 31. n. 12. & 13.* & ipsamet ratio naturalis indigitat; & tamen non obstante eiusmodi obligatione ad interesse, tam *Card. de Luc.* quam *Sacr. Rot.* pro validitate cessionis respondent.

Verum parcant Illustiss. DD. mei Fratres de Gherardinis quorum de cætero cum præclarissimam nobilitatem, antiquissimamque venerer, ac suspiciam nihil eorum probitati, & existimationi detractum velim; credebam equidem, nihil, aut parum fore curandum de promissa evictione; nam cum ære alieno tunc saltem temporis oppressi maxime forent, ac præsertim ob debitum contractum cum DD. Officialibus Montis Communis, vulgo *i Soprassindaci*, sequuta fuisset incorporatio si non omnium, maioris utique partis bonorum patrimonialium ad illos spectantium, idque vigore obligationis fideiussoriæ, quam usque de anno 1716. sub die 30. Octobris, & ita quatuor annos ante cessionem pensionis in summa scutorum quingentum supra bis mille favore Fratris emiserat R. Abb. Ioseph Maria; parum idcirco idoneus reputabatur ad præstationem promissæ evictionis, qualem se profecto exhibuit, tum intentando consuetum remedium, ac beneficium Clericis obæratis elargitum in notissimo *cap. Odoardus de solut.* tum convocando successive Iudicium concursus universalis suorum creditorum, Quamobrem in his circumstantiis satis bene applicabatur vulgatum axioma, quod inanis est actio, quam debitoris [42]

excludit inopia, de quo *Caius I. C. in Leg. nam is 6. ff. de dol. mal.* quod in proposito affertur a *Card. de Luc. de pension. disc. 69. n. fin.* & generaliter per *Rot. cor. Molines dec.* 1070. *n.* 12.

Immo ex prædicta pariter circumstantia, quod D. Abbas tanquam debitis involutus, esset minus aptus solvendo in casu 43 evictionis, minoris utique pretii dicenda erat cessio pensionis ab illo facta, ut bene ponderat *Gratian. discept. for. cap.* 461. *n.* 10. *Card. de Luc. de empt. & vendit disc.* 24. *n.* 4. *& disc.* 25. *n.* 2. *&* 3. *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib.* 4 *tit.* 20. *n* 43. latissime *Noguerol. alleg.* 37. *n.* 69. *&* 70. *Rot. cor. Ludovis. dec.* 553. *n.* 13. *ibique Adden. n.* 18. *& cor. Pamphil. decis.* 409. *n.* 2. *& dec.* 508. *n.* 12. *post Cenc. de censib. & cor. Caprar. dec.* 758. *n.* 16.

Ex his autem omnino supervacaneam duxi assumptionem alterius disputationis, quam nec ipsi DD Scribentes pro D. Equite Horatio promoverant, tanquam sese fundantes unice, & merito in validitate, & iustitia cessionis; nam in omnem eventum, quod reductioni locus esse potuisset, notabile gravamen insurgere autumabam ex ipsa Sententia Rev. D. Iudicis a quo: illam videlicet ordinando usque ab initio reportatæ cessionis cum restitutione, vel imputatione consequutiva omnium fructuum ultra summam sc. 42. medio tempore perceptorum in extinctionem ipsius capitalis.

Etenim licet *Rota nostra in d. decis. impress. penes Samminiat. controv.* 34 *n.* 98. in hoc sensu fuerit *vers. & hanc reductionem fecimus a die initi contractus &c.* Hanc tamen opinionem, tanquam nimis asperam, & exorbitantem, nullo modo potuissem amplecti in circumstantiis maxime nostri casus, in quo termini doli, ac fraudis, vel etiam læsionis ænormissimæ undequaque aberant, dum in hac hypothesi posset ad summum 44 substineri conclusio prædicta, per ea, quæ recte tradunt in subiecta materia *Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 99. *num.* 21. *vers.* „ & nihilominus in quamdam esuberantiam subnectimus, „ quod species profecto fatuitatis videtur, prætendere implicitam restitutionem, seu imputationem de præterito solutarum, cum ad hunc effectum requiratur læsio enormissima, ac dolus positivus, quam utique perspecto tempore contractus, & reditu Hospitii, bene innotescente eidem Bonifacio, neque per umbram considerare fas est „ per ea, quæ concludit etiam *Card. de Luc de donat. disc.* 54. *ex n.* 6. *usque ad fin. n.* 11. & concordat etiam *Tartagl d. quæstiuncul. commoditat. pension.* §. 6. *n.* 139. *& seqq. & usque ad n.* 144. ubi tamen per plura argumenta idem substinet etiam in casu læsionis enor-

normissimæ *Torr. de pact. fut. success. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 37.

Nam verbum *Consigno*, & ipse actus consignationis, etiam concurrente causa iuxta, & apta ad dominium transferendum, non semper indicat abdicationem proprietatis, & dominii; sed variam recipit interpretationem iuxta circumstantias, & naturam actus, qui geritur; sicut enim ad dominium transferendum non sufficit nuda traditio *L. nunquam nuda* 31. *ff. de acq. rer. dom.* ita nec sufficit traditio coniuncta cum causa, seu titulo habili, & idoneo ad dominium transferendum, nisi concurrat affectus, & voluntas Dantis, quæ primario, ac principaliter attendi debet *Leg. Qui mihi* 13. *ff. de donat.* §. *Per traditionem inst. tit. de rer. divis.* Hinc traditio, & assignatio, etiam præcedente causa Dominii tranlativa, aliquando Dominium aliquando nudam possessionem ad fructus percipiendos in alium tranferre dicitur *Alex. cons.* 40 *num.* 60. *lib.* 4. *Mans. cons.* 622. *num.* 5. *& seq. Cost. de claus. conv. p.* 2. *claus.* 4. *per tot. Rot. dec.* 196. *num.* 1. *e* 2. *cor. Seraphin. dec.* 481. *num.* 6. *e* 7. *cor. Dunozzet. iun. & dec.* 81. *num.* 36. *p.* 18. *rec.*

24 25 26 27

Profecto in casu nostro postquam probavimus Testatorem usque ab initio reliquisse annuam quantitatem florenorum sexaginta sex non quidem ad designandam portionem Bonorum, ut perperam supponitur in obiecto, sed pure, absolute, & absque ulla relatione ad Bona assignanda per hæredes, magis credendum est, quod Testator voluerit consignari bona prædicta ut starent apud Legatarium loco pignoris pro securitate exactionis, quam ut Legatarius subiret periculum diminutionis mediante translatione Dominii. Quia verba illa „*Consignentur bona &c.* „ cum sint apposita exequtioni legati, ita sunt, ut diximus, interpretanda ut minus, quam fieri potest lædatur illius substantia; hæc autem exigit, ut assignatio speciei facta potius censeatur demonstrative, quam taxative, & sic pro solvendo, non pro soluto per ea quæ notat explicando verbum *assigno, & consigno. Lotter. de re benef. libr.* 1. *q.* 3. *n.* 19. *Piton. discept. Eccles.* 66. *tom.* 3. *n.* 21. *Rot. decis.* 165. *num.* 3. *e* 5. *part.* 4. *tit.* 1. *recent.*

28

Non obstante *Cephal. in cons.* 319. *lib.* 3. cuius auctoritas tanquam punctualis allegabatur, quia non valet argumentum a legato quantitatis unica vice præstando, de quo loquitur *Cephal.* ad legatum annuum; nam in legato unica vice præstando, nihil interest legatarium habere potius speciem, quam quantitatem, & ideo assignatio speciei facile admittit præsumptionem transla-

tionis dominii, & dationis in solutum. Quod non procedit in 29 annuo legato, in quo tot sunt debita, quot anni *Leg. si in singulos* 4. *Leg. cum in annos* 11. *ff. de ann. leg. Leg cum in annos ff. quando dies leg. cedat*, ob periculum diminutionis, cui semper obnoxia sunt bona ex quorum fructibus legatum solvi debet, ut consideranti patet.

Præterea nec subsistit, quod probata translatione dominii statim ex ea inferri possit translatum fuisse in legatarium etiam periculum diminutionis per speciem dationis in solutum, quia imo ad conciliandum legatum annuæ quantitatis, pure ut probavimus, & absolute relictum cum assignatione capitalis fructiferi apposita in eiusdem exequtionem etiam admissa dominii translatione, omnino dicendum esset periculum diminutionis ex voluntate Testatoris ad Hæredem, non ad Legatarium pertinere; quia in hac hypothesi magis urget ratio non retorquendi in præiudicium Legatarii, quod in eius commodum, & utilita- 30 tem a Testatore factum fuisse constat iuxta regulam, de qua in *Leg quod favore* 6. *C. de legibus Leg. legata inutiliter* 19 *ff. de leg.* 1. *Leg. legata* 4. *ff. de alim. leg.* quam ratio servandæ æqualitatis inter hæredem, & legatarium desumpta *ex Leg. secundum* 31 *naturam* 10. *ff. de reg. iur.* hæc enim procedit in dubio, & cum non constat de contraria voluntate Testatoris, qui eodem iure quo potest de rebus suis disponere in præiudicium hæredis, nemo negabit quin possit etiam dictæ æqualitati derogare; id autem fecisse videtur cum post relictum perpetuum annuum legatum quantitatis, mandat assignari fundum ex quo exigi debeat, quia legatum non esset amplius perpetuum si hæres non fuisset 32 obligatus supplere fructuum diminutionem, ut censuit *Rot. in d. dec.* 376. *num.* 7. *tit.* 2 *coram Lancetta*. Ubi decisum fuit pro supplemento redditus annui, non obstante assignatione bonorum cum translatione dominii.

Fortius, quia Testator non destinavit pro huiusmodi assignatione certa, & determinata bona, sed sine ulla restrictione ad speciem, nullisque in individuo designatis corporibus, demandavit in genere consignationem, vel portionis bonorum stabilium, vel Locorum Montium, vel numeratæ pecuniæ, unde Cappella eiusque Rectores de tempore in tempus consequi possent summam florenorum sexaginta sex *quolibet anno* in qua quidem hypothesi dispositio non substantiatur potius in una, quam in alia specie bonorum, sed in annuo redditu in genere 33 relicto, & ideo specialis bonorum assignatio facta ab hærede non potest ex voluntate Testatoris habere vim solutionis, ipsumque liberare a periculo diminutionis, ut in proposito observat *Rot. dec.* 165. *n.* 3. & 5. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* & *dec.* 165. *n.* 6. *part.* 9. *tom.*

9. *tom.* 1. *iuxta distinctionem Castrens. in Leg. si quis stipulantus* 75. *n.* 3. *ff. de solut.*

Nec obstant *Surd. cons.* 319. *num.* 7. *& seqq. Guzman. de evict. quæst.* 30. *n.* 81. *& seqq. Castill. contr. lib.* 4. *cap.* 33. *n.* 9. *De Luc. de leg. disc.* 21. *n.* 2. *Spada cons.* 291. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 3. & alii dicentes, quod iuxta comunem loquendi usum nihil aliud in substantia sit dare annuum redditum v. g. centum aureorum, quam dare certa, & determinata bona, quæ talem ferant redditum. Quia prædicti DD. loquuntur in sensu longe diverso a nostra quæstione; disputant enim an legato annuo redditu sint assignanda legatario tot bona, ex quibus ille percipi valeat iuxta *Text. in Leg. si quis argentum C. de donat.* seu potius ab ipso hærede singulis annis præstatio solvenda sit, & ad probandum, quod petente legatario sibi tradi fundum capacem d. annui redditus, id ei negari non possit contra eos, qui sentiunt, legatum quotannis capiendum esse de manu hæredis hoc argumento utuntur, quod idem fit in substantia legare redditum annuum in genere, ac legare fundum capacem eiusdem redditus; Sed nemo, quod viderim hoc dicere ausus est ad effectum probandi, quod heres facta assignatione, liberetur invito legatario, nam veritas est quod pro huiusmodi effectu longe differt legatum redditus in genere a legato certæ speciei, quæ talem ferat redditum, quia qui dat certa, & determinata bona, non obligatur nisi sub conditione, quatenus scilicet fructus nascantur, & ideo non tenetur ultra vires eorumdem bonorum; at qui dat annuum redditum in genere sive fructus nascantur, sive non, semper remanet obligatus, quia debitor generis ob interitum alicuius speciei nunquam liberatur, cum idem genus possit in aliis speciebus repræsentari. Ut ratiocinatur *in dec.* 165. *n.* 6. *part.* 9. *tom.* 1. *rec.*

34

35

Verum his etiam omissis, quæ tamen, (etsi quævis alia voluntatis coniectura deficeret,) satis per se excluderent prætensam dationem in solutum, omnes contrarii assumpti vires evertere visa est observantia ipsorum hæredum, qui immediate post obitum Testatoris, cuius voluntatem certe non ignorabant, quamlibet ambiguitatem, quæ ex verbis testamenti oriri potuisset facto proprio sustulerunt. Siquidem constat quod in erectione beneficii ex duobus fundis, quos hæredes obtulerunt pro implemento legati, neutrum fuit assignatum cum translatione dominii; nam respectu prædii rustici, cuius tantum portio, nullis tamen descriptis limitibus, in obligationem deducta fuit pro annua summa scutorum viginti unius, tantum abest, quod hæredes cogitaverint transferre eius dominium in assigna-

tarium, ut imo nec ius percipiendi fructus, nec ipsam possessionem unquam a se abdicaverunt. Quo vero ad domum quæ huic disputationi causam dedit idipsum manifeste probatur, tum quia utriusque fundi assignatio facta fuit in unico actu, & in

36 executionem, & implementum unius, eiusdemque dispositionis, & ideo cum nequeant diverso iure censeri, quæ sunt eiusdem qualitatis ex regula de qua in *Leg. cum qui ædes ff. de usucap. ubi DD. & in Leg. nam hoc iure, & in Leg. Lucius ff. de vulg. & pup. Cephal. cons. 68. num. 6. lib. 1. Rot. coram Ubaldo decis. 256. num. 14. & coram Falconer. dec. 16. num. 4. de probat. & dec. 62. sub num. 5. de miscellan. & coram Molin. dec. 1080. n. 20. tom. 4.* Non potest dici domum fuisse consignatam cum pleno iure dominii, quando constat alterum prædium fuisse assignatum solummodo in causam pignoris pro securitate legatarii.

Tum etiam, quia defuncto Testatore, & sequta erectione beneficii; præfati hæredes loco transferendi in Libris Decimarum prædictam domum in faciem, & creditum ipsius beneficii, eamdem una cum supra relato prædio in propriam faciem describi fecerunt inter alia bona ipsis obventa ex testamento Nicolai, atque ita eam semper retinuerunt, tum ipsi, tum eorum successores usque ad præsens tempus; Neminem enim latet ex descriptione in Libris Decimarum, optimam resultare dominii præsumptionem, nisi contrarium plene, & concludenter probetur ut observat *Posth. de manut. observ. 27. n. 1. Pacion. alleg.*

37 *87. n. 12. Urceol. consul. 91. n. 26. Rot. cor. Ansald. dec. 147 n. 55. & Rota nostra Florentina apud Catan. dec. 6. n. 3. & apud De Comitibus dec. 17. n. 4.*

Ex huiusmodi autem observantia, quemadmodum meridiana luce clarius constat hæredes non accepisse præceptum consignandi bona in ea significatione, ut importaret dominii translationem, & dationem in solutum, ita oritur inevitabile dilemma, quod aut assignatio prædicta non est attendenda ex quo facta non fuerit ad tramites Testamenti, & iuxta mentem Testatoris, & in hoc casu hæres obstringi poterit ad implendam voluntatem defuncti; faciendamque ex integro novam assignationem, ac si facta nunquam fuisset, & interim tenebitur omnino subire damnum diminutionis, tam uti debitor quantitatis

37 ob non factam assignationem demandatam a Testatore, quam uti Dominus rei peremptæ sine culpa legatarii iuxta regulam *Text. in Leg. necessario Leg. lectos ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

Aut de assignatio tanquam recte, ac legitime facta attendi debet, & in hoc supposito non potest dubitari de voluntate

Te-

Testatoris circa qualitatem ipsius assignationis, sed certo certius dicendum est eam fuisse demandatam, non ad extinguendam actionem legatarii per dationem in solutum, sed imo ad eam magis corroborandam, mediante pignoris constitutione; nam hoc est quod ab hæredibus gestum fuit, & nulla meliori haberi potest cuiuslibet dispositionis interpretatio, quamque desumitur ex observantia, cui semper in dubio standum esse monent *Rodulph. allegat.* 39. *num.* 6. *Tondut. quæst. civil. part.* 2. *cap.* 38. *num.* 19. *Torre variar tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 39. *num.* 36. *Rota coram Priol. dec.* 393. *num.* 7. *& coram Arguell. dec.* 79. *num.* 19. *& coram Falconer. dec.* 21. *num.* 10. *de iurepatr. & decis.* 16. *num.* 12. *de fideicommiss. & in rec. dec.* 633. *in fine part.* 3. Præsertim vero cum agitur de observantia resultante ex facto primi, & immediati hæredis, qui semper præsumitur conscius voluntatis Testatoris §. 1. *auth. de iureiur. amor. præst Bald. consf.* 245. *n.* 2. *in fin. vol* 3. *Mantic de coniect ult. vol. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 26. *Mans. consult.* 96. *n.* 93. *Rot. cor. Merlin dec* 456. *n.* 2. *cor. Herrera dec.* 20. *n.* 8. *cor. Lancett. dec.* 367. *n.* 16. *tom.* 2. *coram Molin. dec.* 1313. *n.* . *tom.* 5. *in Mantiss. ad De Luc. de fideicomm. dec.* 88. *n.* 48. *& in rec. dec.* 280. *num.* 20. *part.* 16.

39

40

Cœterum quod versemur in legato quantitatis minime restringendo ad redditum bonorum ab hæredibus assignatorum, non tantum deducitur ex verbis Testamenti hactenus ponderatis, & successiva hæredum observantia, verum etiam, ut initio dicebamus, ex coniecturata mente Testatoris, quam in ultimis voluntatibus ante omnia spectandam, & verbis ipsis præferendam esse voluit Imperator in *Leg.* 3. *C. de lib. præter. & faciunt Text. in Leg cum ita* §. *in fideicommisso ff de leg.* 2. *Leg. in testamentis ff. de reg. iur. Leg. hæredes mei, & Leg. final. ff. ad S. C. Trebell. Leg. Lucius* 88. § *pen. ff. de leg* 2. *Leg. Pamphilo* 38. *de leg.* 3. Quibus in præcisis terminis huius nostræ quæstionis adhærent *De Luc. de leg disc.* 14. *num.* 1. *& disc.* 66. *num.* 8. *& in Miscellan. Ecclas. disc.* 30 *n.* 6 *& seqq. Rot. dec.* 365. *n.* 39. *part.* 5. *tom.* 1. *recent & dec.* 117. *n.* 3. *&* 4. *part.* 17. *& in Romana, seu Ianuen. Dotium* 1. *Febr.* 1709. §. *quod autem cor. Aldovrando.*

41

Hanc siquidem interpretationem suadere in primis videtur frequens expressio annuæ quantitatis florenorum sexaginta sex facta a Testatore in principio, medio, & fine legati sine ulla mentione bonorum ex quibus d. quantitas esset deducenda „ibi„ „ Cum dote florenorum sexaginta sex &c. & tantam summam „ legavit, & legat &c. „ Et infra „ Et qui de tempore in „ tem-

„ tempus fuerit Rector d. Cappellæ habeat dd. florenos sexa-
„ ginta sex &c. qualibet anno &c. „ Et demum „ & nisi infra
„ d. tempus esset erecta d. Cappella cum dote florenorum se-
„ xaginta sex &c. „ Hinc enim patet unicum obiectum Testatoris fuisse constituendi dotem beneficii in annua immutabili quantitate florenorum sexaginta sex, & in hac constanti, & enixa animi deliberatione permansisse etiam post demandatam hæredibus bonorum assignationem per ea quæ notant *DD. in Leg. Balista filiumfam.* 32. *ff. ad S. C. Trebell.* observantes quod verba geminata magis disponunt, & magis enixam voluntatem

42 ostendunt, quos sequitur *Bartol. in Leg. cum scimus C. de agricol. & benefic. lib.* 11. *Bald. in cap cum te de rescript. Cephal. consf.* 614. *num.* 19. *Guttier. consf.* 23. *num.* 5. *Decian. responsf.* 35. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 3. *Osasch. dec.* 90. *num.* 5. *Rot. coram Falconer. dec.* 10. *sub num.* 3. *tit. de pensf. & cor. Lancetta dec.* 303. *n.* 10. *tit.* 1.

Accedit quod cum omnis sumi debeat interpretatio ne imprudens, & voto Testatoris minus consentanea dispositio videa-

43 tur, ut notavit *Rot. coram Gregor. XV. dec.* 26. *in fin. & facit Text. in Leg. cogi* 16. *in p. ff. ad S. C. Trebell.* „ ibi „ In am-
„ biguo tamen magis de successione sensum dico ne intercidat
„ fideicommissum „ Ideoque id haberi debeat pro expresso

44 quod Testator interrogatus verosimiliter respondisset *DD. in L. Titius* 25. *§. Lucius ff. de lib. & posthum & in Leg final. C. de posth. hæred. inst. Glossa in Leg. tale pactum §. final. ff. de pactis*, sicuti certum est Testatorem voluisse fundationem Cappellæ perpetuæ, & cum onere pariter perpetuo plurium missarum pro suffragio animæ suæ, itemque cum eodem perpetuitatis enixo desiderio reliquisse annuum respectivum emolumentum „ ibi „ Cum dote florenorum sexaginta sex quolibet anno
„ in perpetuum &c. „ Ita plane consequitur, quod nihil eorum omiserit, quæ ad optatam oneris, & emolumenti perpe-

45 tuam durationem conducere poterant; quia maximum esset absurdum, finem desiderare, & media ad ipsum assequendum necessaria omittere *Bald. in Leg. ambitiosa n.* 19. *ff. de decret. ab ordin. facien. Covarruv. var. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 2. *Rot. cor. Falcon. dec.* 3. *sub n* 8. *de alim.*

Non potuisset autem Testator exoptatam legati perpetuitatem assequi, sed procul dubio ipsum subiecisset evidenti periculo extinctionis vel pro parte, vel in totum si bonorum assignationem taxative apposuisset, nam quicumque fundus ab hærede fuisset assignatus, nunquam sane eximi poterat ab eventu, si non certo saltem possibili futuræ diminutionis, ut exitus demon-

monstravit. Rectior ergo, & voluntati Testatoris congruentior interpretatio est, quod voluerit potius in quantitate nunquam interitura, quam in specie legatum constituere, adiicendo speciem demonstrationis gratia, non taxationis, ut in puncto ratiocinatur *Mans. cons.* 17. *n.* 31. *& seq.* 46

Et re quidam vera quod Testator legando summam annuam florenorum sexaginta sex præ oculis habuerit perpetuam durationem dicti annui redditus, non obstante quacumque bonorum assignandorum futura diminutione, ad evidentiam ostendit ea fatalis circumstantia, quod non contentus assignatione iam hæredibus demandata in bonis *cautis*, *& securis* ex quibus Cappella posset exigere *libere*, *& sine ulla exceptione d. annuum* summam, voluit etiam pro maiori securitate legatarii, quod pro dotatione prædicta essent generaliter obligata omnia, & singula bona sua „ ibi „ Et pro dotatione prædicta voluit obligata, & hypothecata omnia bona d. Testatoris „ Quorsum enim generalem hanc obligationem bonis omnibus iniecisset si peremptis, vel diminutis redditibus ab initio assignatis, præclusa esset legatario via agendi ad supplementum?

Inde cessat obiectum, quod ex non facta promissione perpetuæ manutentionis bonorum recte argui possit Testatorem se remisisse iuris dispositioni, quæ est, quod damnum contingens post assignationem cedat in præiudicium legatarii per ea, quæ notat *Ansald. de commerc. disc.* 71. *num.* 26. *&* 30. Quia præterquamquod non est necessaria hæc expressa promissio, ubi non deficit promissio tacita resultans ex obligatione quantitatis initio pure contracta, & præsertim ubi ex hæredum observantia constat, bona fuisse de facto assignata pro solvendo, non pro soluto, sufficit pro responsione tenor ipse dispositionis, qui nullam admittit ambiguitatem, cum ad effectum de quo agitur, idem sit obligare omnia bona pro securitate legati, ac promittere perpetuam manutentionem bonorum assignatorum. 47

Nec est quod replicetur prædictam obligationem respicere dumtaxat tempus præcedens consignationem faciendam ab hæredibus, nec posse extendi ad perpetuam manutentionem, & exigibilitatem redditus iam assignati. Quia si id verum esset, hæc liberalitas Testatoris otiosa, & inanis evaderet, utpote quæ id tantum exprimeret, quod de iure tacite inerat ex dispositione Iustiniani Imperatoris, concedentis hanc ipsam generalem hypothecam cuilibet legatario *Leg.* 1. *C. communia de leg.* Ne itaque superflua prorsus, & inutilia remaneant verba tam serio prolata a Viro Prudenti, & Legum Perito, qualis fuisse præsumitur noster Testator contra monitum *Rotæ in dec.* 22. *num* 6. 48 49

de

de dot. sine ulla hæsitatione dicendum est Testatorem adiecisse hanc expressam hypothecam, non ut in tuto poneret solutionem annuæ quantitatis usque ad actualem bonorum assignationem, nec pro simplici defensione bonorum semel assignatorum, ex quibus causis non poterat dubitari, quin legatario competeret remedium tacitæ hypothecæ, sed hoc unico fine, ne hypotheca legalis, quam in omnibus bonis perpetuo inhærere cupiebat pro manutentione annui redditus in summa florenorum sexiginta sex extingui videretur statim ac ab hærede facta fuisset specialis bonorum assignatio.

Eoque magis quæ hactenus exposimus veritati, & iustitiæ consona esse videntur, cum agatur de dispositione ad piam causam cuius favorabilis natura exigit, quod in dubio assignatio speciei demonstrative potius, quam taxative apposita censeatur quo melius, & pinguius impleatur voluntas Testatoris, quæ præsertim cum sit directa in expiationem, & suffragium animæ, quamlibet magis latam interpretationem admittit *Tiraquell. de privil. Piæ Causæ privil.* 63. *Merend. controv. iur. libr.* 17. *cap.* 37. *n.* 42. *De Luc. de leg. disc.* 14. *n.* 6. *Fargn. de iurepatr. part.* 2. *can.* 27. *cas.* 23. *n.* 6. *in fin. Rot. coram Molin. dec.* 352. *n.* 6. *tom.* 2. *&* *in rec. dec.* 117. *n.* 13. *part.* 17. *&* *in cit. Novarien. Cappellaniæ* 2. *Iul.* 1736. §. *accedente*, *&* 6. *Maii* 1737. §. *Istaque interpretatio*.

Et ita ad tramites tam expressæ, quam implicitæ ac præsumptæ voluntatis Testatoris pronunciandum esse censui utraque Parte acerrime informante &c.

Iulius Del Riccio Vic. Gen. Fesulan.

DECISIO XXXIX.

FLORENTINA LEGATI.

11. *Sept.* 1739. *cor. Aud.* HIERONIMO FINETTI.

ARGUMENTUM.

HÆres liberatur a præstatione legati, ubi probetur totam hæreditatem ab ære alieno absorberi. Idem quoque iuris est, si contra Legatarium urgeat suspicio, quod ad eius manus pervenerit pars pecuniarum in hæreditate defuncti existentium; Vel si erga Testatorem se exhibuerit ingratum.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Legata non debent præstari nisi post solutum æs alienum.*
2 *Dos promissa solvi debet ab hæreditate promittentis.*
3 *Sententia non impugnata transitum facit in rem iudicatam.*
4 *Expensa pro salario administratoris bonorum cedere debet damno solius debitoris.*
5 *Fructus pecuniæ iuxta taxam legalem calculatur ad rationem quatuor pro centenario.*
6 *Frater gaudet privilegio, ne ab altero fratre conveniatur ultra quam facere possit.*
7 *Debitori inopi debentur alimenta non de rigore iuris, sed ex æquitate.*
8 *Formula* doverfi tenere il processo aperto *quid importet.*
9 *Suspicio subtractionis pecuniarum ab hæreditate, sufficit ad removendum legatarium a consecutione legati.*
10 *Præsumptio oriens ex processu criminali onus probationis refundit in eum, contra quem urget dicta præsumptio.*
11 *Confessio qualificata debitoris non liberat confitentem a debito, nisi aliunde qualitas adiecta probetur.*
12 *Quando contra qualitatem aliqua vehemens urget præsumptio facilius admittitur scissio qualitatis a confessione.*
13 *Sententia in alio iudicio lata probationem, vel saltem præsumptionem inducit, tam circa ea quæ disponit, quam circa illa quæ præsupponit.*
14 *Qui retinet, & conservat apud se librum, censetur approbasse omnia in eo scripta, quamvis tendant ad commodum tertii in eo scribentis.*
15 *Legatum censetur ademptum, & revocatum ob enormem legatarii ingratitudinem.*
16 *Verba sunt signa eorum, quæ versantur in mente proferentis.*
17 *Legatum quod legatario aufertur tamquam ab indigno Fisco applicatur.*
18 *Iudex non potest aliud proferre Iudicium, quam illud quod protulisset Testator si fuisset interrogatus.*
19 *Quando probationes Actoris sunt in se imperfectæ, Reus est absolvendus ab observatione iudicii.*
20 *Huiusmodi absolutio quid operetur.*

§ § § § § § § §

Pro-

PRoposito in hodierna Audientia ad instantiam Alexandri Benini dubio, an ei debeatur legatum, pro cuius consequutione Iudicium instruxerat contra D. Advocatum Agnini Executorem Testamentarium olim D. Thesaurarii Malegonelle, qui dictum legatum præfato Alexandro reliquit, responsum habui illud non deberi, altero tamen ex Dominis dissentiente.

Motivum sic decidendi, atque absolvendi D. Advocatum a præstatione prædicti legati, principaliter desumptum fuit ex tenuitate, atque insufficientia patrimonii a Testatore relicti. Cum enim non controverteretur in facto, tertiam partem bonorum communium inter tres D. Fratres Malegonelle spectantem ad Testatorem, non excedere valorem scutorum 8678. atque ex processu constiterit, Testatorem prædictum ob nimiam fiduciam ab eo habitam erga Raphaelem Amiconum, cui cœca fide considerat administrationem Capsæ militaris sibi creditæ a S. R. C. constitutum fuisse debitorem Regii Fisci in conspicua summa sc. 15000. ratione ingentis peculatus a dicto Raphaele commissi; sicuti hinc evidentissime patet supradictam portionem Bonorum spectantium ad Testatorem longe imparem esse solutioni dicti debiti, ita consequitur inutile prorsus remanere legatum ab Alexandro prætensum, cum inconcussi Iu-1 ris sit legata nonnisi post solutum omne æs alienum Testatoris præstari debere *ad Text. in L. fin. § & si præfatam vers. sin vero creditores C. de iur. delib. L. si universæ 15. C. de legat. L. creditoribus 4. & L. quoties 6. ff. de separat. cum aliis similibus apud Rodriq. de concurs. cred. par. 1. art. 8. n. 72. Rot. dec. 61. n. 7. par. 10. rec.*

Et quamquam ad effectum impinguandi Patrimonium Testatoris deducta fuerint a Defensore Alexandri plura credita, quæ ille habebat contra D. Antonium eius fratrem; Nos tamen præcisive etiam a rigoroso dictorum creditorum examine credidimus numquam posse dictum Patrimonium adeo excrescere, ut quidquam ex eo remaneat pro præstatione huius legati.

Procedentes siquidem cum eo etiam supposito, quod debita D. Antonii absorbeant totam, & integram portionem eius Bonorum, itaut vice considerandi hæreditatem Thesaurarii in sc. 8678. prout mox dicebamus, considerari, & firmari illa debeat in sc. 17536. adhuc tamen hæreditas hoc modo aucta insufficiens est solutioni debitorum Testatoris, si supradicto eius debito Fiscali iungantur alia debita ab eo contracta.

Ul-

Ultra enim supradictum debitum cum Regio Fisco firmatum in supra enunciata summa sc. 15000. referenda sunt ad debitum Testatoris, alia scuta 896. pro dote, quam ipse promiserat uxori Benigni Martini; alia scuta 1388. ad quam ut in facto probavit, diligentissimus Causæ Patronus, ascendit tertia pars fructuum spectantium ad hæreditatem Equitis Donati eius fratris, quosque Fiscus per spatium septem annorum percepit ex bonis huius familiæ, eosque erogavit in dimittendis debitis Testatoris: Ac demum aliis omissis, quæ aliquam admittere poterant controversiam, addi debent inter alia debita Testatoris sc. 360. quæ durante bonorum incorporatione facta a Regio Fisco soluta fuerunt eorumdem bonorum administratori, nec non scuta 155. quorum per sententiam declaratus fuit creditor Benignus Martini. Quæ summæ in unum redactæ constituunt summam scutor. 17799. quæ sane solvi non potest ex summa sc. 17536. ad quam, ut supra vidimus, ascendere potest hæreditas Testatoris, etiam adaucta ex integra portione bonorum spectantium ad D. Antonium illius debitorem.

Nulla autem esse potest difficultas quin singulæ partitæ mox enunciatæ referri debeant ad debitum solius Testatoris, non autem ad debitum commune omnibus Fratribus, ut ab Alexandro prætendebatur.

Quod enim pertinet ad primam ex eis, sicuti dos dictæ mulieri promissa unice fuerat a Thesaurario, ita illius solutio ab eius sola hæreditate, & non ab aliis eius Fratribus prestari debet *Instit. de oblig. in princip. Onnat. de contract. tom. 1. tract. 3. disput. 7. sect. 2. n. 32. Rot. dec. 48. n. 5. & seqq. part. 6. rec. dec. 584. num. 9. & dec. 959. num. 1. coram Molin.* 2

Eiusdemque naturæ est creditum favore Benigni Martini declaratum, cum enim illud proveniat ex diversis operis Chirurgicis, quas ipse præstiterat in servitium solius Thesaurarii, ab hoc, & non ab aliis Fratribus solvendum erat, ut dictum fuit in supradicta sententia, quæ cum transitum fecerit in authoritatem rei iudicatæ, præiudicat tam Thesaurario, qui illius operas conduxerat, quam Alexandro legatario ab eo causam habenti, itaut hodie in dubium revocari non valeat, cum non fuerit unquam contra eam intentatum remedium restitutionis in integrum ex traditis per *Roman. cons. 367. num. 1 in fin. Ciarlin. controv. forens. lib. 2. cap. 135. num. 7. Rot. dec. 147. num. 6. & dec. 210. num. 1. part. 5. rec. dec. 26. n. 8. coram Buratt. dec. 143. num. 9. coram Cels. & apud Torre var.* 3

var. iur. quæst. lib. 2. Miscell. part 1. *tit.* 12. *dec.* 20. *n.* 12.

Minus etiam difficultatis recipit tertia partita conflata ex salario soluto administratori bonorum, quia cum huiusmodi expensa veniat in sequelam sequutæ bonorum incorporationis, cui causam unice dedit debitum a Thesaurario contractum cum Regio Fisco, illa profecto cedere debet damno solius 4 Debitoris eiusque Patrimonii, ad notata per *Salgad. labyr. credit. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 5. *part.* 3. *cap.* 9. *n.* 15. *&* 16. *& cap.* 11. *n.* 29. & est notissimum ex quotidiana experientia, qua docemur in singulis sententiis graduatoriis assignari suum gradum administratori concursus.

Nec diversimode denique iudicandum est de tertia parte fructuum spectantium ad hæreditatem Equitis Donati, quia cum Fiscus ex causa debiti Thesaurarii devenerit ad confiscationem omnium omnino bonorum Domus Malegonellæ, & successive per spatium septem annorum perceperit omnes fructus, eosque indistincte impenderit in solutionem æris alieni spectantis ad solum Thesaurarium, æquum omnino est, ut huius hæreditas retribuat hæreditati Equitis Donati tertiam partem dictorum fructuum in supradicta saltem tenui summa, ad quam illi ascendunt calculati ad solam rationem scutorum duorum pro quolibet centenario, & anno, quando tamen si res tractanda, ac decidenda foret iuxta taxam illam legalem, quæ servatur in Tribunalibus huius Civitatis, calculari deberent ad rationem scutorum quatuor pro centenario, ut testa- 5 tur *de Comit. dec. flor.* 62. *num.* 11. ubi refert quandam legem anno 1678.

Ex quibus cum satis superque constet hæreditatem prædictam remanere absortam, & consumptam, a supra enunciatis debitis Thesaurarii, opus non habuimus assumere examen alterius articuli promoti circa alimenta præstita Domino Antonio a Fisco durante incorporatione, an nempe illa poni, & calculari debeant ad debitum Thesaurarii, ut contendebat Dominus Advocatus, vel ad debitum solius Domini Antonii, ut putabat Alexandri defensor, cuius ceteroquin articuli definitio, & resolutio admodum facilis, atque expedita nobis fuisset, quia sicuti hoc debitum alimentorum debitorum Domino Antonio in vim illius privilegii, quo gaudet Frater, ne ab 6 altero Fratre conveniatur, ultra quam facere possit ex traditis per *Surd. de aliment.* 1. *quæst.* 78. *num.* 6. *Salgad. labyr. credit. part.* 1. *cap.* 32. *num.* 8. *Pascal. de pat. potest. part.* 2. *cap.* 9. *sub num.* 18. *& num.* 20. residebat in bonis eiusdem Fratris debitoris, ita solvi illud debebat ab hæreditate Thesaurarii,

cui

cui supra assignavimus integram portionem bonorum ad Fratrem debitorem spectantium; idque non quia creditor evadat, vere debitor alimentorum erga suum debitorem, sed quia leges indulgentes inopiæ debitoris supradicto privilegio fruentis malunt creditorem, quid minus suo vero credito recipere, quam debitorem fame, atque inopia perire, ut bene ponderat *Salgad. labyr. credit part. 1. cap. 33. n. 20. 25. & 29.* 7

Ultra hoc solidissimum fundamentum in mero facto consistens, alia duo nobis sese obtulerunt iuris, & facti mixturam habentia, quorum primum est, quod Alexander non satis se purgaverit a suspicione, quod ad eius manus pervenerit saltem pars earum pecuniarum, quarum repertus, & declaratus fuit debitor, Thesaurarius; & alterum in eo versatur, quod ipse ingratum sese exhibuerit erga Testatorem, atque ideo ceciderit a iure consequendi legatum sibi relictum.

Et ut a primo incipiamus, ex ipso exordio processus criminalis fabricati in Curia Liburni, constat Alexandrum inquisitum, sive accusatum fuisse de aperitione Capsæ Militaris ab eo facta post secutam mortem Thesaurarii eius domini; ex qua Capsæ aperitione adeo vehemens contra eum orta fuit suspicio subtractionis pecuniarum, ut licet ea, quæ ipse deduxit in sui exonerationem, satis fuerint, ne ille in eo Iudicio condemnaretur, non tamen ad eum probationis gradum pervenerunt, ut omnino meruerit absolvi, prout absolutus fuit Amiconus una cum eo inquisitus, sed illemet Iudex, qui Amiconum absolvit ex capite innocentiæ, pronunciavit contra Alexandrum „ doversi tenere il Processo aperto „ quæ formula sicuti non consumat totum ius accusatoris, nec efficit, ut nomen inquisiti deleri debeat ex albo reorum ad notata per *Farinac. quæst 81. num. 589.* ita cum dicta sententia numquam fuerit in hoc capite revocata, efficit, ut contra Alexandrum vigeat adhuc illamet suspicio, propter quam processum fuit ad recipiendam contra eum accusationem; atque hæc suspicio, quæ certe non poterat, nec debebat sufficere ad eum condemnandum in Iudicio criminali, superabundat in hoc Iudicio civili, si non ad eum condemnandum ad restitutionem pecuniæ, quæ reperta fuit deficere in dicta Capsa Militari, ad effectum saltem eum removendi, a consecutione legati per eum petiti ex deductis apud *Raynald. observ. crimin. lib. 2. cap. 18. n. 56. & 59. Rot. dec. 85. n. 16. & dec. 86. n. 6. post Constant. ad stat. urb* 8 9

Maxime quia non deest eiusdem supradictæ sententiæ iustificatio, quam nobis abunde præstant acta illius Iudicii, ex qui-

bus habemus, quod Alexander sequutam sui Domini mortem reticuit ad plures horas omnibus aliis præterquam Raphaeli, cui statim illam notificavit, & cum eo remotis quibuscumque Arbitris accessit ad mansionem, ubi servabatur Capsa Militaris, eamque aperuit, & pecunias ibi absconditas contractavit solvens stipendia quibusdam militibus, non secus ac, si adhuc in humanis extitisset Thesaurarius, ut hæc omnia narrantur ab ipso Alexandro in quadam sua attestatione „ ibi „ Si andò „ giù, e si pagò, e subito riserrai la Cassa, e il Sig. Amiconi „ andiede a darne parte al Sig. Leonardo Del Riccio „ ac deinde accessit ad aliam mansionem, ubi aderant Libri spectantes ad Thesaurarium, in quorum altero, vidente, & non contradicente Alexandro, Amiconus se scripsit creditorem conspicuæ summæ scutorum 9000. ac demum se transtulit ad culinam, & consentiente Amicono, Alexander combussit plura folia, ut apparet ex dicto Processu Criminali, qui licet non faciat probationem perfectam in iudicio civili, negari tamen non potest, quin adeo valida ex eo oriatur præsumptio, ut saltem refundi debeat onus probandi contrarium in eum, contra quem 10 urget dicta præsumptio *Bartol. in Leg. 2. § hoc edictum num. 5. ff. de vi bonor. raptor. Ruin. cons. 4. num 5. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 34. num. 13. cum aliis apud Rot. dec. 352. n. 12. part. 5. recent.*

Quæ suspiciones eruentes contra Alexandrum ex dicto processu criminali, comprobationem, & fulcimentum recipiunt ex altera magis specifica confessione eiusdem Alexandri, qui saltem summam scutorum 1000. fatetur se recepisse a Thesaurario eius Domino ad effectum eam reponendi in Capsa Militari. Et licet statim subdat sese implevisse dictum mandatum, cum tamen de hoc nulla alia in toto dicto processu adsit probatio, quam illius assertio, hæc sane non sufficit ad effectum eum liberandi a debito, quod contra eum fundatur in prædicta eius confessione, quæ eum facit debitorem, nisi aliunde probetur qualitas illi in confitentis exonerationem adiecta *Scacc. de iud.* 1 *lib. 2. cap. 11. n. 91 vers. prius est, Caren. resolut. 42 num. 7. Rocc. disput. iur. select. cap. 80. n. 8. Bonfin. ad bannim. gener. cap. 28. n. 37. cum aliis a me relatis in Florentina Pretii Locorum Montis Redimibilis 31. Iulii 1737. §. & quidem qualitas vers. quo stante.*

Eoque libentius scindi posse credidimus a dicta confessione qualitatem illi adiectam, quia cum dicta summa scutorum 1000. in sententia prolata in Iudicio civili, non fuerit bonificata Amiconio, qui illam sibi bonificari firmiter instabat in vim su-

pra-

prædictæ assertionis Alexandri: hinc sicuti non fuit bonificata, quia Iudicibus (quorum unus eram ego ipse huius decisionis extensor) non constitit de actuali repositione dictæ summæ in Capsa, de qua si constitisset, non potuissent non referre dictam summam ad creditum Amiconi; ita dum viget sententia præsupponens non fuisse probatam dictæ summæ restitutionem, frustra modo, atque inutiliter prætenditur una cum confessione Alexandri de pecunia sibi tradita acceptandam esse etiam qualitatem illi adiectam de pecunia restituta, quia facilius admittitur scissio qualitatis a confessione, quando contra qualitatem[1] urget aliqua vehemens præsumptio *Angel. de confess. lib.* 3. *qu.* 11. *num.* 73. *& seqq. Balducc. ad Ramon. cons.* 80. *n.* 98. *Bonfin. ad bannim. gener. d. cap.* 28. *num.* 35. *Rot. dec.* 91. *n.* 17. *& dec.* 108. *n.* 6. *&* 7. *part.* 12. *rec. cum aliis apud de Comit. dec. Senen.* 28. §. *unico num.* 17. qualis est illa, quæ in casu nostro oritur ex dicta sententia, quæ probationem, aut saltem in hoc Iudicio præsumptionem inducit, non minus circa ea,[13] quæ præsupponit, quam circa ea, quæ disponit *Bald in Leg. penultima ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Castrens. in Leg.* 1. *sub n.* 1. *Cod. quand. provoc. non est necess. Cravett. cons.* 79 *n.* 4. *Capyc. Galeott. controv.* 7. *n.* 11. *Afflict. dec.* 3. *num.* 14. *Magon. dec. flor.* 3. *n.* 19. *Adden. ad Gregor. dec.* 208. *num.* 7. *vers. limitatur*.

Gradum modo faciendo ad postremum motivum ingratitudinis ab Alexandro erga beneficum Testatorem exhibitæ, hæc profecto evidentia ipsa evidentior resultat ex quadam extraiudiciali attestatione, quam ipse emisit coram Iudice criminali in retractationem illius præcedentis Iudicialis depositionis, in qua asseruerat se vidisse Amiconum scribentem in Libro Thesaurarii post huius mortem.

Pro cuius rei clariori intelligentia opportune hic est sciendum, dubitatum fuisse in illo Iudicio criminali, an partita illa sc. 9000. cuius supra meminimus, credi deberet scripta vivente, vel mortuo Thesaurario, & rationem dubitandi in eo stetisse, quod si constitisset de illius adiectione facta post mortem Thesaurarii, nihil ea omnino profuisset in exonerationem Amiconi, de cuius manu, & caractere eam scriptam fuisse minime ambigebatur. Et viceversa si fuisset probatum illam scriptam fuisse in vita Thesaurarii, sicuti liber, in quo illa erat scripta nedum spectabat ad dictum Thesaurarium, sed ab eodem detinebatur, & custodiebatur in proprio eius cubiculo, ita referri illa debuisset ad creditum Amiconi licet scripta eius manu, quia Thesaurarius retinens, & conservans apud se dictum Librum,

brum, censeretur approbasse omnia ea, quæ in illo erant scri-
[14] pta, etiamsi forte tendant ad commodum tertii in eo scribentis *Mascard. de probat. conclus.* 977. *num.* 10. *Gen. de script. priv. lib.* 4. *tit.* 1. *de lib. ration. num.* 109. *&* 110. *Ansald. de commerc. & mercat. disc.* 75. *n.* 12. *Rot. dec.* 113. *num.* 25 *&* 26. *coram Buratt.*

Quia vero a Fisco contra Amiconum afferebatur solemnis, & Iudicialis depositio Alexandri, qui testabatur, ut mox dicebamus se vidisse Amiconum scribentem in dicto Libro post mortem Thesaurarii, atque hinc vehementissima oriebatur coniectura, quod illa hoc tempore adiecisset dictam partitam ad sui ipsius commodum, maxime quia scriptæ erat in calce omnium aliarum partitarum respicientium datum, & acceptum inter ipsum Thesaurarium, & Amiconum eius Ministrum; Hinc inito ab Amicis, & coniunctis Amiconi consilio cum Alexandro, ex cuius supradicta attestatione adeo ingens præiudicium illi imminere timebatur, hunc induxerunt ad accedendum ad Iudicem, & coram eo retractandam præfatam depositionem, prout ipse de facto Iudicem adivit, & coram eo dictam sui ipsius depositionem retractavit, cui retractationi licet extraiudiciali adeo credidit præfatus Iudex, ut licet mandaverit „ do= versi tenere il Processo aperto „ contra Alexandrum, libere tamen, & definitive absolvit Amiconum ex capite innocentiæ.

Qua verissima facti historia præmissa, sicuti nemo non videt quantum præiudicii ex dicta retractatione Alexandri derivaverit bono nomini Thesaurarii, de quo suspicari cæpit, eum vere habuisse scuta illa 9000. quæ in eius Libro scripta erant in eius debitum, & in creditum Amiconi, ita cum dicta retractatio ex confessione eiusdem Alexandri detecta fuerit falsa, inde sequitur Alexandrum, uti falsum testimonium perhibentem contra eius amantissimum Dominum, & Benefactorem, redditum fuisse immemorem beneficii in se ab eo collati, in quo vere, & proprie consistit detestabile vitium ingratitudinis „ = cuius simulacrum adorat, qui collati sibi beneficii memo= riam, vel extinguit improbus, vel negligit indevotus „ ut aiebat D. Stephanus Tornacensis relatus per *Rot. in dec.* 1. *n.* 1. *coram Falconer. de off. ordin.* Atque idcirco ex tacita voluntate Testatoris, de quo lex præsumit, eum tale legatum minime relicturum fuisse, si præcogitare potuisset, adeo enormem legatarii ingratitudinem, legatum ipsum censetur ademptum, &
[15] revocatum ad bene notata per *Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib* 12. *tit.* 5. *n.* 1. 16. *&* 17. *vers. sed ego*, ubi ampliat conclusionem etiam in casu, quod legatum fuerit expresse relictum in compensationem præcedentium meritorum. Absque

Absque eo quod excusationem aliquam mereri possit Alexander, vel quia dictam retractationem emiserit citra animum præiudicandi eius Domino, vel quia postea retractaverit eamdem retractationem, & confirmaverit suam primam depositionem.

Urget siquidem contra primam ex relatis excusationibus eiusdem Alexandri confessio, qui expresse fatetur se primam retractationem fecisse, quia ab altero ex Amicis Raphaelis insinuatum sibi fuit „ che si doveva aiutare il vivo, e non il = morto „ ut claris, & rotundis notis legitur in dicta postrema retractatione, ubi narrando ea, quæ secuta erant ait „ e = principiò nuovamente a pregarmi di andare a ritrattare il = detto mio deposto, ed avendoli io risposto, che non volevo = fare una tal cosa, perchè avevo detta la verità, mi persuase = di andare dal Sig Auditore, e ritrattare detto deposto, per= chè ciò sarebbe servito per minorare la pena al detto Sig. = Amiconi, con avermi di più in tale atto suggerito, che mi = ricordassi, che detto Sig. Amiconi era mio Compare, e che = si doveva aiutare il vivo, e non il morto, onde io inquieta= to &c. mi indussi &c. „

In quibus terminis relinquentes Deo optimo maximo, qui solus est scrutator cordium, iudicare, quid vere habuerit in mente Alexander, nos sane sequentes vestigia humani Iudicii nil aliud potuimus percipere, quamquod ipse adeo voluerit iuvare Amiconum viventem, ut nihil omnino curaverit præiudicium, quod inde obventurum erat Thesaurario iam mortuo, ut præseferunt mox relata verba, quæ esse solent signa, atque indicia eorum, quæ versantur in mente ea proferentis *Leg. uni. §. fin. ff. mandat. Leg. cum servus ff. de verbor. obligat. Peregr. de fideicomm. art.* 11. *n.* 36. *Donad. de renunc. cap.* 44. *n.* 52. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 15. *& seqq. & var. iur. quest. lib.* 1. *tit.* 2. *quest.* 24. *n.* 58. *Rot. dec.* 130. *n.* 3. *part.* 1. *rec. dec.* 272. *n.* 3. *& seqq. coram Seraphin. & coram Falconer. dec.* 2. *sub n.* 24. *& de locat. & dec.* 39. *num.* 1. *in miscellan.*

Altera autem excusatio petita a retractatione prædictæ retractionis, quidquid sit, an ea prodesse posset Alexandro in Iudicio criminali ad effectum evitandi, seu mitigandi pœnas a iure indicatas contra Testes deponentes falsum, ac pertinaciter insistentes, & perseverantes in dicta falsa depositione usque quo a Fisco fuerint de falsitate convicti; nihil sane omnino iuvare potest in præsenti Iudicio, in quo non agitur de infligendo Alexandro aliquam pœnam, sed de adimendo ei legatum reli-

ctum a Testatore, non ad effectum illud applicandi Fisco, prout 17 forte accidisset, si eo persistente in sua falsa depositione, legatum ab eo auferri debuisset tanquam ab indigno iuxta *Text. in Leg. 1. ff de his quib. ut indign.* sed ad alium longe mitiorem effectum illud relinquendi in hæreditate ex præsumpta mente Testatoris, qui sicuti illud verosimiliter non reliquisset, si prævidisset legatarium exhibiturum fuisse falsum testimonium contra se ipsum, ut supra vidimus, ita illud pro non relicto, & pro revocato, atque adempto reputari debet a nobis, qui in iudicando non aliud possumus, aut debemus proferre Iudicium, quam illud idem, quod protulisset Testator, si fuisset interro- 18 gatus, ut ex *Text. in Leg. 1. ff. ubi pupil. educ. deb. & in L. tale pactum 41. §. pater ff. de pact.* probant *Castill. quotid. contr. lib. 4. cap. 12. n. 1. & 2. & per tot. Valenzuel. cons. 36. n. 22. Fontanell. dec. 146. a n. 20. & seqq.*

Ex quibus huc usque expositis cum clare constet de insufficientia Patrimonii, de suspicione vigente contra Alexandrum, quod ad eius manus pervenire potuerit partem aliquam pecuniarum existentium in Capsa Militari, quam ipse post mortem Testatoris aperuit, ac demum de illius ingratitudine erga Testatorem commissa, lata hinc aperiebatur via procedendi ad definitivam absolutionem D. Advocati a contra eum petitis per Alexandrum.

Verum enim vero cum ex parte eiusdem Alexandri prætensum fuerit in hæreditate Testatoris ultra ea Bona, de quibus, ut supra sufficientissime rationem reddit D. Advocatus, remansisse etiam iocalia, argenta, & pecunias, & in huius prætensionis comprobationem adductæ fuerint ab eo quædam minus perfectæ probationes: Itidemque in limine ferendæ sententiæ fuerit ab eo nobis extraiudicialiter exhibita Epistola cuiusdam qualificatissimi Viri asserentis se adfuisse aperitioni Capsæ Militaris factæ ab Alexandro post mortem Thesaurarii, ex quo corruere hic putabat supradictam suspicionem, quod ipse potuerit quidquam ex dicta Capsa subripere; Ideo nos, licet intactum remaneat tertium motivum desumptum ab ingratitudine, quia tamen illud deduximus potius in adiumentum, & comprobationem aliarum decidendi rationum, quam quia crediderimus super eo solo constituere posse fundamentum nostræ sententiæ, hinc mitiorem, & placidiorem viam amplectentes vice definitive absolvendi dictum D. Advocatum, eum solum- 19 modo absolvimus ab observatione Iudicii, ut faciendum esse quando probationes Actoris sunt in se imperfectæ, monet *Ab Eccles. observ. for. par. 1. cap. 44 num. 12. e 13.* cum aliis mox recen-

recensendis: Per quam methodum, æque consulitur utriusque Collitigantis indemnitati; *Rei* scilicet, qui actu liberatur ab illis molestiis, quæ sibi per Actorem indebite inferebantur: *Actoris* vero quia non omnino ei præcluditur via iterum experiendi Iura sua citra periculum, aut timorem, quod ex nostra hac sententia oriatur contra eum exceptio rei iudicatæ, quatenus denuo in Iudicio compareat melioribus, & validioribus probationibus munitus ad bene firmata per *Bald. in Leg. properandum* 20 *§. & siquidem num.* 19 *Cod. de iudic. Marant. de ord iudic. par.* 5. *num.* 52. *vers. & utilitas*, *Asin. in prax. §.* 2. *cap.* 15. *num.* 20. *& seq. Rudolphin. in prax cap.* 2. *num.* 142. *e* 143. *Cancer. var. resol. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 59. *Ab Eccles. observ. for. par.* 1. *cap.* 44. *num.* 7. *e* 8. *Card. De Luc. de credit disc* 117. *num.* 9 *cum aliis concordantibus apud Rot. dec.* 24. *num.* 3. *cor. Falconer. in Miscellan.*

Et ita utraque &c.

Octavius Vasoli Piccinini Rot. Audit.
Hieron. Finetti Rot. Aud. & Extens.

DECISIO XL.

FLORENTINA FINIUM REGUNDORUM. SIVE IDENTITATIS BONORUM

16. *Sept.* 1741. *cor. Aud.* ASSUNTO FRANCESCHINI.

ARGUMENTUM.

IN Iudicio finium regundorum, constito de possessione unius ex partibus, quæ resultat ex seminatione, libris decimarum, testium depositionibus &c. ac probata fundi identitate, quam evincit verificatio duarum demonstrationum, vel loci cum unico confinio, quamvis cœtera non conveniant, favore possessoris iudicandum esse firmat præsens Decisio, ubi plura etiam super identitate expenduntur.

SUMMARIUM.

1 *Iudicium finium regundorum cohæret controversiæ super proprietate.*
2 *In hoc Iudicio quolibet ex litigantibus tenetur suam intentionem plene probare.*
3 *Inspiciendum tamen est quis sit in possessione.*

4 *Cum*

4 *Cum tunc probationis onus in alium transeat, qui si in probando deficiat favore possessoris est iudicandum.*
5 *Possessio præsumitur legitima.*
6 *Possessio presumptive probat dominium.*
7 *Possessio resultat ex seminatione, & arborum plantatione.*
8 *Non tam quoad partem satam &c. quam quoad partes connexas.*
9 *Testes probant possessionem, quamvis non enuncient actus possessorios, nec scientiæ causam adducant.*
10 *Æstimum probat possessionem.*
11 *Etiam contra non consentientes descriptioni, saltem ad effectum refundendi probationis onus in adversarium.*
12 *Emptio, & venditio est titulus legitimus ad transferendum dominium.*
13 *Identitas probatur ex verificatione duarum demonstrationum, vel loci cum unico confinio.*
14 *Quamvis cætera confinia vel deficerent, vel non convenirent.*
15 *Ubi aliquis enunciatur pro possessore finitimo, is præsumitur dominus fundi allati pro confinio.*
16 *Qui citatus ad confinium appositionem diu postmodum acquievit, nequit inde super hoc controversiam excitare.*
17 *Confessio plene probat contra confitentem.*
18 *Demonstratio loci cum confinibus facta in actu proportionato, intelligenda est de confinibus immediatis, non mediatis.*
19 *Identitas rei ex quibus probetur.*
20 *Ubi certum est antecedens, certa quoque est consequentia.*
21 *Ubi clara est identitas non attenditur fundi vocabulum.*
22 *Diversa denominatio identitati non præiudicat.*
23 *Verba* Rioro, & Raioro, *in quo differant.*
24 *Dictio* in circa *aliquando minorem, aliquando maiorem quantitatem designat.*
25 *Modica differentia in quantitate, non excludit identitatem.*
26 *Descriptio ad libros decimarum fit ad instantiam, & cum consensu possessoris.*
27 *Confessio in libris decimarum emissa, nequit à confitente impugnari.*
28 *Confessio verisimilis, & adminiculata, quamvis revocata probat.*
29 *Falsitatis exceptio non probata non attenditur.*
30 *Fraus, & simulatio concludentissime est probanda.*
51 *Magistratus præsumitur se gessisse, prout de iure debuit.*
32 *Descriptio vaga nil proficit.*
33 *Termini ita apponuntur, ut de una ad aliam partem ferantur pro lineam rectam.*

34 *Di-*

34 *Diversitas arguitur ex diverso loquendi modo.*
35 *Testes deponentes de iure dominii non probant nisi rationem afferant sui dicti.*
36 *In materia confinium plurimum attenditur verisimilitudo.*

31 constituebatur, in puncto *Rot. nostra lib. motiv. 113 pag 784 §. sed ultimo fortior vers. & quoad Dom. Cassandram* „ ibi „ & = quoad Dominam Cassandram hæredem institutam per Testa- = mentum factum a Domino Leonardo in ipsam censeri alie- = nasse omnem suam portionem de iure sibi tangentem in bo- = nis fideicommissariis „ & de simili detractionum comprahensione in generali hæredis institutione omnes species includente ex vi locutionis suæ indefinitæ scripserunt precise *Peregrin. de fideicommiss. art. 40. n. 55. & seqq Rota post De Luc de testam. dec. 53 n. 20 §. verum & apud Fredian. de fideicommiss. dissert. 20 num. 31.*

Reditque ultimo idem sermo de dilectione genitoris in genitum, cuius favore & ne excludatur ab assequtione universi

32 Assis Paterni, si iura voluerunt plus dictum, quam scriptum *Leg. cum avus ff. de condit. & demonstrat Leg. cum acutiss. C. de fideicommiss.* non est cur ubi late scriptum est, minus dictum debeamus præsumere, & patrem existimare noluisse quæ dixit, & quæ poterat quod argumentum est *Peregrin. de fideicomm. art. 40 num 56.*

Quamobrem quatenus non sufficeret declaratio, quæ a donatione & renunciatione non absoluta, sed in gratiam & con-

33 templatione alterius inseparabilis est, & necessario emergit pulcre ultra relatos *De Luc. ad Franch. dec. 101 num. 26* in promptu aderat in nostra hypothesi declaratio expressa verbalis & materialis in institutione ipsius filii cui neque obstat sensus *Rotæ cor. Lancett. dec. 245 n. 9. 10. cor. Ansald. dec. 17. n. 8.* nam in suis terminis de bonis simpliciter actum erat non de iuribus &c.

Et ita utraque &c.

Hieron. Finetti Rotæ Audit.
Ioannes Meoli Advocat. & Relat.

DE-

DECISIO XLIII.

SENEN. LIBERTATIS BONORUM.

Diei 29. Martii 1751. cor. Canc. ANTONIO MARIA MONTORDI.

ARGUMENTUM.

APpellatione Descendentium quando, & ex quibus de solis masculis ex masculis Testatorem sensisse dicatur. Appellatione Cippi non veniunt masculi ex fœminis etiamsi non constet de contemplatione agnationis. Appellatione Descendentium per Lineam masculinam veniunt soli masculi ex masculis. Argumentum ab usa loquendi Testatoris desumptum ad terminos *Text. in Leg. qui filiab. ff. de legat.* 1. procedit non obstante diversitate personarum, & orationis. Appellatione Lineæ Filiorum, & descendentium Masculorum, quando veniat sola Linea masculina Testatoris.

SUMMARIUM.

1 *Verbum* Descendentes, *plures descendentium species complectitur.*
2 *In ultimis dispositionibus totum facit Testatoris voluntas.*
3 *Verbum* Descendentes *eadem proprietate sermonis Genus summum, ac insimum complectitur, & ex quacumque verisimili coniectura in latiori, vel strictiori significatione sumitur.*
4 *Ut verba improprie intelligantur evidentes requiruntur coniecturæ.*
5 *Prohibitionis ratio demonstrat de quibus descendentibus Testator cogitaverit in prohibitione.*
6 *Scriptum rationi servire debet, non scripto ratio.*
7 *Filii Patris, non Matris familiam sequuntur.*
8 *Si Testator fœminas exclusit, vel quia sunt finis familiæ, vel quia sexum masculinum præ fœmineo dilexit, validissima est coniectura ad excludendos masculos ex fœminis.*
9 *Verba generalia simpliciter prolata in excellentiori, ac nobiliori significatione sunt intelligenda.*
10 *Prudens est in Testatore consilium propriæ Agnationis conservationi prospicere.*
11 *Testator nobilis non alia mente fideicommisisse præsumitur, quam ut suæ familiæ consuleret.*
12 *Accedente præsertim insigni qualitate bonorum.*

13 *Simplex alienationis prohibitio absque ulla ratione, aut causa fideicommissum inducit, ubi agitur de rebus insignibus.*
14 *Conformatio Testatoris legibus Patris excludentibus cognatos a successione favore Agnatorum, præbet validissimum argumentum contemplatæ agnationis.*
15 *Statuta sunt pacta Civium, Legis auctoritate firmata.*
16 *Testatores vocantes masculos, præsumuntur se conformasse Statutis agnationis favore conditis.*
17 *Idque obtinet, licet masculi ex fœminis non concurrant cum masculis ex masculis, sed cum herede extraneo.*
18 *Exclusio filiarum Testatoris arguit contemplatam fuisse agnationem.*
19 *Argumenta deprompta ex Testatoris verbis aperte demonstrant illius voluntatem.*
20 *Verbum* Ceppo *ex communi usu loquendi, præsertim in Italia, agnationem, & familiam significat.*
21 *Verba pro synonimis habita a Testatore, in eadem significatione sunt intelligenda.*
22 *Ubi adest votum conservandæ agnationis, appellatione* Cippi *non continetur fœmina agnata.*
23 *Non sequitur tamen, quod huiusmodi voto deficiente, contineantur masculi ex fœminis.*
24 *Verbum* Ceppo *non est nomen iuris, sed a Populo introductum ad designandam agnationem.*
25 *Ideo non licet illud extendere ad comprehendendos cognatos.*
26 *Dictio* cioè *non ad corrigendum, sed ad idem significandum inventa est, & inter sinonima reponitur.*
27 *Permissio alienationis inter Descendentes per Lineam masculinam bonorum fideicommissorum est argumentum. quod Testator habuit pro sinonymis agnatio, & descendentia.*
28 *Masculi, ex fœminis descendunt per fœmininam, non per masculinam Lineam.*
29 *In ambiguis melior interpretatio est quæ ex usu loquentis promanat.*
30 *Relatio est repetio omnium superius nominatorum.*
31 *Dictio relativa* detti *filiis adiecta non extenditur ad descendentes.*
32 *Testator non potest mandare perpetuam comunionem bonorum inter vocatos.*
33 *Appellatione descendentium masculorum veniunt quoque masculi ex fœminis.*
34 *Masculus descendens ex fœmina, est descendens masculus.*
35 *Hæc Fulgosii opinio non est certa, & irrefragabilis.*

36 *Imo*

36 *Imo ad ipsa recedendum est nisi evidentes demonstrationes nos in illam inducant.*
37 *Contrariam tamen est tenendam, ubi etiam leves coniecturæ, & verisimilitudo suadent Testatorem de solis masculis ex masculo sensisse.*
38 *Sub vocatione Lineæ, & Descendentiæ masculinæ non admittuntur masculi descendentes ex fœminis.*
39 *Idem est vocare Lineam masculinam, & Lineam masculorum.*
40 *Nomen singulare Linea non congruit filiis, & descendentibus, sed Testatori uti caput, & principium Lineæ.*
41 *Linea masculorum per fœminam interrumpitur.*
42 *Qui designatur pro stipipite Lineæ non est in Linea quæ ab ipso non incoatur sed ab eius filiis:*
43 *Eadem determinatio plura determinabilia respiciens æqualiter debet determinari.*
44 *Verba ambigua secundum Testatoris usum, sunt interpretanda.*
45 *Quando non apparet Testatorem usurpasse nomen* Linea *in magis lata significatione, estimandum est, ut Lineam masculinam tantum significare voluisset.*
46 *Ex probibitione alienationis preter quam inter illos de Linea masculina arguitur appellatione Lineæ Testatorem sensisse descendentium Masculorum, de eadem Linea.*
47 *Secus quoties ratio magis late patet quam dispositio, aut probibitio alienationis.*
48 *Ex Testamenti contextu eius verus sensus, & voluntas Testatoris desumenda est.*
49 *Maxime quando agitur de oratione continuata, & connexa.*
50 *Interpretatio alias data iisdem verbis normam suppeditare debet in aliis casibus.*
51 *In ambiguis favorabilior est causa liberationis, quam obligationis, absolutionis, quam condemnationis Rei, quam Actoris.*

Lexander Trecerchius Testamento suo ita cavit = Item dichiaro, voglio, e lascio, che la Fortezza del Poggio di Valdorcia, con Chiostro, = e Forno, come tengono, e mura intorno siano comuni dei miei Figliuoli maschi con le = loro appartenenze così dentro, come di fuori, = e che ognuno sia obbligato a mantenere le mura, e fortificar dove fosse di bisogno, contribuendo ciascuno per la sua = rata, e che sia lecito ad ognuno avere una Chiave della Porta

= ta se la vuole per suo uso „ Item voglio, che la mia Possessione del Poggio di Valdorcia, colla Fortezza, Casa dentro, e fuora, e con tutti gli Terreni appartenenti a detta = Possessione, la quale è posta infra questi Confini, da capo = il fossato del Rusinello &c. e da piede il Fiume dell' Orcia &c. fra gli quali Confini in tutto, o in parte, non si = possa mai per i miei Figliuoli, o loro Descendenti in perpetuo alienare alcuna cosa immobile, nè obbligarsi, e così = nè la Fortezza del Poggio predetto, come di fuori infra detti Confini, se già non si alienasse infra i miei Figlioli maschi, e Discendenti per Linea masculina. E in caso, che infra detti miei Figliuoli, e loro Descendenti fosse fatta alienazione una volta, o più, non si possa però fuor di loro = alienare. E voglio la detta proibizione, esser reale, e perpetua come sopra, perchè è di mia intenzione, che detta Possessione, durante la Linea dei miei Figliuoli, e Descendenti = Maschi, non esca mai di loro „

II. Diem functo nobili Domino Iacobo Trecerchio ultimo masculo agnato, petiit ad Fideicommissum admitti nobilis Dominus Celsus Ansanus Bocciardi per Fœminam a Testatore descendens, secundumque ipsius petitionem per Reverend. Dominum primum Iudicem iudicata res fuit. Nos vero pro libertate bonorum, ac cessatione Fideicommissi, concordi voto censuimus respondendum.

III. Toto namque Testamenti contextu complexuque perspecto, non minus verba prohibitionis „ non si possa mai = per i miei Figligliuoli, o loro Descendenti in perpetuo alie- = nare „ quam redditæ rationis „ perchè è di mia intenzione = che detta possessione durante la Linea dei miei Figliuoli, e = descendenti Maschi non esca mai di loro „ De Masculis de- = scendentibus a Masculis intelligenda esse putavimus.

ARTICULUS PRIMUS.

Appellatione Descendentium de solis Masculis ex Masculis descendentibus Testatorem sensisse demonstratur.

IV. Generale verbum *Descendentes* plures Descendentium species complecti nullum est in iure dubium. Siquidem Masculi descendentes ex Masculis, item Masculi descendentes ex Fœ- 1 minis, denique Fœminæ ipsæ descendentes tali appellatione continentur, *Leg. cognoscere §. Liberorum, & L. liberorum ff. de V. S. Leg. sed si hac §. Liberos ff. de in ius vocandi Leg. final. ff. de* pol-

pollicit. Surd. dec. 84 *n.* 6 *Rot. Florent. de fideicomm. inter recollect. per De Comitib. dec.* 32 *n.* 1 *&* 18.

V. Hinc quoties quæritur de quibus Descendentibus generali verbo Testator senserit spectanda est ipsius voluntas, quæ in eius dispositione totum facit, *Ulpianus in Leg. ex facto §. rerum ff. de hered. institut.* 2

IV. Quoniam vero genus, & latius patere, & contrahi potest angustius, & quoquomodo illud accipiamus a propria verborum significatione non recedamus, ex qualibet verisimili coniectura, hanc vel illam interpretationem licet amplecti, eadem namque proprietate sermonis verbum *Descendentes* genus summum, ac infimum, seu aliquam tantum descendentium speciem complectitur, *Averani interpetr. iur. lib.* 3 *cap.* 28 *n.* 3 *&* 4. *Mantic de coniect. ult. vol. lib.* 3 *tit.* 5 *n.* 3. Quidquid secus dicendum esset si verba ad alium sensum detorquenda, ac improprie forent intelligenda, quo casu non quælibet coniecturæ satis essent, sed evidentes requirerentur, *Leg. non aliter* 69 *in princip. ff. de legat.* 3. 3 4

VII. His generaliter constitutis; quod spectat ad dispositionem Alexandri Trecerchii, illud in primis liquido constitit, eumdem ea parte Testamenti, qua *suis Filiis, & eorum Descendentibus in perpetuum* bonorum alienationem prohibuit de Descendentibus tantum masculis, fœminis prorsus exclusis, sensisse: Hoc namque manifeste demonstrat ipsamet ratio prohibitionis nimirum „ perchè è di mia intenzione che detta Possessio- = ne, durante la Linea dei miei Figlioli, e descendenti Ma- = schi, non esca mai di loro „ si enim ideo Testator prohibuit Descendentibus, alienationem ne bona ex Linea descendentium Masculorum exirent, iam patet de aliis Descendentibus, quam de Masculis in prohibitione non cogitasse, *Decian. cons.* 50 *n.* 14 *lib.* 1 *Casareg. sen. resol.* 9 *post Casareg. ad Statut. Ian. n.* 35 *&* 36 *Surd. dec.* 84 *n.* 7 *Venturin. dec.* 93 *n.* 17. *& seqq.* 5

VIII. Tanta etenim est rationis vis, ac efficacia, ut non modo ambiguam, & generalem assertionem, declaret, sed specialem quoque corrigat, & emendet, si cum ratione non consentiat, scriptum enim rationi servire debet, non scripto ratio, quæ per illud numquam vel castiganda, vel detorquenda aliorsum, ut ait *Cuiac. observ. lib.* 12 *cap.* 10 *prope fin. & lib.* 15 *cap.* 21 *in princ.* 6

IX. Cum autem ex evidenti ratione palam esset, Testatorem generale verbum *Descendentes*, ad solos descendentes Masculo coarctasse, iuxta interpetrationem, ac voluntatis coniectura de solis Masculis ex Masculis descendentibus sensisse, censuimus opinandum.

X. Aut enim Testator exclusit Fœminas, quod essent finis Familiæ Trecerchiæ, & principium, ac caput alterius, & multo magis ipsarum Filios excludere voluisse credendum erat, utpote qui sint prorsus alienæ Familiæ. Filii enim Patris, non
7 Matris familiam sequuntur, *Leg. familiæ appellatione* 196 *ff. de verbor. signific.*

XI. Aut Fœminas exclusit, quia sexum masculinum præ fœmineo dilexit, & pariter admodum est verisimile earundem filios exclusos voluisse. Nam licet in ipsis insit qualitas sexus masculini a Testatore dilecta, tamen ea magis eminet in masculis ex masculo; cum in his merus ac purus sit sexus masculinus in illis vero sit fœminæ admixtione concretus, ideoque præsumendum erat hunc sexum masculinum alio excellentiorem magis fuisse dilectum: & series illa continuata descendentium Masculorum, quam voluit Testator maximo erat ar-
8 gumento, ipsum habuisse affectionem erga Masculos non interrupto ordine sibi succedentes, ita ut de Masculo in Masculum Fideicommissum progrederetur, nulla fœmina intermixta, quæ continuam illam seriem, & ordinem Masculorum interrumperet, ut totidem fere verbis argumentatur *Averan. interp. iur. lib.* 3 *cap.* 28 *n.* 8 & regulare est verba generalia simplici-
9 ter prolata in excellentiori, ac nobiliori significatione esse intelligenda, §. *Ius autem civile vers. sed quoties instit. de iur. natur. gent. & civil. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib.* 5 *tit. pr. num.* 7.

XII. Præcipue cum ageretur de viro antiqua generis nobilitate claro: si enim in quolibet Testatore prudens est consi-
10 lium propriæ Familiæ ac agnationis conservationi, & splendori prospicere, *Leg. Lucius* 85 *in fin. ff. de hæred. instit. Ancharan. cons.* 27 *vers. & hæc affectio Venturin. dec.* 93 *n.* 12 §. *primum itaque*, maiori sane ratione credendum erat virum nobilem, non alio consilio fideicommisisse, quam ut suæ agnationis
11 Familiæque conservationi consuleret, *Knipschild. de fideic famil. nob. cap.* 6. *n.* 91. *Peregr. de fideic. art.* 25 *n.* 58 *Rocc. disput. iur. cap.* 19 *n.* 19 *Rot. Roman. coram Ansald. dec.* 842 *n.* 3.

XIII. Accedebat qualitas bonorum particulari Fideicommisso subiectorum, insignis nempe fundus de Trecerchiæ gentis nomine nuncupatus „ Poggio Trecerchi „ cum Arce cuius conservandæ, ac muniendæ Testator Filiis speciale præceptum iniunxit, cuiusque, unumquemque ipsorum clavem voluit habere declarando „ che ognuno sia obbligato a mantenere le mura, „ e fortificare ove fosse di bisogno, e che sia lecito ad ognuno avere una Chiave della Porta per suo uso „ itaut quantum

tum erat verisimile Testatorem, ita fideicommittendo habuisse præ oculis talium bonorum conservationem in Familia Trecerchia, tantum ab omni credulitate videbatur alienum ipsum voluisse talem Fundum, & Arcem in complures sibi prorsus ignotas Familias dividi, atque scindi *Gloss in Leg. quoties verbo omnibus Cod. de fideicomm. Knipschild. de Fideic. cap.* 5 *n.* 6 *Tiraquell. de nobilit. cap.* 37 *n.* 23. 12

XIV. Quod est adeo verum, ut in ea quæstione, quam Doctores agitant, an nempe nuda alienationis prohibitio absque ulla ratione, aut causa Fideicommissum inducat, vel in simplex consilium impune spernendum resolvatur, fuerit existimatum ex sola prohibitione alienationis huiusmodi rerum insignium, erga quas Testator particularem affectionem habuisse præsumitur, semper Fideicommissum induci, ex quo in ea tacite insit ratio conservandi talia bona in familia, licet expressa non fuerit, *Fusar. de substit. qu.* 685 *n.* 29 *& seqq. & quæst.* 688 *n.* 75 *D. olim Aud. Bonsiu de iur. fideic. disp.* 44 *n.* 10. 13

XV. Deinde conformatio Testatoris Legibus Patriis, quibus favore Agnatorum Cognati excluduntur a successione, præsertim in Domibus, atque Castellis „ ibi „ Præter Domos, & Castella „ validissimum præbebat argumentum contemplatæ Agnationis in Fideicommisso Latifundii habentis annexam Arcem munitam, quæque Familiæ Trecerchiæ, ut ferebant ea tempora, maximum erat insigne, ac ornamentum, puntualiter *Abbas cons.* 75 *n.* 7 *vers. sed in isto casu Samminiat. contr.* 188 *n.* 63. 14

XVI. Siquidem cum Statuta nil aliud sint, quam collectio consuetudinum, quæ in loco vigebant, seu pacta Civium, legis auctoritate firmata, *Leg. Legitima ff. de pactis, Mantic. de tacit. lib.* 12 *tit.* 5 *n.* 7 *Card. De Luc. de Stat. success. disc.* 3. *n.* 14 *Rot. nostr. in Florentina, seu Bibienaten. Lucri diei* 27 *Augusti* 1748 §. 12 *&* 42 *coram me*, quisque facile percipit decedentium voluntates esse intelligendas iuxta municipalium legum sanctiones, quibus sese Testatores accomodare voluisse est præsumendum, ac propterea si Statuentes agnationum, & familiarum conservationis suis legibus prospexerunt, idipsum voluisse Testatores, masculos ad suam hæreditatem vocantes, omnino sit æstimandum, *Soccin. in Leg. Gallus* §. *nunc de Lege n.* 8 *ff. de liber. & posthum. Dec. cons.* 545 *n* 4 *&* 5 *Peregr. de fideic. art.* 25 *n.* 53 *Rot. Flor. inter recollect per Palm. dec.* 213 *n.* 26 *& seqq.* idque obtinet, licet masculi ex fœminis non concurrant ad successionem cum masculis ex masculo, sed cum hærede extraneo ultimi masculi agnati ex rationibus, de quibus *Rota Florent. inter recollect. per Palm. dec.* 214 *n.* 16 *& seqq. & in* 15 16 17

Flo-

Florent. prætens. Fideicommissi de Machiavellis anni 1730 *coram Aud. Veuturini vers. at quando Statutum &c.*

XVII. Postremo exclusio Filiarum Testatoris a Fideicommisso, non spernendam faciebat coniecturam pro masculis agnatis. Longe enim ab omni verisimile videbatur Patrem, masculos progenitos a propriis filiabus quarum nonnullis iam ipse Virum elegerat, voluisse perpetuo exclusos masculos vero descendentes a Filiabus hæredum institutorum ac substitutorum sibi

18 prorsus ignotos ad Fideicommissum vocasse *Mantic. de coniectur. lib.* 3. *tit.* 19. *n* 1. *& seqq. Altograd. sen. consil.* 45. *num.* 42. *Rot. Flor. inter recollect. per Palm. dec.* 453. *n.* 62. 63.

XVIII. Voluntatem directam ad masculos ex masculis quam indicabant verisimilis mens Fideicommittentis, presertim nobilis, qualitas bonorum, præsumpta conformatio Legibus Patriis, exclusio denique filiarum a Fideicommisso, apertissime demonstrabant validiora argumenta deprompta ex ipsamet testamenti

19 scriptura verbisque Testatoris, quæque nullatenus licuit aspernari *Paris. cons* 35. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 3. *Mantic. de coniectur. lib.* 12. *tit.* 12. *n.* 20.

XIX. Et primum cum Testator suis Hæredibus præcepisset, ut opportuno loco prædium emerent pro Alberto eius ex Francisco Filio Nepote, eoque sine filiis decedente mandasset tale prædium redire = Al ceppo, cioè agli miei figliuoli, e loro = descendenti = Manifesto consequebatur quod sicut verbum

20 = ceppo = ex communi usu loquendi, præsertim in Italia, agnationem, & familiam significat *Caball. cons. decis.* 128 *n* 73. *Peregrin. de fideicomm. art* 22. *n.* 29. *Rot. Flor. de Fideic. penes de Comitib. dec.* 62. *n* 33. *e dec.* 90. *n.* 17. *Rot Roman cor. Falconer. tit. de Fideicomm. dec.* 54. *n.* 4. *e dec,* 55. *n* 8. *& seqq.*

21 in eadem prorsus significatione Testatorem usurpasse verbum = descendenti = quod habuit pro sinonymo verbi = ceppo = *Peregrin. de Fideicomm. art.* 1. *n.* 55. *Paris. cons* 35. *n.* 2. *lib* 3.

XX Nec huius argumenti vis labefactari visa est, vel ex quo appellatione Cippi veniant descendentes ex Fœminis, quoties non sit contemplata agnatio, vel ex quo verbum = descendenti = non fuerit positum pro sinonymo alterius = Ceppo = Sed ad declarandum quid Testator, nomine Cippi intelligeret.

XXI. Quod enim spectat ad primam obiecti partem ex contemplatione agnationis, ac illius conservandæ voto, potest quidem in dubium revocari an appellatione *Cippi* contineatur, nec ne Fœmina agnata, quæ ubi adest tale votum, regulariter excluditur a successione, licet sit de agnatione, & Cippo, & in his terminis loquuntur fere quotquot in contrarium allegabantur

tur, ut bene ad rem notat *Rot. Rom. coram Falcon. de Fideicom. cit. dec.* 55. *n.* 11. *e* 12. 22

XXII. Non inde tamen consequitur quod deficiente voto conservandæ agnationis, appellatione Cippi contineantur masculi Descendentes ex Fœminis, qui non sunt de Agnatione, vel Cippo, ut prosequendo firmat mox citata *dec.* 55. *n.* 11. §. *Nec obstat* „ ibi „ Nec obstat *Card. De Luc. in summa de Fideicom.* = *num.* 271. ubi credit appellatione Cippi, seu Stipitis venire = etiam Descendentes ex fœminis cum non fuit habita ratio = Agnationis conservandæ, quod etiam dixit *Rot. dec.* 97. *n.* 7. = *pag.* 19. *recent. nam Card. De Luc.* fatetur ibidem contrarium = esse receptius, & neminem pro sua opinione adducit. In cor= pore vero *de Fideicommiss. disc.* 35. *&* 43. *allegat. Paris. &* = *Rot. part.* 4. *recent. dec.* 518. ubi sermo est de Fœmina agna= ta, quamvis ipse de more quæstionem referat ad factum. Eis= dem authoritatibus *Rot. utitur in dicta dec.* 97. *part.* 19. *rec.* = & licet ibi fuerint admissi Descendentes per Fœminas ratio = resolutionis fuit, quia Sacrum Tribunal credidit lineam totam = Fœmininam substitutam fuisse ut ibi *num.* 8. quod autem ex = abundanti superadditur, non pro sensu Tribunalis accipien= = dum est, sed potius intelligendum iuxta relatas auctoritates, = & iuxta sensum, ipsius *Rotæ*, ubi formiter articulum exami= = navit. = 23

XXIII. Idque optima ratione cum enim vocabulum „ Ceppo „ non sit nomen iuris, sed a populo introductum ad significandam Agnationem, & Familiam *Caball. cit. vot. decis.* 128. *n.* 73. *Mantic. de coniectur. ultimar. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 16. *Rot. decis.* 518. *n.* 1. *part.* 4. *recent. tom.* 1. nullatenus licet illud extendere ut cognatos significet contra communem morem loquendi, peculiaremque significationem quam ei tribuit usus *Mantic. de coniect. lib.* 3 *tit.* 8. *n.* 1. *& seqq. Marescott. lib.* 1. *variar. resolution. cap.* 94. *n.* 5. *Rot. citat. dec.* 55. *coram Falconer. numer.* 8. 24 25

XXIV. Et hinc promanat responsio ad alteram obiecti partem: Si enim Testator appellatione *Cippi* de Agnatis iam senserat non potuit verbo *Descendentium* intelligere de Cognatis: hoc etenim non fuisset, declarare, sed corrigere primam assertionem, quod nullatenus facere ipsum voluisse demonstrat dictio = cioè = posita inter Cippum, & Descendentes, quæ non ad corrigendum, sed ad idem significandum inventa est, & inter sinonyma idemque significantia verba solet interici, *Calderon. resolut.* 77. *n.* 28. *&* 32. & probat optimus *Text in Leg.* 23. §. 2. *ff. de acquirend. rer. domin.* = ibi = generaliter dicendum 26

= est

= est, quod ex re sua, hoc est eius cui bona fide quis servit = ei adquirere non potest sibi eum adquisiturum = quam legem adducit *Ægid. Menag amœnitat. iur. civil. cap* 9. *in fin.* ut probet has voces *ejus* & *suum* promiscue, & pro sinoymis usurpari consuevisse.

XXV. Ad hoc argumentum quo demonstrabatur Testatorem pro sinonymis habuisse *Agnatos* ac *Descendentes*, aliud accedebat æque validum, ex ea parte Testamenti desumptum, in qua inter Descendentes per lineam masculinam bonorum Fideicommisso subiectorum alienationem permisit.

27

XXVI. Post talem namque facultatem his verbis conceptam = Se già non si alienasse infra i miei Figliuoli maschi, e Des= cendenti per linea masculina = (quo loci nullatenus erat ambigendum appellatione *Descendentium*, de masculis per masculos descendentibus Testatorem sensisse masculi namque ex fœminis non per masculinam, sed per Fœmininam lineam descendere manifestissimum est, *Rota nostra in Florentina Fideicommissi de Generottis diei* 12. *Settembris* 1741. §. *Quod ex identitate*, & §. *seqq. cor. Domino Auditore Mormorai ibique congesti*) Statim hos eosdem Descendentes masculos simpliciter Descendentes appellavit, declarando quod in casu = che infra detti miei figliuoli, = loro descendenti fosse fatta alienazione una volta, o più, non = si possa però fuor di loro alienare. „

28

XXVII. Nemo enim ignorat verbum ambiguum, & multiplicis significationis generaliter a Testatore prolatum, in ea esse significatione accipiendum, qua in alia Testamenti parte constat fuisse usurpatum, nulla siquidem melior interpretatio in ambiguis desiderari potest ea, quæ ex usu loquentis promanat *Leg. qui filiabus* 17. *ff. de legat.* 1. *Leg. hæredes palam* 21. §. 1. *ff. qui Testam. fac. Leg. cum de Lanionis* 18. §. *Item Cacabos versic. optimum ff. de fund. instruct. vel instrum. Leg. si quis vinum* 9. *ff. de Tritic. Vin. & Ol. legat. Peregrin. de Fideicommiss. tit.* 25. *num.* 30. & 34. *Averan. intepretation. iur. lib.* 3 *cap.* 17 *n.* 2. *citat. Florentina Fideicommissi de Generottis* §. *Quatenus autem & plur. seqq.*

29

XXVIII. Ex quo plane consequebatur quod si Testator aliquando descendentium appellatione, de descendentibus masculis ex masculis senserat, de eisdem omnino descendentibus etiam in aliis Testamenti partibus eademmet appellatione sensisse dicendum esset.

XXIX. Huius ineluctabilis argumenti vim sentientes doctissimi defensores Dom. Bocciardi, usum loquendi Testatoris evitare satagebant asserentes verba = in caso che infra detti miei

= figliuoli

= figliuoli, e descendenti fosse fatta alienazione = ita esse intelligenda, ac si Testator dixisset = infra detti miei figliuoli, e = loro descendenti per linea masculina = idque potestate verbi = detti = repetentis personas superius expressas cum omnibus suis qualitatibus.

XXX. Verum quidquid fuisset indicandum si Testator dixisset „ et in caso, che infra detti „ vel etiam „ in caso che = infra detti miei figliuoli, e descendenti fosse fatta alienazio- = ne „ in quibus terminis simplex, & absoluta relatio omnes superius nominatos, cum suis qualitatibus repetere valuisset *Ruin. consil.* 137 *n. 6 lib.* 1 *Bonfin. de iur. Fideicomm. disput* 30 *n.* 5 aliter in hypothesi verborum structura nobis suasit. Cum enim Testator locutus fuisset de suis Filiis masculis, & Descendentibus per lineam masculinam, postea verba fecit de suis filiis, & illorum descendentibus, ideoque dictio „detti „potuit quidem in filiis repetere qualitatem masculinam superius expressam „ infra i = miei figliuoli maschi „ non autem ad illorum descendentes repetitionis vim protrhaere quos nonsuos descendentes ut antea fecerat „ i miei figliuoli maschi, e descendenti „ sed descendentes filiorum „ miei figliuoli, e loro descendenti „ appellavit; non enim licebat dictionem relationem „ detti „ filiis adiectam ad eorum descendentes absque ulla relatione appellatos extendere *Rot. Rom. cor. Buratt. dec.* 161 *num.* 15 *coram Cels. dec.* 175 *num.* 9. *Constantin. vot. dec.* 266 *n.* 14.

3

31

XXXI. Denique ipsamet concessa facultas alienandi inter filios masculos Testatoris, ac Descendentes per lineam masculinam, validissimum præstabat argumentum ipsorum tantum favore ordinatum fuisse Fideicommissum, quod resultare dicebatur ex prohibitione alienationis factæ filiis, & eorum descendentibus in perpetuum: Si enim Testator voluit bona posse alienari inter vocatos, si alienationem permisit tantum inter filios masculos, ac descendentes per lineam masculinam, legitime inferebatur hos solum fuisse invitatos ad Fideicommissum.

XXXII. Nulla autem apparebat congrua ratio, cur si Fideicommissum ad masculos ex fœminis descendentes erat protrahendum, inter hos quoque non fuisset permissa alienatio cum immo inter hos facultas alienandi magis quam inter agnatos necessaria videretur: Ne scilicet diversæ ac forsan inter se discordes familiæ arcem, ac fundum unitum, neque commode divisibiles in communi retinere cogerentur, sed propriam quisque portionem permutando, ac in unum ex vocatis alienando posset obviare, aut remedium afferre discordiis, quæ ut plurimum, communio parere solet, qua ratione constitutum esse non posse Testatorem perpetuam communionem bonorum ad

Fi-

Fideicommissum vocatis mandare *Ciryac. controv.* 303 *n.* 5 *Pe-*
32 *regrin. de Fideicommiss. artic.* 11 *n.* 80 *Card. De Luca de Testament. disc.* 38 *Ansald. de commerc. disc* 54 *n.* 2.

XXXIII Cum autem ex his omnibus præsertim simul iunctis appareret Testatorem nomine *descendentium*, quibus alienationem prohibuerat de descendentibus tantum masculis ex masculis sensisse, inutile videbatur inquirere an verba rationis „ = perchè è di mia intenzione, che detta possessione durante la = linea dei miei figliuoli, e descendenti maschi non esca mai = di loro „ in ampliori significatione fuissent accepta, ita ut descendentes quoque ex fœminis continerent.

XXXIV. Recurrebat siquidem non evitabilis responsio quod si in una parte Testamenti appellatione descendentium masculorum ad quos verbum generale *descendentes*, debere arctari iam demonstravimus (§. 7. *& seq.*) de masculis ex masculis descendentibus Testator senserat, eadem appellatione de diversis descendentibus sentire non potuit.

XXXV. Verum quia ex hisce, potissimum verbis non minus in contraria Decisione, quam in responso pro veritate pro D. Bocciardi edito a doctissimo Viro, masculorum ex fœminis vocatio desumebatur; quinam appellatione lineæ filiorum ac descendentium masculorum continerentur inquirere non recusavimus.

ARTICULUS II.

Verba = linea filiorum ac descendentium masculorum = lineam masculinam significare probatur.

XXXVI. Appellatione descendentium masculorum qui contineantur, non est in iure nostro definitum; & olim quidem communior erat eorum opinio, qui vocatis descendentibus masculis, non admitti masculos descendentes ex fœmina existimabant: consecutis vero temporibus, post acerrimas Doctorum
33 contentiones, contraria invaluit sententia, quam propugnavit *Fulgosius cons.* 85. nec sine magna ratione cum enim masculus descendens a fœmina sit descendens, & masculus eidem verba dispositionis convenire inficiari non potest, ut argu-
34 mentatur *Antonius Faber de error. pragm. libr.* 2. *decad.* 28. *error.* 8.

XXXVII. Verum Fulgosii eiusque sequacium auctoritas tanti facienda non est, ut illam veluti legis præscriptum existime-
35 mus, cum, & ipse Fulgosius opinionem suam non pro certa, ac irrefragabili firmaverit, sed pluribus facti adminiculis in caussa,

sa, quam defendebat, confirmare curaverit, dignamque concordia quaestionem putaverit. Ex quo consequitur non adeo mordicus hanc sententiam esse tenendam, ut contraria sequenda non sit nisi evidentes demonstrationes nos in illam impellant, sed immo a Fulgosii opinione sit recedendum, quoties leves etiam coniecturae ac veritatis similitudo suadeant Testatorem de solis masculis ex masculo descendentibus sensisse, *Averan. interp. iur. lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 1. „ ibi „ quamobrem a veritate longissime arbitror aberrare eos, qui secundam sententiam adeo mordicus tenent, ut statuant contrariam sequendam non esse nisi urgeamur vehementissimis coniecturis quae in alium sensum detorqueri non possint. Ego contra sentio, prudentem Iudicem in eam opinionem venire debere, quam leves etiam coniecturae & veritatis similitudo confirmaverint.

39

37

XXXVIII. Id quod innuendum putavimus, & appareret, quod etiamsi in ratione prohibitionis sermo fuisset de descendentibus masculis, coniecturae ac argumenta, quae in superiore Articulo late perpendimus, facile nobis suadere potuissent, ut pro exclusione masculorum descendentium a foeminis responderemus.

XXXIX. Longe autem diversa erat quaestio quae proponebatur. Alexander namque Trecerchius non declaravit suae intentionis esse, ne bona exirent ex suis filiis, & descendentibus masculis, sed quod durante linea eius filiorum ac descendentium masculorum non exirent ex eis; qui duo loquendi modi inter se valde distant. Qui enim de descendentibus loquitur, significat singulas personas, prout unaquaque ipsarum ab eodem stipite descendit, nulla habita ratione nexuum quibus inter se huiusmodi personae iunguntur; qui vero lineam descendentium masculorum appellat seriem, & ordinem contemplatur, quo descendens masculus alteri masculo iungitur, collectionem nimium masculorum non interrupto per foeminas ordine sibi succedentium ex quo fit, ut vocata linea, seu descendentia masculina, masculi descendentes ex foeminis non admittantur, licet sint masculi, & descendentes & sub nomine lineae, seu descendentiae contineantur, ut sexcentis allatis auctoritatibus plene firmat citata *dec. in Florentina Fideicommissi de Generottis pag.* 23 §. *verum quidquid &c. & seqq.*

38

XL. Nec diversimode erat iudicandum, quia non de linea, seu descendentia masculina ageretur, sed de linea descendentium masculorum. Siquidem punctuales non desunt auctoritates statuentes idem esse vocare lineam masculinam, ac lineam masculorum ut concludunt *Doud. consult.* 3. *num.* 23. *& seqq.*

39

& seqq. & consult. 4. *num.* 4. *scribentes in Faventina Fideicommissi penes Calderon. resolat.* 97. *num.* 114. „ ibi „ Testatorem = vero locutum fuisse de linea masculina iusta ratione affirmare = possumus, quia verba linea masculina, & linea masculorum = synonima sunt, ideoque sicut nomine lineæ masculinæ venire = nequeunt fœminæ, & descendentes ab illis ita etiam conti- = neri nequeunt appellatione lineæ masculorum „ quam opinionem sequuta est *Rot. Roman. in eadem causa ut in dec. penes eundem Calderon. d. resol.* 97. *n.* 181. *& seqq.*

XLI. Et merito, cum enim Testator non fuerit locutus de lineis, sed de linea filiorum, & descendentium masculorum, non filios, ac descendentes, quibus nomen singulare *linea* non congruebat, sed seipsum caput, ac principium constituit a quo linea sumere debebat initium *Torr. de maior. tom.* 1. *cap.* 38. §. 12. *num.* 376. *vers. quos licet*, *Rot. Roman. coram Falconer. tit. de iurepatronat. dec.* 43. *num.* 7. *& dec.* 44. *num.* 3. *& coram Molin. dec.* 615. *num.* 23. *Rota nostra in Florentina Pretensæ Primogenituræ* 5. *Aprilis* 1740. *coram Dom. Advocato Mari pag.* 17. §. *cæterum &c.* itaut filii, & descendentes masculi non essent ii a quibus linea incipere debebat sed personæ illam componentes, & continuatam seriem, & descendentiam masculorum efformantes, per fœminas nullatenus interrumpendorum „ linea enim masculorum per fœminam inter- = rumpitur quemadmodum punctus niger lineam albam cor- = rumpit „ *ut prosequitur citat. dec. Florent. Fideicommissi penes Calder. rosol.* 97. *n.* 184.

40

41

XLII. Quæ si vera sunt, vocata linea masculorum in quorum descendentibus linea potest efformari, eo magis obtinere debent in vocatione lineæ filiorum ac descendentium masculorum; si etenim filii ac descendentes reputandi non forent personæ componentes lineam, sed capita, & principia linearum ab ipsis derivantium, quisque ex filiis, & descendentibus esset caput ac stipes lineæ ad fideicommissum vocatæ nullæ autem essent personæ quæ lineam a Testatore contemplatam efformarent. Qui enim designatur pro stipite lineæ non est in linea, quæ ab ipso non incoatur sed ab eius filiis. *Faber de error. pragmatic. decad.* 28. *error.* 10. *num.* 13. *Venturin. cons.* 26. *n.* 6. *&* 7. *Rot. Florentina inter recollect. per Palma decis.* 453. *n.* 68. optime *Rot. nostra in citat. Florentin. Prætensæ Primogenituræ* §. *rationisque ratio* „ ibi „ Rationisque ratio illa est quo- = niam filii sub lineæ appellatione vocati hanc quidem patri = producunt, sed non item sibi propterea ascendens debet = esse caput istius, non descendentes, qui dum eam compo-

42

= nunt

„ nunt extra gradum stipitis collocantur cum nemo a se ipso „ derivet. „

XLIII. Significationem lineæ masculinæ quam verba *linea filiorum ac descendentium masculorum* præseferebant, ipsa quoque consuetudo, ac usus loquendi Testatoris demonstrabant qui cum in superiori Testamenti parte nomen *linea* pro linea masculina usurpasset in eadem quoque significatione, in alia parte eiusdem dispositionis illud accepisset dicendum erat (*artic.* 1. §. *XXXVII.*)

XLIV. Nec ullius momenti visa est responsio quod cum ageretur de diversa oratione, ac personis, locum habere non posset in ratione prohibitionis repetitio qualitatis masculinæ appositæ lineæ in facultate alienandi.

XLV. Primum enim confundebantur duo inter se diversæ iuris regulæ: Altera nempe qua statuitur eamdem determinationem plura determinabilia respicientem ea æqualiter determinare, & in hac regula locum habent quæ de unica eademque oratione adducebantur: Altera qua definitum est verba ambigua secundum Testatoris usum esse interpretanda, quæ nec a diversitate orationis, nec rationis aut personarum recipit limitationem bene *Averan. interp. iur. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 2. *& seqq.* „ ibi „ Confundunt illi duas regulas inter se valde dissimiles, „ & in unam cogunt, qui iuris scientiam minus accurate cogitateque pertractant; altera est quod verba ambigua interpetranda sunt secundum usum Testatoris, adeoque si pluries „ in Testamento fuerit usus in separatis etiam orationibus eodem verbo, illud accipiendum est in ea significatione in qua „ constat illud accepisse Testatorem in alia parte Testamenti „ &c. Altera est quod determinatio respiciens plura determinabilia, ea equaliter determinat: Leges autem ex quibus hæc „ deducitur omnes agunt de una eademque determinatione „ plura determinante quæ in eadem oratione continentur „ *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 25. *num.* 30. *&* 34. *in addition. ad dec. Florentin. de Fideicommiss.* 68. *n.* 29. ubi concordantes.

43

44

XLVI. Secundo ponebatur pro certo id de quo quærebatur, nimirum appellatione lineæ descendentium masculorum contineri masculos descendentes ex fœminis, quando vel contrarium erat, omnino verum vel saltem admodum dubia res erat; & controversa, ideoque cum expresse ac indubie non appareret Testatorem in hac Testamenti parte nomen „ *linea* „ in magis lata significatione usurpasse; estimandum erat, illud ita accepisse ut lineam masculinam significaret, ut ipsius usus, ac loquendi consuetudo demonstrabat *Mantic. de coniectur. ult.*

45

volunt. l. 5. *tit.* 11. *n.* 12. *Cresp. de Valdaur. part.* 2. *observat.* 41. *num.* 48. *&* *seqq. Simon de Pret. de interpretat. ultim. vol. lib.* 3. *interpret.* 2. *dub.* 1. *solut.* 9. *num.* 24. *Rot. Roman. coram Seraphin. dec.* 1438. *num.* 10. „ ibi „ tamen hæc ratio non in-
= ducit claram diversitatem dispositionis, nisi supponendo
= quod nomen familiæ stricte capi debeat pro agnatione sed
= hoc est supponere id de quo disputatur, & est petitio prin-
= cipii. „

XLVII. Præterea cum Testator prohibuisset alienationem præter quam inter illos de linea masculina reddita ratio „ per-
= chè è di mia intenzione, che detta possessione durante la
= linea dei miei figliuoli, e descendenti maschi non esca mai
= di loro „ demonstrare videbatur appellatione lineæ descendentium masculorum de eadem linea masculina sensisse, ita enim ratio respondebat voluntati Fideicommittentis quæ erat ut bona inter illos tantum de linea masculina possent alienari; 46 nec ex ratione quæ dispositioni, ac voluntati optime congruere, ac convenire poterat sumenda erat extensio fideicommissi; quidquid secus dicendum sit quoties ratio extra controversiam ac ex propria evidentique verborum significatione magis late pa- 47 tet, quam dispositio, aut prohibitio alienationis *Bartol in Leg. pater filium*, §. *fundum ff. de legat.* 3. *Mans. consult.* 483. *num.* 32. *Surd. dec.* 84. *num.* 12. *Rot. dec.* 300. *n.* 21. *part.* 1. *rec.*

XLVIII. Hæc autem in evidentem demonstrationem transire videbantur, si non singulorum verborum, aut unitus tantum periodi significationem aucuparemur: Sed quid Testamenti contextus, complexusque significaret attenderemus; ex quo verus 48 sensus, & voluntas Testatoris, aut saltem quod probabile est, & ad verum proxime accedit est desumendum *Leg. mævia* 43. *ff. de manumiss. testam.* „ ibi „ contextus verborum totius scri-
= pturæ &c. „ *L. nummis* 79 *in fin. ff. de legat.* 3. „ ibi „ Ne-
= que ex contextu Testamenti „ Maxime vero quando agitur de oratione continuata, ac connexa, eiusque una pars ab altera pendet totaque simul iuncta dispositionem perficit *Cyriac. contr.* 400. *num.* 101. *&* *seqq. Mantic. de coniectur. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 49 12. *Odd. cons.* 43. *n.* 27. *&* *seqq. Rot. Rom. dec.* 243. *n.* 12. *&* *seqq. part.* 17. *rec.*

XLIX. Nil autem magis connexum unitum atque cohærens fingi posse videbatur quam sit ea pars Testamenti, qua Alexander Treccrchius fideicommissum ordinavit „ ibi „ Non si
= possa mai per i miei figliuoli, o loro descendenti alienare,
= se già non si alienasse infra i miei figliuoli maschi, e de-
= scendenti per linea mascolina perchè è di mia intenzione,
= che

= che detta possessione durante la linea dei miei figliuoli, e
= descendenti maschi non esca mai di loro „ Testator enim ita disponendo nil aliud facere voluisse videtur quam prohibere bonorum alienationem extra suos descendentes per lineam masculinam, ad hoc ut durante tali linea; bona ex ea nunquam exirent; induxit nimirum fideicommissum conservatorium inter descendentes masculos ex masculis addiditque rationem ne bona unquam exirent ex eis; proptereaque nulla aderat ratio propter quam unica hæc simplexque dispositio scinderetur in partes, trahereturque ad diversa fideicommissa alterum nempe conservatorium ex prohibitione alienationis, alterum restitutorium ex ratione prohibitionis, diversæque personæ ad unum quodque censerentur vocatæ.

L. Maxime quia si unicum fideicommissum conservatorium admittatur in descendentibus per lineam masculinam, omnia cohærent respondentque regulis iuris. Testator siquidem nobilis, nomen descendentium masculorum in potiori ac excellentiori significatione usurpat tempore presertim (anno nimirum 1495.) quo Fulgosii opinio nondum probabiliter invaluerat: In fideicommisso Arcis ac insignis fundi erga quos particularem affectionem habuisse apparet, contemplatur agnatos; Se patriis legibus accomodat, atque conformat; Filiis filiarum filios fœminarum remotiorum, minusque dilectarum non præfert; in eadem semper significationem idem verbum profert: Sequitur denique naturam fideicommissi conservatorii permittendo alienationem inter omnes vocatos.

LI. Quæ omnia prorsus cessant, immo in contraria currunt, si duplex effingamus fideicommissum conservatorium alterum, alterum restitutorium, primum in prohibitione alienationis, secundum in ratione prohibitionis, nec de iisdem personis Testatorem semper sensisse credamus. Hinc merito in transactione de iurisperitorum consilio inita anno 1722. inter nobilem Dominum Iacobum de Trecerchis, & Dominam Catharinam Trecerchi Bocciardi nomine quoque nobilis D. Celsi de Bocciardis eius filii tunc ætate minoris, stipulantem, fuit opinatum Fideicommittentem appellatione lineæ filiorum ac descendentium masculorum intellexisse de linea masculina, ut proemialia instrumenti verba præseferunt „ ibi „
= Essendo che il nobile Alessandro Trecerchi gentiluomo Se-
= nese nel suo ultimo Testamento sottoponesse a fedecommesso
= particolare il suo tenimento &c. e questo volesse che non
= escisse mai dalla linea masculina „ Quod autem alias fue-

fuerat existimatum optimam in eorumdem verborum interpretatione normam suppeditare non erat ambigendum. *L. minime* 50 *& L. de interpret ff. de leg Cravett. cons.* 194. *n.* 8. *Rota dec.* 419. *n* 6. *part.* 1. *rec.*

LII. Tandem si hæc omnia claram indubiamque Testatoris voluntatem instituendi Fideicommissum in linea masculorum ex masculis descendentium non demonstrarent, ac aliquod adhuc 51 potuisset superesse dubium, an illud voluerit extendere ad masculos descendentes a fœminis contra eosdem nihilominus iudicandum videbatur nam ut ipsiusmet *Fulgosii cons.* 85. *num.* 4. verbis utamur „ in ambiguis favorabilior est causa liberationis, quam obligationis, absolutionis quam condemnationis rei, quam actoris, ipsi autem hæredum hæredes sunt, qui ex fideicommisso conveniuntur, pauperes autem onus substinent petitorum unde cum obscura sunt utriusque partis iura, solet pro Reo iudicari. „

Et ita &c. utraque parte &c.

Marcus Philippus Bonfini Rotæ Audit. & Assessor.
Franciscus Antonius Agnini Apost Nuntiat. Audit.
Antonius Maria Montordi Assessor, & Relator.

DECISIO XLIV.

MASSEN. FIDEICOMMISSORUM, ET MANUTENTIONIS.

20. *Iun.* 1760. *cor. Aud.* Ioanne Meoli Relat.

ARGUMENTUM.

Vocatio filiarum, quamvis collata in tempus remotissimum, non extenditur ad neptes, multoque minus ad illarum descendentes, quoties Testator filiabus non existentibus alios dedit substitutos, & earum vocationi dictiones taxativas, ac restrictivas apposuit.

Hæredum mentio, & clausulæ perpetuitatem denotantes in parte prohibitiva appositæ non extendunt fideicommissum præter partem dispositivam, in qua filii fuerunt tantum in conditione positi, & sic non vocati. Ubi fideicommissum non est clarum fideicommissario denegatur manutentio.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Expressa, & pluries repetita mentio lineæ masculinæ excludit intersecationem masculi ex fœmina.*

2 *Ubi defectis masculis fœminæ vocantur, veniunt quoque illarum descendentes, iuxta Peregr. cons.* 39. *n.* 15. *lib.* 6.

Intellige tamen, ubi vocatio fœminarum est indefinita, & universalis, secus si restricta dictionibus taxativis n. 9. 13. *et seqq.*

3 *Fœminino vocabulo masculi non continentur.*

4 *Sub filiarum nomine neptes non veniunt, præcipue in fideicommissis transversalibus, in quibus ad hanc extensionem inducendam fortiores requiruntur coniecturæ, quam in ascendentalibus.*

Limita ubi filiarum vocatio collata fuit in tempus remotissimum num. 6.

Sublimita primo, ubi Testator illis non existentibus, alios dedit substitutos n. 7.

Sublimita secundo, ubi filiarum vocatio fuit restricta dictionibus taxativis n. 8.

5 *In interpretatione ultimarum voluntatum non admittitur præsumptio præsumptionis, nec tacitum taciti.*

10 *Verba in eo sensu sunt intelligenda, in quo Testator in aliis partibus accepit.*

11 *Discretiva locutio demonstrat in quo sensu verba fuerint a Testatore accepta.*

12 *Sub filiorum nomine nepotes non veniunt, quando proximiores & magis dilecti excluderentur.*

18 *Legatarius vel fideicommissarius tenetur ab hærede legatum petere, quod si sibi ipsi ius dicat hæredi manutentionis remedium conceditur.*

19 *Limita ubi fideicommissum sit clarum, de bonorum identitate constet, & nullæ hæredi competant detractiones.*

20 *Vocatio patris, eiusque filiorum an intelligatur ordine successivo, vel simultaneo, distinguitur inter dispositionem transversalis, & ascendentis.*

21 *Filii in conditione positi non intelliguntur dispositive vocati.*

22 *Fideicommissum sub conditione si sine filiis expirat illis existentibus.*

23 *Fideicommissum extendi nequit præter partem dispositivam.*

24 *Testator promiscue vocans masculos, & fœminas, præsumitur se conformasse statuto exclusivo fœminarum in concursu masculorum.*

25 *Verbum* hæredes, *quamvis latissimum, restringitur, ubi agitur de inducendo fideicommisso inter remotiores hæredes.*

26 *Pars*

26 *Pars prohibitiva servire debet dispositivæ claræ, & intra istius limites est restringenda.*

27 *Verba* nullo unquam tempore *non ampliant fideicommissum, sed tantum confirmant iam factas dispositiones.*

28 *Clarum dicitur fideicommissum, ad effectum manutentionis, ubi talis apparet ex simplici Testamenti littera.*

MOrto in Massa il Sig. Antonio di Giovan Paolo Calvani il dì 18. Agosto 1759. ultimo della sua Famiglia, nacquero tra il Sig. Capitano Francesco Puccini, Erede scritto nel Testamento di detto Antonio defunto del dì 12. Giugno 1758. rogato Ser Sebastiano Bartoli, ed i Sigg. Mario, ed altri Pasquini, come pretesi chiamati ai fidecommissi indotti dagli antenati Calvani, cioè da Paolo di Piero Calvani nel suo Testamento del dì 18. Ottobre 1635. rogato Ser Massimo Orsucci, e poi da Piero di Paolo Calvani figlio del primo Disponente del dì 22. Dicembre 1650. salvo rogato Ser Giuliano Ceci, le usate questioni che avvenir sogliono in simili casi d' aperture di successioni, cioè del possesso, e della proprietà, che è quanto dire del possessorio, e del titolo.

Poichè in questi pur troppo comuni eventi di eredità degli ultimi delle Famiglie, l' esperienza c' insegna, che ognuno dei pretendenti si serve di un diritto di prevenzione in andare con estrema sollecitudine all' acquisto dei beni, quasichè secondo il gius antico naturale ciò dependesse dall' occupazione di cui nel *tit. institution.* §. *fere institution tit. de rerum divis.* il che in tali contingenze è falsissimo come in appresso si vedrà.

Varie furono le questioni, e gli emergenti decisi con congruo provvedimento tra queste Parti sopra il possesso.

Ma finalmente dal Magistrato Supremo, che sempre per resecare le liti ha procurato, e procura di attendere alle maniere più sincere, e più brevi; Commessa a Noi la Decisione tanto del possessorio, che del merito come apparisce dal Rescritto del dì 24. Aprile 1760. e dal Decreto del dì 25. Aprile detto.

Noi assumendo i meriti unitamente colle dispute del possesso, riferimmo decisivamente sopra il fidecommisso di detto Piero di Paolo Calvani in detto suo Testamento del dì 22. Dicembre 1650. dichiarando non esser costato, nè costare della vocazione dei pretensori Pasquini.

E

E quanto all' altro di Paolo di Piero Calvani nel suo Testamento de' 18. Ottobre 1635. dopo aver gustati, ed osservati i meriti, senza pregiudizio delle ragioni dei Competitori, e concorrenti, credemmo doversi la manutenzione a detto Sig. Capitano Francesco Puccini.

Tanto il Magistrato Supremo approvò, ed eccone le ragioni.

Quanto al fidecommisso deciso, benchè nel ricorso fatto dai Sigg. Pasquini a S. M. I. in dì 3. Luglio 1760. fosse accusata di troppo celere la spedizione erano state già presentate tre Scritture di rispettabilissimi Professori, uno Pesciatino, l'altro Fiorentino, ed il terzo Anonimo.

